UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I. Vsqve Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Basilicæ
S.M.
majoris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 476a.

W VII
23.

Biblioth. Theod. Paderb.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

I



BASILICAE S·MARIAE·MAIORIS DE·VRBE

A·LIBERIO·PAPA·I·VSQVE AD·PAVLVM·V·PONT·MAX·

DESCRIPTIO·ET·DELINEATIO

AVCTORE

Ex legatione Celsmi Principis Ferdin: Epi Paderb. et Monast. A° 1683

ABBATE·PAVLO·DE·ANGELIS

LIB *Collegij Societ. JESU Pad.* XII·

ROMÆ. Ex Typographia Bartholomæi Zannetti. MDCXXI. Cum Priuilegio Summi Pont. et Superiorum permisſu.

MAGNAE MATRI

VIRGINI BEATISSIMAE
PAVLVS DE ANGELIS
SE SVPPLEX D.

VNI Tibi, Mundi Imperatrix & ſalus, debetur hic mearumne vigiliarum fructus, an Tuæ in me beneficentiæ teſtimonium? Teſtor enim terram, ſuperos, Tuumq. numen tam præſens tam bonum, me acceptum referre MARIAE qualecumque hoc eſt. Totum de Te loquitur volumen: à Te prodijt: ad Te redit. vtinam integrum & ſanctum, nullis inter impuras Scriptoris manus nequiſsimi deterrimiq. mortalium contractis ſordibus. Sed nimirum abluet nitidiſsimus iſte miſericordiæ fons maculas meas. Hoc niſi ſperarem fore, planeq. pro Tua bonitate confiderem, non mihi animus ſuffeciſſet ad Tuos prouolui pedes, & librum hunc, quaſi libellum ſupplicem ad amorem Tuum, caſti Parens amoris, implorandum offerre. Feci tandem Te Duce, Te Magiſtra, vt Liberianæ Baſilicæ dignitas, opulentia, amplitudo, maieſtas, non auribus tantum, verum & oculis legeretur. Quanto enim gratius expreſſa Lucæ penicillo, quàm demiſſa per aures, illaberis in animos, Maxima Virginum; tanto iucundius futurum videbam, ſi auguſtale maieſtatis Tuæ, templum inquam illud populorum omnium religione venerandum, ſuis lineamentis in tabula proponerem omnibus contemplandum, quàm ſi nude rem calamo [illegible]egiſſem. In terris non ali-

bi magnificentius habitas, quam illa in Aede, cui eximia quadam prærogatiua ſanctitatis, Maioris nomen, Vrbis & Orbis pietas indidit. Debui adeo pro loci dignitate omnes animi vires intendere, quò digna ſedes Te præſide videretur. Quod ſi ad initia templo facienda, non ſolum verbis admonere voluiſti adminiſtros voluntatis Tuæ, ſed etiam æſtiua niue aream deſcripſiſti; par fuit, me quoque Ducis meæ veſtigia ſuppliciter procul adorantē, vtrumq. & ſcalpro, & calamo imitari. Accipe igitur, Virgo, ea niue quam in Exquilias demiſiſti, candidior, leuidenſe munuſculum, plurium quidem illud annorū laboribus compactum, at longe plurimo cordis affectu Tibi ſacrū. Age, & ea, qua apud Deum Dei Mater potes polleſq. gratia, in ſcelera prolapſum eleua, labantem ſuſtine, confirma ſtantem. Nihil animus, nihil oculus, nihil os adamet, præter MARIAM. Hoc abs te ſi impetro, diues ſum ſatis.

PAVLVS

PAVLVS PAPA QVINTVS.

Ad futuram rei memoriam.

CVM ſicut dilectus filius Paulus de Angelis Presbyter Siracuſanen. familiaris continuus commenſalis noſter Nobis nuper exponi fecit ipſe Paulus, opus quoddam, ſeu tractatum de Baſilica B. Mariæ Maioris nuncupatæ de Vrbe à ſe compoſitum, varijſque figuris ornatum in lucem edere intendat, ac vereatur, ne poſtquam in lucem prodierit, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt id ipſum opus typis cudi facere curent in ipſius Pauli præiudicium. Nos eius indemnitati, nè impreſſione huiuſmodi nimium diſpendium patiatur prouidere, illumq; ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentiū dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ipſius Pauli nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: Eidem Paulo, vt quindecim annis proximis durātibus à primæua dicti operis, dummodo tamen antea à dilecto filio Magiſtro ſacri Palatij Apoſtolici approbatum ſit, impreſſione computan. nemo tàm in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto opus prædictum ſine ſpeciali dicti Pauli, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſum vendere, ſeu venale habere, ſeu proponere poſſit, & valeat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum impreſſoribus, ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia eidem Paulo, & pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applican. & eo ipſo abſque vlla declaratione incurren. pœnis, ne dictis quindecim annis duran. opus prædictum, aut aliquam eius partem etiam prætextu additionum, aut explanationum, tam in magno, quàm in paruo folio, ac tam in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico prædictis ſine huiuſmodi licentia imprimere, ſeu ab alijs impreſſum vendere; vel venale habere, ſeu proponere quoquo modo audeant, aut præſumant. Mandantes etiam dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, terrarum, & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici, quatenus eidem Paulo, eiuſque ſucceſſoribus, & hæredibus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocunque ab eodem Paulo, & alijs prædictis fuerint requiſiti pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, & iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis etiam in ipſo opere impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem. Sub Anulo Piſcatoris die decimaquinta Decembris. M. DC XVI. Pontificatus Noſtri Anno duodecimo.

Scipio Card. S. Suſannæ.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Gregorius Donatus Romanus Magiſter, & Reuerendiſs. P. Fr. Hiacynthi Petronij Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri Socius, Ordinis Prædicatorum.

HOc opus inſcriptum: Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe Deſcriptio, &c. Auctore venerabili, & erudito viro Abbate Paulo de Angelis, iubente Reuerendiſs. P. Fr. Hyacintho Petronio Sacri Palatij Magiſtro, diligenter perlegi, nihilq. in eo reperi, quod Catholicæ Fidei, aut Chriſtianis moribus repugnet: Sed potius, ſi prodeat in lucem, id fidelium erga B. Virginem Deiparam pietati prodeſſe poſſe arbitror.

Ego Io. Antonius Gabutius Cler. Regul. S. Pauli, idemq. Præpoſitus Collegij S. Pauli in Columna. Romæ, die xij. Octobr. M.DC.XVI.

INDEX
LIBRORVM, ET CAPITVM
QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

LIBER PRIMVS.

De ſeptem Collibus, in quibus primum Roma fuit conſtituta, & de forma priſcarum, atque recentium Eccleſiarum, vna cum Sacellis, Altaribus, Ciborijs, Tabernaculis, & id genus alijs ad ſacram Baſilicam pertinentibus.

Cap. I. *DE ſeptem Collibus, ſuper quibus Roma fuit ædificata.* 5

II. *De monte Exquilino.* 6

III. *Quod S. Mariæ Maioris Baſilica in Exquilini montis ſummitate eſt collocata.* 6

IV. *De Baſilica, & eius ſignificationibus.* 7

V. *De forma antiquarum, & recentium Eccleſiarum, vel Templorum Chriſtianorum.* 9

VI. *De Sacellis, Altaribus, Ciborijs, Cancellis, & Tabernaculis.* 10

LIBER SECVNDVS.

De origine, atque illis, qui S. Mariæ Maioris Eccleſiam fundarunt, & de niuis miraculo, atque ſolemnitate priſcis temporibus ob niuis euentum celebrata.

Cap. I. *DE origine, & fundatoribus Baſilicæ S. Mariæ Maioris, atque adeò de niuis miraculo.* 16

II. *De ſolemnitate, qua antiquitus Eccleſia, cum in officijs, tum in Miſsis, niuis miraculum celebrabat.* 21

LIBER TERTIVS.

De Archipresbyteris, Vicarijs, & Canonicis, tum generatim, tum etiam ſpeciatim.

Cap. I. *DE Archipresbyteris, Vicarijs, & Canonicis ſanctæ Mariæ Maioris.* 28

II. *De officio, dignitate, & munere Archipresbyteri ſanctæ Mariæ Maioris.* 29

III. *De Illuſtriſsimis, & Reuerendiſsimis Cardinalibus S. Mariæ Maioris Archipresbyteris.* 30

IV. *De Vicarijs in genere.* 36

V. *De S. Mariæ maioris Vicarijs.* 37

VI. *De Canonicis in genere.* 38

VII. *De huius Baſilicæ Canonicis.* 39

LIBER

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LIBER QVARTVS.

De origine Beneficiatorum, Cappellanorum, vnà cum benemerentibus; Clericorum, &c.

Cap. I. *DE Beneficiatis, Cappellanis, Clericis, &c.* 49
II. *De origine Beneficiatorum S. Mariæ Maioris Baſilicæ.* 49
III. *De Cappellanis, & eorum munere.* 51

LIBER QVINTVS.

De veteri, atque nouo Baſilicæ ſitu, ſimul cum fabricis; de antiquis Sacellis, Oratorijs, Altaribus, & Monaſterijs circa Baſilicam exiſtentibus, nec non de ſtatu, in quem Paulus Quintus Pontifex Maximus hac ętate redegit; de antiqua Canonica; internis, atque externis partibus; Sacellis hodie exiſtentibus; illorum memoriam recolendo, qui fabricis exornarunt.

Cap. I. *DE veteri, nouoque huius Baſilicæ ſitu, ac conſtitutione.* 53
II. *De huius Baſilicæ antiquis Sacellis, Oratorijs, Aediculis, atque Altaribus.* 54
III. *De Monaſterijs, Eccleſijs, & alijs ſacris, pijſque locis apud S. Mariæ maioris Baſilicam.* 57
IV. *De aliquibus Eccleſijs, atque Cœnobijs ad hanc Baſilicam ſpectantibus.* 58.
V. *De præſenti Baſilicæ Liberianæ conſtitutione, vna cum nouis ædificijs, quibus eam hac noſtra ætate Paulus Quintus Pont. Max. magnificentiſsime auxit, atque exornauit.* 60
VI. *De huius Baſilicæ Domo, vel Canonica, à Clemente Papa Tertio extructa; poſtea à Nicolao Quinto, inſtaurata, & ampliata.* 70
VII. *S. Mariæ maioris interioris partis generalis deſcriptio.* 71
VIII. *De Sacellis, quæ in præſentia in S. Maria maiore conſiſtunt vnà cum fundatoribus.* 72
IX. *De hominibus, qui hanc Baſilicam fabricis exornarunt.* 88

LIBER SEXTVS.

De Indulgentijs, & Stationibus à pluribus Pontificibus conceſsis; de ſacris Reliquijs, Pœnitentiarijs, atque Baſilicæ nobilitate.

Cap. I. *DE Indulgentijs, Stationibus, Reliquijs, Pœnitentiarijs, atque nobilitate Baſilicæ S. Mariæ Maioris.* 103
II. *De Pœnitentiarijs S. Mariæ maioris.* 106
III *De Reliquijs.* 110
IV. *Qua ratione ſancti Hieronymi corpus ex Bethlehem in hanc Baſilicam fuerit deductum.* 113
V. *De præſtantia, & nobilitate Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris.* 115

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LIBER SEPTIMVS.

De donationibus ex Summis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, & cæteris mobilium, atque immobilium, deriuatis.

Cap. I. *DE immobilibus.* 123
II. *De donationibus mobilium.* 129

LIBER OCTAVVS.

De mobilium parte, quæ olim in Baſilica ad ornatum, & Diuinum cultum aſſeruabantur; & de ſacris mobilibus, quæ in præſenti reperiuntur.

Cap. I. *DE Crucibus, alijſque rebus ſacris ex auro, & argento, quæ olim in hac Baſilica aderant.* 136
II. *De ſacris apparatibus, & reliquis mobilibus.* 139
III. *De rebus argenteis, aureis, atque oricalchis, quæ adhuc in ſacra Baſilica reperiuntur.* 150
IV. *De ſacris Baſilicæ veſtibus, & pallijs, atque alijs mobilibus.* 151

LIBER NONVS.

De Illuſtribus hominibus ex Baſilica profectis, nimirum ſummis Pontificibus, & Cardinalibus, cæteris dimiſſis; nec non de Principibus, & Pontificibus, qui in illa requieſcunt.

Cap. I. *DE illuſtribus hominibus, qui ex hac Baſilica prodierunt.* 156
II. *De illuſtribus hominibus, qui in hac Baſilica requieſcunt.* 157

LIBER DECIMVS.

De Præſepis ſacello, & reliquis ornamentis à Sixto Quinto Pontifice Maximo ædificato, & de mobilibus ab Alexandro Peretto Cardinali Montealto, & Vicecancellario traditis, non ſolum in auro, & argento, atque ſacris vaſis, conſtitutis; ſed etiam in varijs apparatis ad magnificentiam, & ſplendorem intertextis, nec non de Reliquijs, Indulgentijs, Cappellanis, Clericis, Miniſtris, redditibus, priuilegijs, atque adeò omni immunitate.

Cap. I. *DE ſacello, in quo Chriſti Saluatoris Præſepe religiosè colitur.* 168
II. *De veſtigio, & ſacelli pauimento.* 169
III. *De prima interna ſacelli parte.* 171
IV. *De ſecunda interna ſacelli parte.* 173
V. *Reliquum ſecundæ partis internæ proponitur.* 176
VI. *De tertia interna ſacelli parte.* 177
VII. *De quarta interna ſacelli parte.* 179
VIII. *Reliquum partis internæ ſacelli deſcribitur.* 183
IX. *De Indulgentijs, & Reliquijs in hoc ſacello exiſtentibus.* 184
X. *De ſacris ſacelli mobilibus.* 184

De fun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XI. De *fundatione, dotatione, Cappellanis, Clericis, & Sacelli Miniſtris, nec non priuilegijs.* 185

LIBER VNDECIMVS.

De celeberrimo B. Virginis Sacello à Paulo Quinto Pont. Max. à fundamentis ſingulari magnificentia extructo, atque omnibus in ipſo comprehenſis. De Indulgentijs, ſacris Reliquijs ibi collocatis; aureis, atque argenteis, mira arte exculptis; ſacris vaſis, apparatis, & Sacerdotalibus veſtibus auro, atque argento diſtinctis; nec non de redditibus, Sacerdotibus, Clericis, ac cæteris Miniſtris aſſiſtentibus.

Cap. I. *De ordine retinendo in B. Virginis ſacelli deſcriptione.* 189
II. De *ſolo, & pauimento cum alijs nonnullis in genere.* 190
III. De *primaria interna ſacelli parte, & primum de Arà maxima, ibidem exiſtente.* 191
IV. De *reliqua principali ſacelli parte.* 193
V. De *ſecunda ſacelli parte interna.* 195
VI. Reliquum partis internæ explicatur. 199
VII. De tertia ſacelli parte interna, cum omnibus, quæ ibi exiſtunt. Et primum de his, quæ extra apparent. 201
VIII. Reliquum tertiæ partis internæ indicatur. 203
IX. De quarta ſacelli parte interna. 205
X. Reliquum partis internæ explicatur. 207
XI. De legationibus ad Paulum V. Pont. Max. miſsis. 209
Epiſtola Patriarchæ Babylonis ad S. D. N. Paulum Papam V. 210
S. D. N. Pauli Papæ V. Epiſt. ad Eliam Babylonis Patriarcham. 211
Illuſtriſs. D. Petro Strozæ S. D. N. à ſecretis, Fr. Thom. Nouar. S. P. D. 215
Oratio Fr. Gregorij Petrochæ Mantuani Ord. Min. de Obſeru. 220
Petri Strozæ S. D. N. Secret. Apoſt. Domeſtici *reſponſio.* 223
XII. De ſacelli ſacrario. 224
XIII. De argenti, atque auri, & oricalchi ſupellectilibus ad id ſacellum pertinentibus. 226
XIV. De Indulgentijs. 228
XV. De *ſacris Reliquijs.* 229
XVI. De *Priore, Sacriſta, & Camerario, nec non Cappellanis, Clericis, & ſacelli Miniſtris, atque priuilegijs.* 232
XVII. De *ſacræ Imaginis B. Virginis Mariæ translatione.* 233
XVIII. De *proceſsionis ordine.* 233

LIBER DVODECIMVS.

De origine, & ſacrarum Imaginum vſu, vbi etiam de S. Luca Euangeliſta, nimirum, quod pictor extiterit, pluresq; Imagines pinxerit; ſed præſertim Beatæ Virginis Imaginem, in S. Mariæ Maioris Baſilica religiosè cultam. Præterea quando, & à quo fuerit collocata, ſemper miraculis coruſcans. De priſcis ornamentis circa ſacram Imaginem adſtantibus.

Cap. I. *De origine, atque vſu ſacrarum Imaginum, & præſertim de illa ſanctæ Mariæ maioris à S. Luca depicta.* 236
II. Quod S. Lucas plures imagines depinxit, & præſertim ſanctiſs. Saluatoris, glorioſæ Virg. & Apoſtolorum, ex quo deprehenditur pictorem fuiſſe. 239

Quod

III. *Quod ſacra Imago Sanctæ Mariæ Maioris fuit à Sancto Luca depicta.* 242

IV. *Qua ratione hæc imago ſit in hac Baſilica collocata.* 244

V. *De nonnullis miraculis per hanc imaginem Chriſtifidelibus impertitis.* 245

Mira Henrici Tertij Imperatoris viſio, ex Tomo ſecundo Cronologiæ Ioannis Nauclerij, gener. xxxiij. in editione Colonienſi folio 109. *extracta. Sic autem ſe habet ad verbum.* 247

VI. *De ornamentis, quæ olim glorioſæ Virginis imaginem in Ciborio illuſtrabant.* 250

FINIS.

INDEX

FIGVRARVM
TITVLI.

I. VETVS Exquilinus Mons cum aliorum montium ſibi adiunctorum partibus, adiectis nonnullis ex his, quæ noſtra tempeſtate acceſſerunt. num. 6

II. Veteris Liberianæ Baſilicæ, adiunctorumq. ædificiorum veſtigium cum antiquo pauimento. 56

III. Orientalis facies Liberianæ Baſilicæ cum orthographia tum nobilis Sacelli, ædiumq. perelegantium ad dexteram Porticus Canonicorum vſibus à Paulo Quinto Pont. Max. adiunctarum, tum quæ ad læuam conſtruendæ, eiuſdem ſanctiſsimi Domini erga Deiparam eximia pietate, vt ſpes eſt, reſpondebunt. 62

IV. Columna à Paulo Quinto Pont. Max. in Areæ medio collocata, glorioſæ Virginis Imaginem Seruatorem geſtantis ſuſtentans. 64

V. Latus Aquilonare Liberianæ Baſilicæ idem dexterum ab ortu intranti, cui ab ſummo verſus Orientem pars exterior prænobilis Sacrarij à Paulo V. extructi, ab imo autem Sacelli, quod præcipuo ſplendore Sixtus Quintus ædificauit, poſteriores partes inhærent. 65

VI. Facies Occidentalis Liberianæ Baſilicæ, addita vtrinque Orthographia lateris item Occidentalis Sacellorum, quæ Maximi Pontifices Sixtus V. ad dexteram Sanctiſsimi Domini Noſtri Præſepi, Paulus Quintus ad læuam ipſi Deiparæ magnifico opere extruxerunt.

VII. Obeliſcus à Sixto Quinto Pontifice Maximo in Areæ medio erectus, triumphantis Crucis ſignum gerens. 68

VIII. Latus Baſilicæ Liberianæ ad meridiem ſpectans intranti Principes portas ſiniſtrum, in quo poſticæ partes viſuntur Sacellorum Cæſiæ, ac Sfortiæ Gentium, & magnificentiſsimi eius, quod Paulus Quintus Pont. Maximus extruxit. addita eſt columna eximia, quam Pontifex idem in Area pro foribus ſtatuit. 69

IX. Interior ſacri veſtiarij facies à Paulo Quinto Pontifice Maximo à fundamentis extructi, qua ex ipſa Baſilica aditur. 75

X. Paulus Quintus Pont. Max. 77

XI. Sacrarij, quod ad S.Mariæ Maioris Paulus V. Pont. Max. magnifico, ac perelegãti opere extruxit, ornauitq. ſuperſtructis ad Canonicorũ varios vſus peropportunis ædibus ortographia interior, in duas in longitudinẽ partes diuiſa; pars ſiniſtra, quæ Baſilicã ipſam, & meridiem reſpicit, cum Choro dimidiata parte pauimenti, & impoſitorũ Conclauiũ imagine. 80

XII. Pars intranti dextera, quæ Perettinos hortos, & Septentrionem ſpectat, cum campanaria turre, ac parte altera pauimenti, & ædium ſuperpoſitarum figura. 81

XIII. Sancti Gregorij Altare, quod antiquitus Beatiſsimæ Virginis dicebatur, vna cum antiquiſsimo Ciborio, ex pulcherrimorum varietate lapidum maximo cum artificio conſtructo: in eius Ciborij medio Domini Noſtri Ieſu Chriſti cuna aſſeruatur. 83

XIV. S.Gregorij Altare, quod antiquitus Beatiſsimæ Virginis dicebatur, vna cum antiquiſsimo Ciborio, ex pulcherrimorum varietate lapidum maximo cum artificio conſtructo, in eius Ciborij medio per tercentos, &

amplius

amplius annos vetuſtiſsima Beati Lucæ manu depicta Deiparæ effigies colebatur. 85
XV. Sanctorum omnium Altare, cum marmoreo vetere Ciborio muſiuo opere artificioſe conſtructo, in quo ſacræ Reliquiæ religioſè coluntur. 87
XVI. Proſpectus teſtudinis interior Liberianæ Baſilicæ, cum muſiuo opere perfectis. 91
XVII. Aræ maximæ huius Baſilicæ, vna cum nobiliſſimo Ciborio, ſacraque Confeſſione delineatio. 93
XVIII. Veſtigium totius Baſilicæ Liberianæ, & appoſitorum ædificiorum ea forma, in quam Paulus Quintus Pont. Max. magnificè exculta, atque aucta redegit. 94
XVIX. Liberianæ Baſilicæ facies interior, quæ Aræ maximæ obuerſa eſt. 95
XX. Baſilicæ Liberianæ pars interior cum teſtudine diſſecta. 97
XXI. Baſilicæ Liberianæ pars interior cum duplici Ciborio, altero Reliquiarum, altero ſacrorum Domini Noſtri Ieſu Chriſti cunabulorum, & teſtudine diſſecta. 99
XXII. Liberianæ Baſilicæ pars interior cum organo, & Nicolai Papæ Quarti marmoreo ſepulchro, in quo eius imago extat, adiuncta teſtudine muſiuo opere pereleganter depicta. 101
XXIII. Sacelli D.N. Ieſu Chriſti Præſepi à Sixto Papa Quinto conditi veſtigiũ, & pauimentum. 169
XXIV. Sacratiſsimi Chriſti Corporis Ara, in medio Sixti Quinti Sacello poſita, in ea æneum inauratum tabernaculum quatuor æneorum item Angelorum innixum manibus, ſub eadem ſacrum Chriſti Domini Pręſepe. 170
XXV. Sacelli Chriſti Domini Saluatoris N. Præſepi, in Liberiana Baſilica, à Sixto Quinto opere magnifico extructi quatuor interiores partes; Prima pars in auſtrum reſpiciens: in cuius medio Pontificis ſolium, ſupraque, & circa per totum parietem elegantes picturæ ad B. Virginis ſtirpem, eiuſdẽque, & Præſepis hiſtoriam pertinentes. 172
XXVI. Monumentum Pij Papæ Quinti, in quo, & effigies, & res eius Pontificis pręclarè geſtæ eleganter in marmore exprimuntur. 175
XXVII. Secunda pars Orienti ſoli oppoſita, in qua Pij Quinti Pont. Max. ſtatua, & res ipſius geſtæ continentur, ex pario marmore nobili cælatura, monumentum quoque à Sixto Quinto Pont.Max. magnificé illi conditum ad hæc S. Hieronymi ædicula, ſacræque ſparſim hiſtoriæ, & venuſta Symbola Dei Parentis decora, & vitam referentia. 176
XXVIII. Tertia pars ad ſeptentrionem verſa, aditus in Sacellum deſcribitur inaurati æris permunitus cancellis: & ad latera vtrinque Aediculæ, hinc ſancti Hieronymi, inde S.Luciæ virg.& mart. & ſanctorum Innocentium: ſuperne appicta, ad maiores Virginis ſpectantia argumenta. 178
XXIX. Sixti Quinti Pont. Max. effigies vna cum rerum ab eo pręcipuè geſtarum monumento, ſcitè, eleganterque in pario marmore ad ipſius ſepulchri ornatum exculpta. 182
XXX. Pars quarta ad Occidentem reſpicit, in hac Sixtus Papa Quintus cernitur, è pario marmore nixus genibus, palmiſque iunctis ad Pręſepe conuerſus, circa, quædam de rebus ab eo geſtis cælata ex marmore, tum Sanctæ Luciæ virg. & mart. & ſanctorum Innocentium ædicula; deque Virginis genere, ac vita venuſto labore pictæ hiſtoriæ. 183
XXXI. Sacelli S. Mariæ Maioris à Paulo Papa Quinto conditi adiunctarũque ad varios vſus ædium veſtigium, cum Sacelli eiuſdem pauimento. 190

✢ ✢ Inſigne

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXXII. Inſigne Altare à Paulo Quinto Pont. Max. in magnificentiſsimo ſuo Baſilicę Liberianæ Sacello ex inaurato duntaxat ære, pulcherrimaque varietate pretioſorum lapidum, atque gemmarum ad ornatum Auguſtę Imaginis S. Marię à B. Luca pictæ conſtructum. 192

XXXIII. Sacelli Deiparę Virginis in Liberiana Baſilica à Paulo Quinto Pont. Max. opere magnificentiſsimo conſtructi quatuor interiores partes, prima pars ſeptentrioni obuerſa, tergo in Auſtrum vergente, pretioſiſsima hic ineſt, maximaque Ara cum Deiparæ effigie à S. Luca depicta, & elegantiſsimę picturę ad ipſius Deiparę hiſtoriam pertinentes. 194

XXXIV. Clementis Octaui Pont. Max. Monumentum, quod Paulus Quintus Pont. Max. grati in eum Pontificem animi ergo in ſuo Sacello magnificentiſsimé extruxit, tum appoſita eius effigie, tum rebus ab eo egregiè geſtis, in marmore expreſsis, & inciſis. 198

XXXV. Secunda pars Orienti ſoli oppoſita, in qua Clementis Octaui Pontif. Max. ſtatua, & res geſtę continentur candido marmore figuratæ, monumentum quoque à Paulo Quinto Pont. Max. illi poſitum, & S. Caroli ædiculę, & ſacrę hiſtorię perelegantes depictę ad Beatiſsimam Dei Matrem, & Sanctos pertinentes. 200

XXXVI. Sacelli Pauli Quinti Pont. Max. proſpectus interior, cum ea Baſilicę Liberianę particula, ex qua ad illud aditus eſt. 202

XXXVII. Pars tertia in Auſtrũ reſpiciens, aditus in Sacellum deſcribitur inaurati ęris permunitus Cancellis, & ad latera vtrinque ædiculę, hinc S. Caroli Borromęi, inde S. Franciſcæ Romanę, ſuperque, hęc argumenta Deiparę, & Sanctorum apta honoribus ſubtili opere picta. 208

XXXVIII. Pauli Quinti Pont. Max. effigies cum loculis, in quibus monumenta rerum ab eo eximié geſtarum grati poſteri collocabunt.

XXXIX. Quarta pars Occidẽti obiecta ſoli; in hac Paulus ipſe Quintus Pont. Max. cernitur è pario marmore, nixus genibus, palmiſque iunctis, conuerſo ad Virginem ore, habitu venerantis, circa, quędam de pręclaris eius operibus, item marmore pario affabre expreſſa, tum Cella S. Franciſcę Romanę, hiſtorięque Deiparę, atque Sanctis accommodatę. 208

FINIS.

INDEX

INDEX EORVM

Quæ in hoc opere ſunt præſertim notanda.

A

AD Orientem oramus, velut futurum Iudicẽ expectantes. 10. C.

Adrianus Primus Pontifex, quo tempore Romam Carolus Magnus pedibus venit inſignia munera S. Mareæ maioris Eccleſiæ obtulit. 130. B.

Agapitus Columna S.R.E. Card. in S. Mariæ Maioris Baſilica requieſcit. 162. D.

Agapitus Cardinalis Columna duos Sacerdotes conſtituit. 55. E.

Agatho Papa in S. Mariæ Maioris Eccleſiam gratam memoriam oſtendit. 129. E.

Alphonſi Noderici erga S. Mariæ Maioris Baſilicam documentum attingitur. 128. B.

Alexander Farneſius Romanus Card. S. Angeli, & Archipresbyter fuit anno.

Alexander Sfortia S. R. E. Card. in S. Mariæ Maioris Baſilica requieſcit. 164. E.

Alexãdri Sexti decretum de Cappellanijs ſanctæ Mariæ maioris per Cappellanos non reſidentes obtent , attingitur. 50. C.

Altaria, magna ſemper in veneratione ſunt habita. 20. D.

Altare à præcationibus dictum aſſeritur. 11. A.

Altare apud Catholicam Eccleſiam a ſacratiſſimo ſacrificio nomen deſumpſit. 11. A.

Altare S. Gregorio olim dicatum Paulus Quintus Pont. Max. dum Vicarij munere fungeretur pulcherrimis picturis exornauit. 82. B.

Altare vna cum Ciborio, in quo Reliquiæ aſſeruantur Iacobus Capoccius condidit. 56. B.

Altaria ab altitudine nominantur. 10. E.

Altaria principalia in quatuor Vrbis Baſilicis exiſtunt. 12. D.

Altera comprobatio ex Pontificum auctoritate affertur. 18. C.

Andreas de Valle Rom. Cardin. S. Agnetis in Agone, & Archipresb. fuit anno. 1520. 24. C

Andreæ Scaphi erga S. Mariæ maioris Baſilicã pietas indicatur. 128. A.

A nonnullis hoc miraculum in dubium reuocatur. 17. B.

An S. Mariæ maioris Baſilica Clericos, & Monachos habuerit indicatur. 28. A.

Anterior Templi facies deſcribitur. 53. A.

Antiquæ Baſilicæ binas porticus habebant. 13. E.

Antiqui in Altaribus Imagines collocabãt. 20. E.

Antonius Archionus S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 163. A.

Antonius Caſcinus Senenſis Card. S. Marcelli, & Archipresbyter fuit anno 1438. 33. C.

Antonius Caſſinus S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 163. B.

Apoſtolicæ, atque Patriarchæ Babylonis litteræ traduntur. 209. C.

Apoſtolicæ, atque Regis Perſarum litteræ afferuntur. 209. E.

Apoſtolicæ, atque Regis Voxu ad Paulum V. Pont. Max. litteræ proponuntur. 200. A.

Apud S. Mariæ maioris Baſilicam ſummi Pontifices habitabant. 117. D.

Archipresbyteri nomen quid propriè ſignificet traditur. 29. C.

Archipresbyteri dignitas S. Mariæ maioris eſt maior Archipresb. dignitate in cõmuni. 30. D.

Aſtorres Cardin. & Archipresbyter fuit anno 1244. 31. D.

Aula Pontificis Regia tantum Chriſtianis Principibus aſſeruatur. 219. C.

B

BArtholomæus Mezauaccha S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 162. C.

Baſilica eſt ampla domus, vbi controuerſiæ dirimuntur. 7. D.

Baſilica Templo erat perſimilis ambulantibus conſtructa, ad quam tota ex Vrbe conſluebãt. 7. E.

Baſilica Regia domus erat. 13. E.

Baſilicas in vſum negociorum fuiſſe ædificatas aſſeritur. 7. E.

Baſilicæ nomen quid apud Catholicos deſignet proponitur. 7. E.

Baſilicæ nomen hodie quibuſdam magnificis Eccleſijs attribuitur. 8. C.

Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris primi fundatores Ioãnes Patritius, & vxor fuerunt, ſedente Liberio Papa, anno 352. 16. B.

Baſilicæ S. Mariæ maioris Capituli, & Canonicorum ad Cardin. Toleti voluntatem exequendam ſtatutum proponitur. 52. C.

Baſilicæ S. Mariæ maioris Cãpanæ, omnes alias quæ Romæ audiuntur, ſoni excellentia antecellunt. 61. C.

Beata Virgo apparuit Liberio Pont. Ioanni Patritio, & eius vxori, eis miraculum niuis reuelans. 19. D.

Beata Virgo voluit perpetuum ſucceſſorem hæreditatis Ioannis Patritij prouidere. 20. C.

Beata Virgo in Romana vrbe ſibi ſpecialem domum elegit. 18. C.

Beata Virgo imperat Ioanni Patritio, vt ſummo mane Pontificem adeat. 20. C.

B. Virginis imago in S. Mariæ maioris Baſilica repoſita Leoni Papæ manũ reſtituit. 73. A.

Beatæ Virginis imago in eadem Baſilica locata, Petrum Card. Columnam grauiter in mari periclitantem, incolumem reddidit. 73. B.

Beatæ Virginis imaginẽ in S. Mariæ maioris Baſilica aſſeruatam à S. Luca depictam oſtenditur. 239. E.

Beatæ Virginis imago in S. Mariæ Populi Eccleſia conſeruata, nomen ex Populi abſolutione retinet. 240. C.

B. Virginis imago in S. Mariæ maioris Baſilica à Chriſtifidelibus pie obſeruata, vel ex Hieroſolymis, vel ex Conſtantinopoli fuit deducta. 244. C.

Beatæ Virginis imago in S. Mariæ maioris Eccleſia aſſeruata illa eſt, quam S. Gregorius Papa, cum peſtilentia Romam vexaret ſolemni pompa per Vrbem portauit. 245. D.

Beatæ Virginis imaginis diſpoſitio, dum in proceſſione deferebant narratur. 233. E.

Beatum Lucam traditur ſeptem Deiparæ imagines pinxiſſe. 240. A.

Beneficiati nec in Congregationibus, nec in negocijs ad Canonicos ſpectantibus ſe admiſcẽt. 49. A.

Beneficiati ad reſidendum tenentur. 49. A.

Beneficiatorũ, & Clericorum S. Mariæ maioris inſtitutio, prout in S. Petri, & Ioannis Baſilicis firmatur. 50. E.

Bini Sacerdotes è Societate Ieſu, Pauli Quinti Pontificis Maximi iuſſu ad Patriarcham Babylonis contendunt. 219. D.

Breuiarium Romanum quid de hac hiſtoria, & miraculo dicat proponitur. 18. B.

Bulla in marmore exculpta legitur. 18. E.

Bullæ de hac hiſtoria tum in Baſilicæ Archiuio, tũ in Vaticana Bibliotheca reperiuntur. 17. E.

Butij de Archionibus largitas attingitur. 128. E.

C

Camillus Burgheſius Vicarius, poſtea Cardinalis creatus, et ad Pontificatũ euectus eſt, nomine Paulus Quintus.

Campanarum turrim a Gregorio XIII. conditã, & bis è cœlo tactam, Paulus Quintus Pont. Max. confirmauit. 61. D.

Cancelli locum orationis deſignant. 11. C.

Canonicus quotuplex ſit attingitur. 39. D.

Canonici S. Mariæ maioris S. Petri Canonicos in publicis ſupplicationibus dignitate anteib 116. D.

Canonicorũ ædes, quas Clemens III. fabricatus fuerat, Nicolaus Quintus, & cæteri Pontifices adaugent. 70. C.

Capitulum, & Canonici S. Mariæ maioris, quo pacto ante Innocentium Quartum ſe haberẽt, declaratur. 39. A.

Cardinales, qui cum proceſſione comitabantur Beatæ Virginis S. Mariæ maioris imaginem proponuntur. 234. B.

Card. Rothomag. ſacellum extruxit. 56. A.

Cardinalis Rothomagenſis in S. Mariæ maioris Baſilica ſacellum extruxit. 82. A.

Cardinalis Rothomag. S. Mariæ maioris Aræ maximæ Ciborium faciẽdum curauit. 92. A.

Cauſæ erectionis S. Mariæ maioris ſacelli, in quo Beatæ Virginis imago a S. Luca depicta conſeruatur, indicantur. 225. E.

Cæleſtinus Põt. proprio diplomate ædes à Clemẽte fabricatas Canonicis in perpetũ addixit. 70. E

Cæremoniæ pro ratione locorum, & temporum variantur, & amplificantur. 15. A.

Cæremoniarum excellentia, & proprietas inſinuatur. 15. A.

Cerei miraculum exponitur. 247. B.

Chriſtus Saluator moriens ad Orientem reſpiciebat. 10. C.

Chriſtus ab Oriente cælum aſcendit. 10. C.

Chriſtianorum cæremoniæ ad cæleſtem clementiam propitiandam ſunt inuentæ. 14. D.

Ciboria ſunt vaſcula, in quibus Euchariſtiæ Sacramentum conſeruatur. 11. C.

Ciborium eſt locus, in quo ſanctiſſimus Crucifixus aſſeruatur. 11. C.

Ciborium noſtris temporibus quoddam ornamentum exiſtit pluribus columnis ſuper Altare innixum. 11. D.

Clemens Papa Octauus Iubilæum inſtituens à S. Petro in Vaticano ad S. Mariæ maioris Baſilicam accedit. 121. A.

Clemens Papa Octauus Iubilæum conſtituens ab Eccleſia S. Mariæ maioris ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Populo procedit. 121. C.

Clemens Papa Octauus Iubilæum proponens ad S. Petrum in Vaticano, vel S. Mariam maiorem adire conſtituit. 121. D.

Clemens Papa Octauus, dũ Card. agebat ad Sigiſmundũ Poloniæ Regem legatus miſſus gliſcentem inter ipſum, & Rodulphum electum Imperatorem diſcordiam ſedauit. 195. A.

Clemens Papa Octauus pacẽ inter Galliæ, et Hiſpaniæ Reges iã ad certandũ armis paratos cõpoſuit, Ferrariamq́ ſine vlla ſanguinis effuſione Apoſtolicæ ſedi reſtituit. 195. C.

Clemens Papa Octauus Hyacinthum Polonũ, & Raymundũ Hiſpanum Dominicanæ ſodalitatis in Sãctorum numerum retulit. 195. D.

Clemens

Clemens Papa Octauus in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 160. E.
Clementis Quinti approbatio nè Canonicorum S. Mariæ maioris numerus ſextodenarium aſcenderet, refertur. 39. E.
Columnenſes quatuor ſacella extruxerunt. 55. E.
Conſaluus Rodericus S. R. E. Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 161. A.
Conſtantinus Tertius Imperator Romam veniẽs Vitaliano Primo Pontifice erga S. Mariæ maioris Eccleſiam beneficentiam præſtitit. 129. E.
Cur ab antiquis non ſit facta mentio huius miraculi traditur. 17. D.
Cur hodie conſeruetur, vt fideles verſus Orientem orent, proponitur. 10. B.
Cur in modum nauis extruatur Eccleſia traditur. 9. C.
Cur Priſci hanc Eccleſiam, Liberianam Baſilicã appellauerint ſignificatur. 17. C.

D

DE Macello Liuiano indicatur. 17. E.
Deus ad Orientem Paradiſum conſtituit. 10. B.
Deus eſt lux vera, & illum, vt Creatorem hominis adoramus. 10. D.
Diſſerentia inter Ciborium, & Tabernaculum affertur. 11. A.
Dominicus Cardin. Pinellus S. Mariæ maioris confeſſionem ſub Ara maxima exiſtentem inſtaurauit, nec non quatuor Euangeliſtarum, & Eccleſiæ Doctorum imagines, quæ in Crucis fornice ab maiorem Arcum, & in Chori medio ſupereminent. 94. A.
Dominicus Pinellus S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Eccleſia requieſcit. 166. C.
Domus glorioſæ Virginis eximiæ puritatis redundat. 16. A.

E

ECcleſia eſt fidelium conuocatio. 13. E.
Egregia Gulielmi Eſtouteuillæ Cardinalis munificentia notatur. 127. B.
Epiſcopi Vigiliarum litteræ ad Paulum Quintũ Pont. Max. adducuntur. 231. D.
Epitaphium, Clementis vitam paucis exponens affertur. 195. D.
Eugenij porticum prope ruentem Gregorius XIII. reſtituens, ad Lateranum viã aperuit. 61. A.
Eugenius Papa Tertius S. Bibianæ Eccleſiam ſimul cum redditibus Baſilicæ S. Mariæ maioris conceſſit. 59. B.
Excellens in S. Mariæ maioris Eccleſiam Nicolai Quarti clementia attingitur. 127. C.
Excellens Pauli Papæ V. erga S. Mariæ maioris Baſilicam voluntas annotatur. 129. D.
Eximia Antonij Mariæ Saluiati Card. in S. Mariæ maioris Baſil. largitas indicatur. 128. A.
Ex Pontificum ſcientia cæremoniæ cognoſcuntur, & obſeruantur. 14. C.
Expreſſa Philippi Boncompagni Card. in S. Mariæ maioris Baſilicam pietas proponitur. 128. E.

F

FEdericus Cæſius S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit.
Ferrariæ arx à Clemẽte Papa Octauo fuit ædificata pro eius munitione Paulus V. Pont. Max. quingentos mille aureos nummos erogauit, & hodie prima Italiæ arx reputatur. 205. D.
Franciſcus Vrſinus Card. S. Luciæ in Silice, & Archipresbyter fuit anno 1298. 32. D.
Franciſcus Gondus Card. Sacellum conſtituit, ibiq; duas Cappellanias pro duobus Cappellanis perpetuas inſtituit. 55. A. B. C.
Franciſci Porti liberalitas notatur. 128. E.
Franciſcus Landus S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 163. C.
Franciſcus Toletus S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 166. E.
Fructus, atq; redditus Cappellaniarum, & aliarum rerum, ac bonorum etiam immobilium ipſis Beneficiatis, et Clericis applicãtur. 51. B.
Fundationis, & dotationis Sacelli à Paulo V. extructi, Bulla ex parte proponitur. 232. B.

G

GRegorius Tertius poſt quamplurima inſtaurata, munera aurea, argentea, & pretioſis gemmis exornata, S. Mariæ maioris Baſilicæ obtulit. 130. A.
Gregorius XI. plenariam indulgentiam ad modum Iubilæi illis concedit, qui S. Mariæ maioris Eccleſiam viſitant. 18. B.
Gregorius Secundus duo Monaſteria extruxit circa annum 714. 29. C.
Guido Ferrerius S. R. E. Cardin. in S. Mariæ maioris Eccleſia requieſcit. 165. D.
Guidus Aſcanius Sfortia S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 164. E.
Gulielmus de Eſtouteuilla Gallus ex Regia ſtirpe Card. ſanctorum Silueſtri, & Martini de Monte, & Archipresbyter fuit anno 1445. 33. B.
[illegible] Cardinalis ſancti Marcelli, & Archipresbyter fuit anno 1393. 32. D.

H

Hebræi poſt Aegyptios Templa conſtruxerunt, deinde Græci, & nouiſſime Hetruſci, & Romani. 12. D.

Hieronymi Manilij beneficentia traditur. 128. A.

Higinius Templorum, & Eccleſiarum rationem, & formam adinuenit. 15. B.

Hiparcus Aſtrologiæ peritus extitit. 15. B.

Huius Baſilicæ Artifex ille eſt cenſendus, qui omnia ex nihilo condidit, Modulus ipſa nix, quæ decidit extra temporis ordinem. 16. B.

Huius Eccleſiæ Structuram Deus per Niuis immiſſionem mire indicauit. 18. A.

I

Iacobus Columna Cardinalis ſanctæ Mariæ in Via lata, & Archipresbyter fuit anno. 1278. 32. B.

Iacobus Cardinalis Columna etiam poſt mortem S. Mariæ Maioris Eccleſiam auxit. 54. D.

Iacobus Cardinalis Columna S. Mariæ Maioris Tribunam varijs hiſtorijs ad Virginem ſpectantibus exornauit. 90. C.

Iacobus Cardinalis Columna S. Mariæ Maioris pauimentum conſtrauit. 92. A.

Iacobi de Archionibus liberalitas traditur. 128. D.

Iacobo Serræ S. R. E. Cardinali Imaginis Beatæ Virginis translationis cura committitur. 233. A.

Iacobus Columna S. R. E. Cardinalis in ſanctæ Mariæ Maioris Baſilica requieſcit. 162. C.

Illuſtre Pauli Quinti in Deiparam Virginem religionis ad poſteros monumentum indicatur. 61. D.

Illuſtris Ioannis Cardinalis Columnæ erga hanc ſanctæ Mariæ Maioris Baſilicam liberalitas notatur. 124. A.

Illuſtris Nicolai Papæ Quinti erga ſanctæ Mariæ Maioris Eccleſiam Pietas attingitur. 124. E.

In Altaribus ignis adoletur. 20. D.

Initium Sacras Imagines pingendi ex Deo emanaſſe oſtenditur. 236. A.

In Matris Deorum Sacrificio virilibus amputatis rem Diuinam faciebant. 14. C.

In Pauli Quinti Pont. Max. Sacello ex maſſa communi Prioris, & Cappellanorũ, quouis anno Priori ſcuta 300. dantur; ſcuta 100. ſingulis Cappellanis, ſcuta 50. ſacriſtæ, & totidem Camerario; atque 60. cuilibet ex Clericis. 232. C.

In Præſepis Sacello die, ac nocte iugiter luminaria reſplendent. 169. B.

In Sanctæ Mariæ Maioris Baſilica præter tres portes, quæ hodie cernuntur, etiam quarta olim erat, cui nomen Regina. 54. A.

In ſanctæ Mariæ Maioris Baſilica Præſepis Sacellum Liberius Papa extruendum curauit. 54. B.

In Sanctæ Mariæ Maioris Baſilica Symmacus Oratorium ædificauit. 54. D.

Inſignis Cardinalis Toleti erga Baſilicam ſanctæ Mariæ Maioris pietas, atque liberalitas ſignificatur. 25. D.

In Sanctæ Mariæ Maioris Baſilica ſæpe Pontifices creati, & etiam coronati, atque conſecrati fuerunt. 116. B.

Inſignis Gregorij Papæ Quarti benignitas indicatur. 127. C.

Inſignis Gregorij Papæ Vndecimi erga S. Mariæ Maioris Baſilicam clementia attingitur. 129.

In Templis perpetuo aſſeruabatur ignis. 12. D.

Inter Patriarchales Eccleſias, Patriarchalis ſanctæ Mariæ Maioris primas poſt lateranenſem tenet. 116. B.

Ioannes Archiepiſcopus Strigonien. perpetuam Cappellano dotem aſſignat. 56. B.

Ioannis de Stephanis Normandi, eiusque filiæ erga Beatam Virginem liberalitas indicatur. 56. A.

Ioannes Baptiſta Sabellus Romanus Cardinalis ſancti Nicolai in Carcere, & Archipresbyter fuit anno 1492. 33. D.

Ioannes Baptiſta Vrſinus Romanus Cardinalis ſanctæ Mariæ Nouæ, & Archipresbyter fuit anno. 1498. 34. A.

Ioannes Capoccius Ciuis Romanus Aram cum ferculo ad Sanctorum aſſeruandas Reliquias condidit. 86. B.

Ioannes de Rupèſciſſa Gallus Cardinalis ſancti Laurentij in Lucina, & Archipresbyter fuit anno. 1428. A.

Ioannes Papa precioſa Vaſa ab Imperatore Iuſtino miſſa ſanctæ Mariæ Maioris Baſilicæ donum dedit. 129. D.

Ioannes Patricius abundanter omnia, quæ neceſſaria fuerant miniſtrabat, & ſibi Baſilicam conſtituit. 21. A.

Ioannis Patritij, & eius Vxoris preces, & vota exaudita fuere. 16. B.

Ioannes Vitelleſcus Cornetanus Cardinalis ſancti Laurentij in lucina, & Archipresbyter fuit anno. 1431. 33. A.

Iulianus Cæſarinus Romanus Cardinalis Sanctorum Sergij, & Bacchi, & Archipresbyter fuit anno 1503. 34. C.

Iulius Papa ſecundus erga ſanctæ Mariæ maioris Eccleſiam egregiè pietatem patefecit.
Iulius Papa Tertius Deiparæ imagini in ſanctæ Mariæ maioris Baſilica obſeruatæ auream Roſam ſolemni pompa donum dedit. 132. E.
Iuppiter humano ſanguine, & etiam Saturnus colebatur. 14. C.

L

Leonardus Groſſus de Ruere Sauonenſis ſanctorum Gabini, & Suſannæ Archipresbyter fuit anno. 1511. 36. B.
Leo Tertius Papa ſanctæ Mariæ maioris Eccleſiam reſtaurauit, & argenti munera obtulit. 130. D.
Liberianæ Baſilicæ faciem muſiuo opere Petrus, & Iacobus Columna exornarunt. 60. C.
Liberius Pontifex, vna cum Ioanne, & Clero, Populoque Romano ad Collem peruenerunt, vt Baſilicæ fundamenta iacerentur. 17. B.

M

Magna Sixti Papæ Tertij erga S. Mariæ maioris Eccleſiam liberalitas traditur. 123. A. 127. A.
Marinus Vulcanus Cardinalis ſanctæ Pudentianæ, & Archipresbyter fuit anno 1381. 22. B.
Marcellus Creſcentius S. R. E. Cardinalis in ſanctæ Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 164. B.
Marcus Antonius Columna, è Pij Papæ Quinti manibus Vexillum naualis Præfecti aduerſus Turcas pro Eccleſia ſuſcepit. 173. E.
Marianus Perbenedictus S. R. E. Cardinalis, in ſanctæ Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 166. D.
Mira Iordani Vrſini Cardinalis ſanctæ Mariæ maioris Baſilicæ propenſio cognoſcitur. 126. D.
Mirus Populi concurſus ad B. Virginis ſanctæ Mariæ maioris Imaginis tranſlationem extitit, adeo vt centum millia hominum numerum excederent. 234. C.
Monialium ordinis ſancti Damiani Cœnobium Othobonus Cardinalis extruendum curauit. 57. E.
Mons Exquilinus reliquos Vrbis Montes ambitu antecellit. 6. A.
Multiplicata pietate, etiam ſunt Cærimoniæ adauctæ. 15. B.

N

Nefarij Manichæorum libri præ foribus ſanctæ Mariæ maioris Baſilicæ igni publice traditi fuerunt. 116.
Nicolai Quinti Sepulchrum ex pario marmore eſt expreſſum. 72. B.
Nicolaus Albergatus Bononienſis Cardinalis ſanctæ Crucis in Hieruſalem, & Archipresbyter fuit anno. 1439. 33. E.
Nicolaus Cardinalis Capoccius Sacellum ſancti Laurentij ædificauit. 55. C.
Nicolaus Papa Quintus Palatium Apoſtolicum apud S. Mariæ maioris Baſilicam extruxit. 70. E.
Nicolaus Quintus Sacellum ſanctæ Agnetis, atq; alias Aedes Canonicis largitur. 71. B.
Nicolaus, & Antonius donatione inter viuos oppidum Vrbiſachium ſanctæ Mariæ maioris Eccleſiæ tradiderunt. 125. B.
Nicolaus Papa Primus erga ſanctæ Mariæ maioris Baſilicam nobilem memoriam prætulit. 132. A.
Nicolaus Capoccia S. R. E. Cardinalis in ſanctæ Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 161. B.
Niuis miraculum, quo Beata Virgo locum ædificandæ ſibi Baſilicæ demonſtrauit proponitur. 19. C.
Nobile Pauli Papæ Tertij erga ſanctæ Mariæ maioris Eccleſiam indicium traditur. 128. C.
Nomina ſeptem Montium, in quibus primum Romæ fundamenta iacta fuere, notantur. 5. D.
Nonis Auguſti peculiari Officio memoria huius miraculi recolebatur. 21. E.
Nonis Auguſti cæleſtis nix effulſit; eadem nocte Beata Virgo diuiſim Ioanni, & Vxori apparuit. 17. A.
Nonnulli ea tantum Delubra dixere, quæ fontes lauatorios haberent. 12. A.

O

Omne templum bifariam diuiſum erat. 13. A.
Omnes Authores affirmant B. Virginis Imaginem, quæ in S. Mariæ maioris Eccleſia conſeruatur, a S. Luca Euangeliſta coloribus fuiſſe expreſſam. 242. B.
Ottobonus Cardinalis ſancti Adriani, & Archipresbyter fuit anno. 1262. 32. B.

P

Palatium Apoſtolicum a Nicolao Quinto extructum, Menſæ Capitulari Clemens Octauus adiunxit. 71. E.
Papa primum ictum dedens pro ſternendis fundamentis, illa nulla opera vndique ſe præbuerunt ad Niuis ſitum, figuram angularem exprimentem. 17. C.

Papa

Papa quidnam Ioanni Patritio dixerit indicatur. 20. C.

Paſcalis primus S. Mariæ maioris Eccleſiam reſtaurauit. 130. B.

Patriarchæ Babylonis ad Paulum Quintum Pont. Max. legatio. 209. B.

Paulus Cæſius Rom. Card. S. Nicolai in Carcere, & Archipresb. fuit anno 1517. 32. B.

Paulus Cæſius S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 164. D.

Paulus V. Pont. Max. in S. Mariæ Maioris Area ad Obeliſci baſim aquam adducendam, & fontem pro communi bono extruendum curauit. 67. B.

Paulus V. Pont. Max. Regis Voxu legatis pecunias pro itinere, nec non alia quamplurima miniſtrauit. 219. D.

Paulus V. Pont. Max. Iubilæum proferens ab Eccleſia S. Mariæ Angelorum in Thermis Diocletianis ad S. Mariæ maioris Baſilicam procedit. 122. A.

Paulus V. Pont. Max. Iubilæum edens ab Eccleſia S. Mariæ Angelorū ad S. Mariæ maioris Baſilicam contendit. 122. B.

Paulus V. Pont. Max. etiam B. Virginis ſanctæ Mariæ maioris imaginis ſolemnibus adeſſe voluit. 234. B.

Paulus V. Pont. Max. in B. Virginis S. Mariæ maioris imaginis tranſlatione, atq; ſolemnibus Plenariam per octo dies perpetuò conceſſit. 234. C.

Paulus V. Pont. Max. ad Cæſarem auxilia miſit aduerſus Turcas. 205. B.

Paulus V. Pont. Max. S. Franciſcam Romanam, & S. Carolum Borromæum inter Sanctos annumerauit. 205. B.

Pauli V. Pont. Max. Breue affertur. 229. A.

Paulus V. Pont. Max. in S. Mariæ maioris Areæ medio Columnam ex illis erexit, quæ in Templo Pacis apud forum Romanum aderant, per Titum Veſpaſianum ædificato, atque aquam ad Columnæ baſim conduxit. 63. A.

Paulus V. Pont. Max. tres annos, & totidem quadragenas de iniūctis, uel alias quomodolibet debitis pœnitentijs eis relaxat, qui S. Virginis imagini ſuper marmoream columnam à ſe ſtatutæ, genibus flexis reuerentiam præſtāt, &c. 63. C.

Pauli V. Pont. coronatio, anno 1605. die 29. Maij celebrata fuit mira Vrbis, & Orbis lætitia per Franciſcum Sfortiam primum Diaconum Card. & Alexandrum Perettum Cardin. Montealtum S. R. E. Viceeanc. 205. C.

Paulus Scolarus Rom. Card. Præneſtinus, & Archipresbyt. fuit anno 1191. 31. B.

Peroratio Operis. 252. A.

Petrus Columna Card. S. Angeli, & Archipresbyter fuit anno 1325. 32. E.

Petrus Diaconus Card. S. Mariæ Nouæ, & Archipresbyter fuit anno 1365. 23. A.

Petrus Ludouicus Borgia Card. ſanctorum Nerei, & Archillei, & Archipresbyter fuit anno 1508. 34. D.

Petrus Iſuallies Mamertinus Card. S. Cypriani in Thermis, & Archipresb. fuit anno 1510. 34. E.

Petrus Saxonius Card. P. Pudentianæ, & Archipresb. fuit anno 1206. 31. B.

Petrus Capoccius Card. S. Georgij in Velabro, & Archipresbyter fuit anno 1258. 31. E.

Petrus Capoccius S. R. E. Cardin. in S. Mariæ Maioris Baſilica requieſcit. 161. A.

Petrus Franciſcus Ferrerius S. R. E. Cardin. in S. Mariæ maioris Eccleſia requieſcit. 165. E.

Petrus Azolinus S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit 165. C.

Petri Senatoris benignitas deſignatur. 128. A.

Petrus Card. Columna ſuborta tempeſtate, grauiter iactatus B. Virginis Imaginem in ſanctæ Mariæ maioris Eccleſia poſitam implorans liberatur. 248. E.

Philippus de Leua S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 163. C.

Philippus Boncompagnus S. R. E. Cardinalis in S. Mariæ maioris Eccleſia requieſcit. 166. A.

Philippi Mariæ Mediolani Ducis filius iam diſperatæ ſalutis per S. Mariæ maioris imaginem incolumis redditur. 249. A.

Pius Secundus plenam Indulgentiam concedit ijs, qui Altare viſitarent, in quo S. Hieronymi corpus quieſcit. 18. D.

Pius Quintus S. Pudentianæ Eccleſiam Capitulo S. Mariæ maioris adimit. 58. D.

Pius Papa V. primus Pœnitentiarios ex S. Dominici familia ſelegit, cæteros dimittens, atq; domicilium prope Baſilicā ſtabiliuit. 108. A.

Pius Papa V. erga S. Mariæ maioris Eccleſiam valde pietatem oſtendit. 132. E.

Pius Papa V. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 159. B.

Pontifex Baſilicam in honorem Dei conſecrauit, ac B. Virginis, collocans Præſepe Domini, Cunabula, fœnum, & pannum, alijs cum Reliquijs. 22. B.

Pōtifex in maiori Altari de lacte Virginis Mariæ recondidit, de capillis ipſius, &c. & ſub dicto Altari corpus S. Matthiæ Apoſtoli requieſcit. 21. C.

Poſt abſolutum ſacelli Præſepis opus in S. Mariæ maioris Baſilica à Sixto Papa Quinto compertum eſt illud ſimile eſſe veteri ſacello ad Præſepe Domini in Eccleſia Bethlehemitana,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quod ex diuina inſpiratione id Pontificem feciſſe videtur. 186. B.
Præcellens Eleazari Cardinalis voluntas ſignificatur. 127. B.
Præcellens Comitiſſæ Oliuares erga S. Mariæ maioris Eccleſiam argumentum notatur. 128. C.
Præclara Pauli Tertij erga S. Mariæ maioris Baſilicam voluntas ſignificatur. 127. D.
Præclara Vidi Aſcanij Sfortiæ in S. Mariæ maioris Eccleſiã beneficentia attingitur. 129. C.
Precationes, & vota Ioannis Patritij, & vxoris indicantur. 19. A.
Præſepe, atque ædicula à loco vbi prius erant ſub Sixti V. ſacelli aram traducta fuere. 169. A.
Præſtabilis Alexandri Papæ Sexti clementia ſignificatur. 128. B.
Primum templi poſitorem Dedalum fuiſſe traditur. 12. B.
Primus S. Mariæ maioris Archipresbyter Matthæus Card. extitit. 30. D.
Præſtans Franciſci Homodæi beneficentia notatur. 127. E.
Prior, & Cappellani ſacelli à Paulo Quinto cõſtructi faciunt Collegium, habentq; inſignia Collegialia, & poſſunt deferre habitum aliorum Cappellanorum. 232. A.
Priſcæ Eccleſiæ tres partes obtinent, Porticum, Nauem, & Chorum. 9. D.
Proceſſionis uia cum ſacram B. Virginis S. Mariæ maioris imaginem portabant, indicatur. 233. B.
Proſperus Sanctacrucius S. R. E. Card. in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 166. A.

Q

QVam ob cauſam Eccleſiæ reſpiciunt ad Orientem ſignificatur. 9. D.
Qua ratione Oratoria ab Eccleſijs diſtinguantur exponitur. 9. D.
Quænam Barbarorum cæremoniæ eſſent notatur. 14. D.
Quænam Patriarchales Romæ adſint indicatur. 115. A. C.
Quidnam ſit Baſilica traditur. 7. B.
Quidnam ſit Domus Templo annexa affertur. 9. A.
Quidnam ſit Altare ſignificatur. 20. D.
Quidnam Sancta Sanctorũ eſſet indicatur. 13. B
Quidnam Sanctuarium ſit exponitur. 13. B.
Quid Pontifex dixerit Senatui, Populoq; Romano affertur. 20. B.
Quid Proforum, & proforatum innuat exponitur. 22. B.
Quid propriè Templa, Oratoria, Baſilicæ, & Eccleſiæ ſignificent, traditur. 8. A.
Quid ſacrum, quidue ſanctũ ſit indicatur. 12. D.
Quid ſignificent, curuè inſtitutæ quinque Patriarchales Eccleſiæ non vna omnium eſt ſententia. 116. B.
Quid ſit, & vnde Templum dicatur traditur. 9. D.
Quid ſit Presbyterium indicatur. 9. E.
Quid Vicarij nomen importet traditur. 36. B.
Quinque Romanæ Patriarchales præcipuos Chriſtiani Orbis Patriarchas ſignificant. 116. E.
Quodnam ſit Archipresbyteri officium ſignificatur. 30. A.

R

REgis Perſarum ad Paulum Quintũ Pont. Max. legatio indicatur. 209. D.
Regis Perſarum legati Pauli Quinti Pontificis pedibus proiecti, ex eius ore diuinitatis radios, ac ſplendorem ſe efferre vidiſſe teſtabantur. 209. E.
Regis Perſarum legati quamplurimis egregijs picturis, atque alijs muneribus amplificati fuerunt, præter pecunias, & impenſas in reditu factas, cum ex Pontificis mandato homines pro hac re Bononiam perrexerint; inde verò vſque ad Tridentinam Ciuitatem, tum vſq; ad Pragam aſſiduè Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis expenſis. 209. E.
Regis Voxu ad Paulum Quintum Pont. Max. legatio exponitur. 219. A.
Religio humanum genus moderatur. 14. C.
Rituum cæremonialiũ omnia ſunt repleta. 14. A.
Romanorum cæremoniarum aliquæ impuræ, aliquæ inhumanæ, & ſanguinariæ fuerũt. 14. B.
Romano in foro duodecim olim aurea ſimulachra erant. 238. D.
Romanus, Cardinalis, et Archipresbyter fuit anno 1258. 32. A.
Romæ quinque Patriarchales Baſilicæ exiſtunt. 115. B.
Rodericus Lenzolio Borgia Card. S. Nicolai in Carcere, & Archipresbyter, fuit anno 1483. 33. C.

S

SAcella publicis Ciuitatis locis reperiuntur. 20. C.
Sacellum, Cappellam vulgus appellat, ab antiquis lararium dicebatur. 13. C.
Sacellum eſt paruus locus Deo dicatus, aut Beatæ Virgini, atque Sanctis, vna cum Altari. 10. B.
Sacratiſſimæ Aſſumptionis ſacellum apud ſanctæ Mariæ maioris Baſilicam, à Guidone

Aſca-

Aſcanio Cardinali inchoatum, Alexander Cardinalis frater perfecit. 72. E.

Sacris imaginibus reuerentiã tribuendam Patrũ conſenſu eſt determinatum. 240. C.

Sãctæ Mariæ maioris Eccleſia fuit circa annum 352. ædificata. 29. A.

Sanctæ Luciæ in Silice Eccleſiam, eiuſque redditus Gregorius Papa Vndecimus Auenione ſanctæ Mariæ Maioris Baſilicæ concedit. 58. D.

Sanctæ Pudentianæ Eccleſia fuit à Paulo Papa Tertio Capitulo conceſſa, vna cum Eccleſia S. Euphemiæ, velut in Bulla conceſſionis eiuſdem Pontificis. 58. E.

Sanctæ Mariæ maioris Porticum ab Eugenio Tertio ædificatam vetus Epigramma teſtatur. 60. E.

Sanctæ Catherinæ ſacellum in S. Mariæ maioris Eccleſia ſitum, Federicus Cæſius Cardinalis condidit. 73. D.

Sanctæ Mariæ maioris Capitulũ effigiem ex ære Pauli Quinti Pontificis Maximi faciendam curauit, atque in Sacrarij ingreſſu collocandam. 76. A.

Sanctæ Mariæ maioris Baſilicam Sixti Tertij pietate reſtauratam vetus Epigramma teſtatur. 88. E.

Sanctæ Mariæ maioris Baſilicæ laquearia, Cæleſtinus Papa Tertius auro exornare, ac ditare incœpit, & Alexander Sextus perfecit ex primo auro, quod Indiæ tranſmiſerint. 94. C.

Sanctæ Mariæ maioris Eccleſia Pœnitentiarios habet. 106. E.

Sanctæ Mariæ maioris Pœnitentiarij à Liberio Papa eodem tempore ſtabiliti fuerunt, quo etiã ipſamet Baſilica. 107. B.

Sanctæ Floræ Comes è Pij Papæ Quinti manibus generalis Præfecti ſceptrum recipit pro Caroli Noni Francorum Regis aduerſus Vgonottos defenſione. 173. E.

Sancti Andreæ Eccleſia fuit à Simplicio Papa circa annum 467. fabricata. 29. A.

Sancti Caroli Borromæi Epiſtola ad S. Mariæ maioris Capitulum tranſcribitur. 30. E.

Sancti Franciſci ſacellum in S. Mariæ maioris Eccleſia ſitum ad Capizuccos pertinet. 72. B.

Sancti Hieronymi corpus è Syria in Vrbem tranſlatum, non ſolum ex libro apud Vaticanum aſſeruato deprehenditur, ſed etiam ex Pij Secundi, Sixti Quarti, & aliorum teſtimonijs. 113. A. B.

Sanctorum Innocentium corpora ab Eccleſia ſancti Pauli ad S. Mariæ Maioris Baſilicam tranſlata fuerunt. 106. C.

Sanctus Hieronymus S. R. E. Cardinalis exti 90. C. & 115. E.

S. Carolus Borromæus rogauit Pium Quartum, vt redditus Cappellanorum vniret. 50. A.

Sanctus Carolus Borromæus candelabra argẽtea, nec non alia præclara munera in S. Mariæ maioris Baſilicam contulit. 132. E.

Sanctus Lucas primus Chriſti, atque B. Virginis, & ſancti Petri Apoſtoli imaginem coloribus expreſſit. 239. C.

Secunda Eccleſiarum forma quatuor latera continet. 9. B.

Senatus, Populuſq; Romanus ad montem Exquilinum vna cum Pontifice perrexit. 10. D.

S. P. Q. R. marmoreum loculum, in quo olim ſacroſancta Deiparæ aſſeruabatur effigies faciendum curauit. 82. A.

Senatus, & totius Populi maiores ad Pontificem venerunt. 20. B.

Seruitium incumbens Priori, Sacriſtæ, Camerario, & Clericis in Cappella indicatur. 232. E.

Singularis Iacobi Cardinalis Columnæ erga ſanctæ Mariæ maioris Eccleſiam pietas deſignatur. 124. C.

Sixtus Papa Quartus S. Mariæ maioris Eccleſiæ Organum concinnauit, Clemens Papa Octauus inſtaurauit ſimul cum Muſicæ Choro. 93. C.

Sixtus Papa Quintus Obeliſcum in Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris Area, vnum ex ijs, qui in Auguſti Mauſoleo erant, iam obſoletum, & ante Beati Rochi Eccleſiam iacentem erexit. 67. A.

Sixtus Papa Quintus Altare maius ſacelli à ſe in ſanctæ Mariæ maioris Baſilica extructi ſupra Præſepis ædiculam ad Miſſas Pontificales celebrandas conſtituit. 185. A.

Sixtus Papa Quintus in S. Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 169. E.

Sixtus Papa Quintus ab eius infantia Beatam Virginem ſibi aduocatam ſelegit, eiuſque patrocinio multa pericula euaſit. 185. C.

Sixtus Papa Quintus in ſacello à ſe ædificato in Eccleſia S. Mariæ maioris bina ſepulchra magnificè extruxit, alterum Pio Papæ V. alterum verò ſibi; aliud autem in Sacelli veſtibulo pro ſuis conſanguineis ſepeliendis aſſignauit. 186. D.

Sixtus Quintus Pontifex Maximus ſub Altare ſanctæ Luciæ, cuius dies feſtus, etiam natalis ipſius fuit, ad ſacelli limen adiuncto, quod in Sanctæ Mariæ maioris Eccleſia condidit, duo ſanctorum Innocentium corpuſcula, eius iuſſu à Baſilica S. Pauli tranſlata, recondi iuſſit. 185. D.

Sixtus Quintus Pontifex Maximus, ad B. Virginis laudem; & Præſepis venerationem in ſacello à ſe erecto in S. Mariæ Maioris Baſilica

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſilica vnam Præpoſituram, vnam Sacriſtiam, quatuor Cappellanias, & quatuor Clericatus inſtituit. 187. A.
Stephanus de Foſſa noua S. R. E. Card. in ſanctæ Mariæ maioris Baſil. requieſcit. 160. E.
Stephanus Paloſius Hormanus Rom. Cardinalis S. Marcelli, & Archipresbyter, fuit anno 1390. 32. D.
Stephanus Paloſius S.R.E. Cardinalis in ſanctæ Mariæ maioris Baſilica requieſcit. 162. E.
Stephanus Papa Sextus S. Mariæ maioris Baſilicæ illuſtria munera obtulit. 132. B.
Suggeſtus, ſolium, ſedilia, ſepta, cancelli, veſtibulum, presbyterium, ambulachrum, chorus, & tribunal declaratur. 13. D.
Sultanus Saguè, vulgo Prete Gianni, Aethiopiæ Rex, Iaponenſes Chriſtiani, Armeniæ Patriarcha Don Melchiſedech, atque adeò alij legatos ad Paulum Quintum Pontificem Maximum miſerunt. 224. A.

T

Templa, Baſilicæ, Eccleſiæ, & Oratoria, penè idem exiſtunt. 8. B.
Tēpla ex eo dicta, quia quaſi tecta ampla. 12. E.
Tertia Eccleſiarum forma Crucē imitatur. 6. B.
Tot Deorum latriæ, & cæremoniæ, quot Populi fuerunt. 14. D.
Tria Altaria fuerunt constructa pro ſacra Beatæ Virginis S. Mariæ maioris imagine in itinere reponenda. 233. B.
Trium generum imagines deſignantur. 237. E.

V

Valde eſt probabile Liberium Papam Deiparæ imaginem in ſanctæ Mariæ maioioris Eccleſia collocaſſe. 244. A.
Varia Vicarij genera afferuntur. 36. D.
Veritas huius miraculi primum ex Martyrologio probatur. 17. A.
Vetitum eſt Eccleſiam extrui, niſi prius Epiſcopus Crucem fixerit. 8. E.
Vido Aſcanius Sfortia de S. Mariæ maioris Tēpli ædificatione optimè eſt meritus. 59. C.
Vnde dictus Exquilinus mons indicatur. 6. B.
Vndenam Delubra nomen deſumpſerint ſignificatur. 12. E.
Vnde nam fora nomen acceperint notatur. 12. B.
Vnde nam Sacrarium dictum affertur. 12. B.
Vſque ad tempora Iunioris Papæ Liberij in honorem B. Virginis nulla vnquam intra Vrbem fuerat Eccleſia fabricata. 19. D.
Vtrum dignitas Archidiaconi maior ſit illa Archipresbyteri attingitur. 29. D.

FINIS.

ERRA-

Pag.	Col.	Lit.	Errata	Corrige.
2			vaſibus	vaſis
7	1	B	poetici	porticus
9	2	C	in modo	in modum
11	1	B	Sozomenem	Sozomenum
	1	C	appropinquari	appropinquare
	1	C	præuia	peruia
	2	D	deprecabuntur	deprecabantur
12	1	E	ſimulahra	ſimulachra
	2	C	cappellarum	capellarum
	2	C	eſt tranſmiſſum	ſit tranſmiſſum
14	1	A	quaſi Canoniſtæ	quas Canoniſtæ
	1	D	perquæſiuere	perquiſiuere
	1	D	habuerunt	habuerint
15	1	A	culturæ	cultum
	2	B	niuem	niue
21	1	E	Breuiariai	Breuiaria
	2	A	addare	addere
25	2	A	atteſta mulieris	atteſtationi mulieris
30	1	A	diligengenti	diligenti
46	2	C	manelli	martelli
48	1	A	Bonienſis	Bononienſis
50		A	Ægeſtatem	Egeſtatem
52	1	B	Cænobis	Cænobijs
	1	E	ſumperſunt	ſuperſunt
	2	A	muſiueo	muſiuo
58	1	E	Brixen	Brixien
59		E	ſuciperet	ſuſciperet
60		C	Canonicitis	Canonicis
67	2	C	reſitum	reſtitutum
78	2	C	voce	vice
86	1	B	Iaonnis	Ioannis
110	2	D	ahquibuus	aliquibus
113	2	D	ſepelliuit	ſepeliuit
121	1	E	litteras	litteræ
	2	A	merita	merita noſtra
	2	A	ſoliciudinis	ſolicitudinis
	2	A	Partis	Patris
	2	D	Rogum	Regum
	2	D	ac ſpiritu	in ſpiritu
	2	B	ſalutum	ſalutem
	2	E	præcentur	precentur
122	2	C	Curiſtianorumq.	Chriſtianorumq.
124	2	B	ceſſit & conceſſit	ceſſerũt & cõceſſerũt
127	1	D	vnit	vniuit
	2	E	Anne	Anno
128	1	C	dua loca	duo loca
	2	D	dimtdia	dimidium
129	1	A	rouinoſum	ruinoſum
	2	C	egregiem	egregiam
	2	D	præcioſa	precioſa
130	1	D	obrixo	obrizo
132	1	D	veſtigij	veſtigijs
	2	D	Canoprto	Conopæo
133	2	A	argentum	argenteum
	2	E	linteas	lineas
134	1	B	&	ex
	2	B	Eccieſiaſticos	Eccleſiaſticos
	2	D	Vaticacæ	Vaticanæ
143	1	B	Smmaritanæ	Samaritanæ
144	1	A	S. Gregorij	S. Georgij
145	2	E	Tobolea	Tobalea
146	1	D	Miſere	Miſerere
	2	E	eſt	eſt
	2	C	faerunt	fuerunt
147	2	C	latibus	lateribus
	1	D	cum duo	cum duobus
148	1	A	duabus	duobus
	2	D	repreſentatione	præſentatione
151	1	B	pix	pixis
	1	B	pix	pixis
	1	C	acera	acerra
	1	C	aceria	acerra
	1	D	referrens	referens
	1	D	polubrum	pollubrum
	2	E	tænis	tænijs
152	2	C	Sanctiſiſſimi	Sanctiſſimi
153	1	A	Crucij	Crucis
156	2	A	honoſto	honeſto
	2	B	dimiſit	diſceſſit
157	1	E	extintus	extinctus
	2	E	ſepellitur	ſepelitur
158	1	A	queſcit	quieſcit
	2	C	exeplanare	explanare
	2	C	ingreſſiu	ingreſſu
159	2	C	porphyreticis	lydijs
159	1	A	elegio	elogio
	2	E	inſculpa	inſculpta
162	1	B	ſepelliri	ſepeliri
166	2	D	Bernedicto	Perbenedicto
167	1	A	Marinus	Marianus
174	1	A	Zophorus	faſtigium
177	2	C	duobus	duabus
	1	E	folias	folia
179	2	D	baſæ	baſes.
180	1	A	Cathalogum	Catalogum
181	2	A	Elceeſiaſtica	Eccleſiaſtica
	2	A	ſeruauit	ſeruarit
183	1	C	Geneologia	Genealogia
	2	B	omiſerant	amiſerant
185	1	E	circumſectum	circumſeptum
190	2	B	faſcis	faſcijs
191	2	D	faſcis	faſcijs
193	2	C	folias	folia
	1	C	teſtili	textili
	1	D	baſi	baſim
194	2	C	pilea	pila
196	2	C	duobus	duabus
208	1	C	quadrata	triangulari
200	2	D	pileam	pilam
	2	B	Armenij	Armeni
209	1	B	adortus	correptus
	2	E	ſumum	ſummum
210	1	E	eorurum	eorum
213	1	E	comparuiſſet	comparaſſet
215	1	D	Timothæus	Timotheus
	2	A	Timothæus	Timotheus
	2	B	iunctos	vinctos
216	1	C	Timothæi	Timothei
	1	C	diſſentione	diſſenſione
	1	E	Timothæo	Timotheo
	2	A	Timothæus	Timotheus
	2	C	Timethæo	Timotheo
	2	E	Timothæum	Timotheum
	2	E	Timothæe	Timothee
	2	C	erunt	erant
	2	E	libellus	libellum
217	1	B	Ciuibbus	Ciuibus
	1	B	per quam	perquam
	1	E	oportunè	opportunè
218	1	B	non non	non
	2	B	agere	agerem
219	2	B	1651	1615
226	2	A	pix	pixis
	2	C	folias	folia
	1	C	lycnis	lychnis
	2	C	pallum	pallium
227	1	B	aureos nummos	aureis nummis
234	2	B	populum	populo
	2	B	millia	millium
	2	C	trecentum	trecentorum
235	1	C	Banad.	Barrad.
241	2	B	Pontificium	Pontificum
242		B	reſcreptis	reſcriptis
	1	B	collegi	colligi
243	1	C	fuſos	fuſcos
	2	C	Cedranus	Cedrenus
244	1	C	extitiſſem	extitiſſe
	1	C	anxima	maxima
245	2	C	præſentit	præſenſit
	1	E	ditius	citius
249	2	D	Magiſtratumq.	Magiſtratuumq.
5	2	A	curauit	curauit
10	2	B	ſubiecere	ſubiacere
11	2	C	momentana	nomentana
4	1	D	ſede lem	ſede ſolem.

35	1	E	die decimaſeptima Kalendas	delendum die, & dicendum 17. Kal. Iunij.
39	2	B	ad ſtatum	ad ſtatutum
49	1	A	ſimul cum Canonicis.	pariter cum Canonicis.
60	2	D	maiori naui longiorem.	maioris nauis latitudine longiorem.
70	1	C	ad vſum Baſilicæ.	ad vſum Baſilicæ Canonicis.
73	2	E	Siluerio.	Solderio
184	1	C	illud vero mirum	illud vero (vt ferunt aliqui) mirum
			conſeruari ac ſi adhuc.	conſeruari adhuc, ac ſi
244	2	C	confirmat.	confirmant.

IN APPENDICE.

pag. 11 col. 2 lit. C Momentana lege Nomentana

ABBAS
PAVLVS DE ANGELIS
LECTORI BENEVOLO. S.

NON grauatè collectum ſpectabis Lector operum illorum indicem, quorum opportunitatibus, ac ſplendore paſsim frueris. Scis ipſe vix oculos, vix gradum quoquam à te moueri, vbi aliquod non occurrat tuæ, hoc eſt publicæ omnium vtilitati à à PAVLO V. Optimo, Maximoque Pontifice inſtitutum opus. Eorum ergò quaſi nomenclatorem conficere decreui, tibique communicare, vt tanti Pontificis magnificentia publicè ſpectata, priuatim etiam legi, & coli à te, vt debet, poſsit. Vale.

IPſo ſui Pontificatus initio cum ſacrum Regimen Opt. Pont. à ſacrorum cultu, & amplificatione auſpicari vellet, dignumque Pontifice verè maximo opus inchoaſſet, Sacellum videlicet operis magnificentiſſimi, eo loco, quo ſacrum Veſtiarium Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris antiquitus viſebatur: primum omnium ſacrum illud Veſtiarium ad ſiniſtram ianuę maximę ampliſſimum, ornatiſſimumque extruxit, in cuius ſuperiori parte, commodiſſima etiam pro Canonicis Conclauia exædificauit. In eius ergò exteriori ſacri Veſtiarij facie, quæ Orientem ſpectat Solem, in pario marmore nihil aliud, niſi hæc pauca leguntur verba Pontificijs inſignibus impendentibus.

De S. Mariæ Maioris Baſilica, vide Anaſt. Bibliot. in vitis Liberij Papæ Primi, & Sixti iij. Pontificis Maximi. Baron. annot. in Martyrol. Roman. in die 5. Auguſti. Blond. Fla. Romæ inſtauratæ, lib. 3. cap. 8.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
ANNO SALVTIS. M. DC V.
PONTIF. I.

Sacro Liberianæ Baſilicæ veſtiario ad eũ, quem modo memorauimus locum tranſlato, ſacellum Beatiſſimæ Virgini dignum, ſua tum pietate, tum liberalitate à fundamentis extruxit: in quod vetuſtiſſimam Beati Lucæ manu depictam Deiparæ effigiem transferret, quæ olim ad Aræ maximæ dexteram media ferè Baſilica, proprio in ferculo colebatur. Hoc ergò ſacellum ea magnificentia condidit, quam ſatis terrarum Orbis mirari non poſſit, ſiue amplitudinem ædificij, ſiue elegantiam operis, ſiue opulentiam ſpectes. Extrinſecus totum Tyburtino lapide conueſtitur. Intrinſecus Carrarienſi marmore, vbi viliſſimè; nam aliàs Numidicum, Chium, maculoſa alia complura, remotioribus ab Ara maxima ſpectantur locis. Aram enim ipſam, nonniſi pretioſiſſimi lapides, & planè gemmæ, vel ambiunt, vel componunt. Ij ſunt cæruleus, auri micis, & quaſi ſtellis internitentibus, quem lapidem lazuli vulgo appellant, quo ingens interceptum inter Aræ maximæ columnas ſpatium incru ſtatur, quo ſpatio medio Beatæ Virginis effigies conditur. deinde colorum venuſtate, ac luce præſtantiſſimus Iaſpis, ex quo integræ columnæ, capitellis æneis inauratis, egregiè conſtant. Eademque materia paraſtadæ, & reliquus Aræ ornatus viſitur. Ad hæc aurea circum Beatæ Virginis effigiem zona gemmis diſtincta clariſſimis, quæ vnica duodecim aureorum millibus æſtimatur. Mitto plaſtarũ nobilium opere addita inaurata vndiq; coronamenta picturis egregijs, ſignaque ex marmore ſumma arte elaborata. Horum enim omnium exactam deſcriptionem liber, qui de Liberiana Baſilica nobis iam eſt editus, afferet; quo libro, etiam ingentes, auro, argentoque, ſeu ſolido, ſeu textili, opes, in hoc ſacellum à PAVLO collatæ, aliaque eiuſmodi diligenter explicantur. In huius ſacelli ea fronte, quæ Occidentem ſpectat Solem, hoc inciſum eſt elogium.

De B. Lucæ manu depicta Deiparæ effigie, vide Caniſ. lib 5. c. 22. de Maria Deipara Virgine. D. Antonin. Archiepiſ. Flor. par. 2. cap. 3. tit. 12. & Duran. de Rit. Eccl. lib. 1. cap. 5. Honuphr. de 7. Eccl. Vrbis. Sigon. de regn. Ital. lib. 1. 1. Duran. in ration. lib. 6. c. 89. Philip. Bergom. in Luc.

De Tybur. lapide, leges apud eos, qui de limitibus ſcripſerũt: Lapis Tybur. ca ſalis dicitur, vide etiam Volater. Comment. vrb. lib 6. Italia Regio Vmbr. Sabin. Blondus, Flam. Italia, illuſtrata, Tybur ciuitas eſt in Sabinis 16. ab vrbe lapide.

De ea uide Leãdrum Alber. in Italia deſcript. & Blond. in Italia illuſtr.

De gemmis, earumq; varietate, deq; Iaſpidũ gener. vide Plinium lib. 37. capit. 5. & 9.

A

SANCTÆ VIRGINI
DEI GENITRICI MARIÆ
PAVLVS PAPA QVINTVS
HVMILIS SERVVS
SACELLVM OBTVLIT.
ANNO SALVTIS M. D. CXI.
PONT. VI.

At ea ex parte, qua meridiem ſpectat, hoc aliud.

PAVLVS V. PONT. MAX.
CELEBERRIMAM DEI GENITRICIS
IMAGINEM EX MEDIA BASILICA
IN SPLENDIDIOREM SEDEM A
FVNDAMENTIS EXTRVCTAM
TRANSTVLIT, ANNO PONTIFIC.
SEXTO.

In hoc verè admirabili Sacello, magnificentiſſimum Clementi VIII. à quo in Cardinal. numerum allectus eſt PAVLVS monumentum poſuit. In quo præter marmoream eius Pontificis ſtatuam, præcipuas eius res geſtas in marmore præclariſſimis opificibus adhibitis, expreſſit. ſub Clementis ſtatua aureis in lydio marmore expreſſa litteris hæc inſcriptio cernitur.

CLEMENTI OCTAVO PONTIFICI
MAXIMO.
PAVLVS V. PONTIFEX MAXIMVS
ROMANVS,
GRATI ANIMI MONVMENTVM
POSVIT.

Idem Liberianæ Baſilicæ, & Deiparæ colendæ PAVLVS Pontifex vnicè intentus, columnam marmoream ſtriatam, magnitudinis ingentis, quæ vna ex reliquijs Templi Pacis à Veſpaſiano Principe, poſt bellum Iudaicum confectum conditi ſupererat, eo loco aſportandam, & ante ſacram illam Baſilicam ſublimi in baſi, addito capitulo operis Corinthij egregiè elaborato, ſtatuendam curauit. Cuius apici Beatæ Virginis ſtatuam æneam inauratam impoſuit. Eius in columnæ baſi, quæ Baſilicam aduerſa reſpicit, hæc inſcriptio legitur.

De ord. Corint. atq; compoſito, M. Vitruu. lib. 4. capit. 1. vbi agitur de trib. generibus columnarũ, earumq; origine, & inuẽtione.

De huius veritate hiſtoriæ, vide Ioſephum de bello Iud. lib. 7. c. 24.

Baron. to. 1. ad ad ann. 73. vbi de Templi ſpol. in triumpho deductis agit, & Blon. Fla. Rom. inſtaur. lib. 3. cap. 3. 4. ipſum Baron. tomo 1. Apparat.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX
MAXIMVS.
COLVMNAM VETERIS MAGNIFICENTIÆ MONVMENTVM INFORMI SITV OBDVCTAM, NEGLECTAMQVE, EX IMMANIBVS TEMPLI RVINIS, QVOD VESPASIANVS AVG. ACTO DE IVDAEIS TRIVMPHO, ET REIPVBL. STATV CONFIRMATO, PACI DICAVERAT, IN HANC SPLENDIDISSIMAM SEDEM AD BASILICAE LIBERIANAE DECOREM AVGENDVM, SVO IVSSV EXPORTATAM, ET PRISTINO NITORI RESTITVTAM, BEATISSIMAE
B VIRGINI, EX CVIVS VISCERIBVS PRINCEPS VERAE PACIS GENITVS EST DONVM DEDIT, AENEAMQVE EIVS STATVAM, EIVS FASTIGIO IMPOSVIT. ANNO DOMINI M. DC. XIV. PONT. IX.

Ad dexteram Baſis partem hos iambos ſenarios leges.

IMPVRA FALSI TEMPLA QVONDAM NVMINIS
C IVBENTE MOESTA SVSTINEBAM CAESARE.
NVNC LAETA VERI PERFERENS MATREM DEI
TE PAVLE NVLLIS OBTICEBO SAECVLIS.

Auerſa à Baſilica parte, ſic perge legere.

D IGNIS COLVMNA PRAETVLIT LVMEN PIIS
DESERTA NOCTV VT PERMEARENT INVIA,
SECVRI AD ARCES HAEC RECLVDIT IGNEAS
MONSTRANTE AB ALTA SEDE LEM VIRGINE.

Ad ſiniſtram eiuſdem Baſis partem, hos inciſos iambos ſpectabis.

E

VASTA COLVMNAM MOLE, QVAE STETIT DIV
PACIS PROFANA IN AEDE PAVLVS TRANSTVLIT
IN EXQVILINVM QVINTVS, ET SANCTISSIMAE
PAX VNDE VERA EST CONSECRAVIT VIRGINI.

De Exquilino monte, vide Marlian. lib. 1. cap. 4. & Blond. Fla. lib. 1. cap. 14. Roma inſtaurata.

Ad extremum nè vlli eius Baſilicæ commodo Pontifex deeſſet Turri Campanaria, quam

quam repetito ictu, fulminis vis concuſſerat ſtabilita, atque inſtaurata, plumboque inſuper contecta, ſuis additis inſignibus etiam campanam ponderis ingentis, magnitudiniſque eximię, caſu neſcio quo vitiatam conflandam, auctoque pondere, & magnitudine reſtituendam curauit: cui de more hæc inſcribi tribus æneanm litterarum ordinibus iuſſit.

Primo Ordine.

✠ MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM DEO GLORIAM, ET PATRIÆ LIBERATIONEM ✠

Secundo.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX MAX.
CAMPANAM HANC VITIO AFFECTAM IN HONOREN MARIAE VIRGINIS REFICI IVSSIT.
ANNO DOMINI, M. DC. XIV.
PONTIF. X.

Tertio.

SANCTISS. DEI GENITRIX CHRISTIANI GENERIS ADVOCATA ORA PRO NOBIS.

De vaticani nomine, vide Blō. Fla. lib. 1. c. 38. & 39. & 43. & 49. Rom. inſtaur.

Graue Vaticani agri cœlum, vt Pontifices æſtate vitarent, anguſtas pro tanta aula in Quirinali ædes ædificarant, quibus amœnitates propinquorum hortorum adiunxerant. Eas dum ædes incolerent, dici non poteſt quanta cum omnium querela, ſæpè alienas ædes, vt familiæ tectum pararent in propinquo cogerentur commodato ab externis accipere. Huic malo liberaliter PAVLVS, vt obuiam iret, ingentem molem ædium veteri Pontificis Palatio à fundamentis erectam adiunxit, in qua & publicis functionibus exercendis ſpatium eſſet, & Sacellum priuatis vſibus opportunum. Multas præterea vicinas coëmit, inſtaurauitque ad familiæ vſum, nè vlli amplius oneroſa eſſet, domos, de quibus infra dicetur. In prima ergò Aulæ Quirinalis fronte, quæ ſcalis maximis imminet, Pontificijs inſignibus hæc inſcriptio ſubijcitur.

De Quirin. montis nomine, vide Blond lib. 1. ca. 91. & 99. Romæ inſtaurata, & Marlian. lib. 1. cap. 4. & lib. 5. cap. 22.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX
MAXIMVS
PALATIVM QVIRINALE HAC PARTE A FVNDAMENTIS EXTRVCTA AMPLIFICAVIT
ANNO DOMINI M. DCX.
PONT. SVI VI.

Iam in interiori Sacello in eadem Quirinalis Palatij parte à ſe extructa, quod egregij pictoris opera ornauit, hæc leges.

A

SANCTISSIMÆ MARIAE VIRGINIS
ANNVNCIATIONI
PAVLVS V. PONTIFEX MAXIMVS
ANNO DOM. M. DC. X.
PONT. SVI VI.

Addidit Quirinali Palatio ædificia complura, quo familiæ vſibus ſine vicinorum incommodo conſuleret. Datariæ in primis ædes proprias extruxit, ſuo cum atrio; cuius B ad ianuam maximam, quæ viæ ab eodem Pontifice ad radices auerſi Quirinalis apertæ imminet, cum inſignibus in marmore, hæc verba ſpectantur.

PAVLVS QVINTVS PONTIF. MAX.
ANNO SALVTIS M. D. CXI.
PONT. SVI VIII.

At in meridionali, atque exteriori facie eiuſdem Datariæ, qua meridiei ad cliuum C ipſum Quirinalem obtenditur, in marmore, cum Pontificijs inſignibus hæc verba.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
ANNO SALVTIS M. DC. X.
PONT. SVI VI.

Aedes, quas olim in Quirinali cliuo Benedictini Monachi extruxerant, eaque de cauſa Palatium Fratrum hodieque dicuntur, PAVLVS V. Pontificiæ familiæ anguD ſtias miſeratus proprio ære coemit, ad eius rei monumentum hæc tantum verba marmori, in Orientali earum ædium facie, qua aream Quirinalem, fontem, equoſq; Coloſſeos ſpectant, incidit, ſuperpoſitis inſignibus.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
ANNO SALVTIS M. DC. XI.
PONT. SVI VII.

E Stabulum in Quirinali Pontificiæ familiæ leuis armaturæ Equitibus, Pontificum cuſtodiæ deſignatis erexit: in eo ſic legitur.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
ANNO SALVTIS, M. DC. XI.
PONT. SVI VII.

Superius de ædibus atrioque Datariæ diximus ad Quirinale Palatium à PAVLO V. Pontifice Maximo coniunctis (hodie verò inferius atrium dicitur) ac etiam de ædibus, hortoque, quæ olim ſummo Quirinali

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nali cliuo à Benedictinis Monachis extructæ A à PAVLO V. pro Pontificiæ familiæ vſibus proprio ære coemptæ ſunt. Quoniam autem hodie pro areæ magnitudine Palatij ab ipſo Paulo ampliati, Monachorũ Palatium Pauli iuſſu dirutum eſt; Hac de cauſa Pontificia familia in Datariæ ædibus collocata, & ad aulicorum vſus ædes Maſſæorum Pontificio ære comparatæ, & Datariæ adſcriptæ ſunt: eius rei monumenta, hæc verba marmori in meridionali ipſius Palatij facie, qua Capuccinorum Monaſterium ſpectat, incidit, ſuperpoſitis Pontificiijs inſignibus. B

PAVLVS V. PONT. MAX.
DATARIAM APOSTOLICAM
IN HIS AEDIBVS
CVRIALIVM COMMODITATI
COLLOCAVIT
ANNO M. DC XV. PONT.
SVI XI.

C Adhuc de ea Quirinalis Palatij parte diximus, quæ ad ſeptentrionem ſpectat: de ea nunc agendum eſt, quæ ad orientem reſpicit. Eius partem maximam PAVLVS à fundamentis extruxit, in qua Regia Aula, ampliſſimumque Sacellum continetur, cum ſacro Veſtiario, cui longus ornatiſſimorum ordo conclauium adiungitur. igitur peramplo atrio excepti inſignes ſcalas aſcendimus, quæ duas diuerſas in partes diſcedunt. Et quidem vna ad ſeptentrionem, altera ad orientem ducit, qua regia aditur aula: inter D duas inſigni artificio elaboratas aulæ ianuas, PAVLI Pontificis ſpectantur inſignia, his verbis marmori inſculptis.

PAVLVS QVINTVS PONTIF. MAX.
SACELLVM PONTIFICIVM
EXTRVXIT
PALATIVM AVXIT, ET IN MELIO-
REM FORMAM REDEGIT.
ANNO DOM. M. DC. XV.
PONT. SVI XI. E

Huius aulæ pauimentum ex maculoſo, alboque marmore ſegmentatim contextum eſt. Laqueare magna artis, operiſque varietate diſtinctum, auro illuſum, ſumma ſpectantium voluptate viſitur. Hoc nobilis ſubcingit zona, inſignium pictorum opus. Ea hiſtorias exterarum legationum octo ad PAVLVM V. egregiè depictas continet. In externa Sacelli facie binæ inſignes ianuæ aſſurgunt, quarum altera perpetuò clauſa, altera ad vſum commeandi patet. Supra zophorum in lydio lapide hęc verba auro notata legimus.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
ANNO SALVTIS, M. DC. XVI.
PONT. SVI XII.

Supra coronã Christus Dominus cernitur Apoſtolorũ pedes abluens, inſigni cælatura, eminentibus ſignis è marmore. ſummo faſtigio bini Angeli inſident, quibus Põtificis inſignia nituntur. Ipſius porrò Sacelli interior ſpecies, prorſus digna Pont. eſt, digna PAVLO. eius longitudo palmis centum octoginta, latitudo ſexaginta, altitudo centum viginti definitur. Eius fornex coronario opere plaſtarum celeberrimorum manu exornanatus, auro vndequaque conueſtitur, ac dẽſi luminis repercuſſu, quod crebris, ampliſque excipitur Feneſtris, mirum in modum radiat. Medium fornicem Pontificis inſignia obtinent. Fornicis amplitudini ac ſplendori reliquarum Sacelli partium reſpondet maieſtas. pauimentum diuerſicolore cõpactum marmore non vnam fingitur in ſpeciem; aquilis, draconibuſque ſubinde apta per ſpatia interſtinguitur. medio ſpatio ſedes Cardinalium aſſurgunt, ſupra quas Pontificius thronus de more ad aræ dextram eminet. Cancelli, quibus Cardinalium Sacerdotumque conſeſſus à reliquo ſpatio dirimitur, præcipuè conſpiciendi ſunt. Infima enim ſui parte pretioſorum cruſtis lapidum conſtant; ſuperiore columellas ex aurichalco fabrefactas ſuſtinent. inter has, teretes è lapide Numidico columnæ octo interijciuntur, quibus baſes, & capitula ex ære deaurato, miro decori ſunt. His cymatium è lydio lapide pro coronide eſt. huic aureis hæc verba notis inſcribuntur.

PAVLVS QVINTVS PONTIF. MAX.
ANNO M. DC. XVI.
PONT. SVI XII.

Denique ſupra ianuam interiorem hoc elogium marmorea tabula includitur.

PAVLVS V. PONT. MAX.
SACELLVM IN HONOREM ASSVM-
PTIONIS BEATISS. VIRGINIS
MARIAE DICAVIT.
ANNO DOMINI M. DC. XVI.
PONTIF. XII.

Iam ad Quirinalis imas radices, quia enormitatibus vicorum ſublatis magnificentiorem ad Pontificias viam aperuit, direxit, mollitoque cliuo etiam ornauit, hoc in dexteriore Quirinalem adeuntibus angulo, epigramma proſcribitur.

A

PAVLVS V. PONT. MAX.
AD QVIRINALE A SE AVCTVM
ORNATVMQVE
VIAM MOLLITO CLIVO DILATAVIT, ATQVE DIREXIT
ANNO SALVTIS M. DC XI.
PONTIF. VII.

De Exquilijs, & Dioclet. Thermis, vide Blon. Fla. lib. 1. cap. 96. Rom. inſtau. & Marl. lib. 4. cap. 2.

Horrea in Quirinali nō procul ab Exquilijs Gregorius Pontifex inchoarat, loci ergò anguſtię multum rei frumentarię damnum afferebant: Paulus Pontifex, cui annonæ vbertas in primis cordi eſt, horrea ingenti opere laxanda, altero fermè tanto ædificij ad Gregorianum addito curauit, fonteſq; quotidianis vſibus deduxit, in eius interiore atrio hæc inciſa eſt inſcriptio.

B

PAVLVS V. PONT. MAX.
HORREIS VBERIORI ANNONAE
BONO AMPLISSIME DILATATIS,
MADEFACTIS QVANDOQVE FRVMENTIS AREAM STRAVIT, SITIENTIBVS AGRICOLIS, PVLVERVLENTISQVE BAIVLIS FONTES
EDVXIT
ANNO SALVTIS M. DC XII.
PONTIF. VII.

In exteriore verò facie hæc leges.

C

PAVLVS V. PONT. MAX.
ADVERSVS MAIORES ANNONAE
DIFFICVLTATES MAIORA SVBSIDIA PRAEPARANS NOVA HAEC
HORREA VETERIBVS ADIECIT
ANNO M. DC IX. PONTIF.
SVI QVINTO.

De Vatic. agro vide Marl. lib. 5. c. 21. et Blon. lib. 1. c. 38. 39. 41. & 49. & Baron. tom. 1. ad an. 69.

De Vaticani amplificatione Palatij, vide Anaſt. Biblioi. in multorū Pontificum vitis, & Plat. Innocentij Papa viij Honuphriũ, Ciaccon. in multorũ Pontificum vitis.

Vaticanas Pontificum ædes aliquot peramplis conclauibus auxit, ſcaliſque quibus horti Vaticani ſecretò ad animi relaxationē adire poſſint, hortos ipſos aquæ à ſe ab agro Braccianenſi deductæ, quam fontibus egregijs diſpenſauit, ingenti copia amœniores reddidit. In noua ergò ſubſtructione, quæ ad hortos pertinet, hæc legimus marmori inciſa.

D

PAVLVS V. PONT. MAX.
PALATII VATICANI MVLTIS IN
LOCIS INSTAVRATI, ATQVE AMPLIFICATI SPLENDOREM, HORTORVM ADIACENTIVM AMOENITATEM PERENNI SALVBRIS AQVAE
COPIA DE SVO NOMINE NVNCVPATAE REVOCAVIT, AVXIT
ANNO DOMINI M. DC XIV.
PONTIF. VIII.

At verò in ipſis hortis Vaticanis, qua maximo fonte ruſtico opere egregiè elaborato vis omnis aquæ Paulæ eò deductæ ſe effundit, hæc leguntur.

PAVLVS V. PONT. MAX.
AD AVGENDVM PALATII PROSPECTVM, ET HORTORVM DECOREM FIERI IVSSIT
PONTIF. ANNO QVARTO.

In iiſdem ferè medijs alio in fonte, quem ex veteri, & aquarum inopia inutili auxit, ornauit, ditauitque, hæc alia.

PAVLVS V. PONT. MAX.
FONTEM AQVIS IN VRBEM A SE
DEDVCTIS AVGENDVM, ET IN NITIDIOREM FORMAM RESTITVENDVM CVRAVIT
ANNO DOMINI M. DC. XIII.
PONTIF. IX.

Magnificas ædes Innocentius Octauus pro Datariæ Miniſtris, ac muneribus Vaticanis Pontificum ædibus addiderat; eas ad amplificationem Vaticanæ Baſilicæ exſcindi oportuit: quare tranſlatæ in nouam Vaticani Palatij partem Datariæ, quam magna impenſa ornauit, ordinauitque, hoc elogium inſcripſit.

E

PAVLVS V. PONT. MAX.
DATARIAM EX INNOCENTII VIII.
PALATIO AD BASILICAE AMPLIFICATIONEM EXCISO, HVNC IN LOCVM TRANSTVLIT
PONTIFICATVS ANNO V.

De Titi Veſpaſiani Thermis, vide Blond. lib. 3. capit. 3. & B. Marl. lib. 4. cap. 14.

In Vaticanum atrium, quod Bibliothecæ & Pontificijs conclauibus intercipitur, ingentem craterem operis egregij Iulius Secundus Pontifex Maximus è Veſpaſiani thermis aſportarat, eum temporum iniuria malè acceptum,

acceptum, reſtituit, aquiſque ſuis eo loco di-tauit Paulus. In eo cratere hæ ſunt inſcri-ptiones. Prima.

PAVLVS V. PONT. MAX.
CRATEREM LOCO DEIECTVM
QVO IVLIVS SECVNDVS ERVTVM
E RVINIS THERMARVM TITI VESP.
CONSTITVERAT, RENOVATA
EXORNATAQVE BASI RESTITVIT
PONTIF. ANNO V.

Secunda.

PAVLVS V. PONT. MAX.
CRATEREM ANNIS AMPLIVS XL.
TERRA OBRVTVM AD HVIVS AM-
PLISSIMI THEATRI VETVS ORNA-
MENTVM, EFFODIENDVM, ERI-
GENDVMQVE MANDAVIT
PONTIFICATVS ANNO V.

Vaticanis etiam in ædibus, quod Apoſto-lica Secretaria anguſtè, inordinatèque habe-retur, magno aere Secretariorum commo-dis, & loci ornamento proſpexit: ea de cau-ſa in exteriore eius ædificij limine, hæc leges.

SECRETARIA APOSTOLICA
PAVLI QVINTI PONTIF. MAXIMI.
PROVIDENTIA
OPORTVNIORIBVS SEDIBVS COL-
LOCATA AEDIFICIO AVCTA, IN-
STRVCTA, ET ORNATA
PONTIFICATVS ANNO V.

Vaticanæ quoque Bibliothecæ anguſtijs, multis in illius vſum ædificatis conclauibus, ornatiſque oportunè ſubuenit, quibus, & hoc inſcripſit.

PAVLVS V. PONT. MAX.
BIBLIOTHECÆ VATICANÆ HANC
PARTEM ADDIDIT ORNAVITQVE
ANNO M. DC XI. PONTIFIC.
SEPTIMO.

De Transtyberina regione vide B. Blon. lib. 1. c. 21. & 23. 24. B. Marl. lib. 5. cap 19.

De Alſietina aqua, a Cæſare Auguſt. in vrbē perducta. Vide B. Marl. libr. 4. cap. 10. & lib. 1. cap. 19. & Blon.

Aquæ penuria tota Transtyberina regio mirum in modum laborabat. opus ergò mo lis immenſæ Paulus aggreſſus incredibilem aquę copiam ex agro Braccianēſi deductam à quinto & trigeſimo milliario, partim ſub-terraneo ſpecu, partim arcuato opere in ſum mum Ianiculum perduxit. rē profectò Cæ-ſarum operibus comparabilem: nam & ean-

A dem aquam, Alſietinæ nomine tunc appel-latam, quod Auguſtus Cæſar deduxerat à monumentis veterum prędicatur. eam Pau-lus aquam de ſuo nomine, Aquam Paulam appellauit, qua porrò primum ſe ſe aqua tri-bus peramplis oſtijs in ſummo Ianiculo ef-funditur, hęc inſcriptio viſitur.

Rom. inſtaur. lib. 1. c. 54. & 11. De monte Ianiculo, vide Marl. lib. 5. cap. 20. & Blond. lib. 1. c. cap. 28. & 31. Baron. to. 1. ad ann. 69. Onuph. in B. Petri vita.

PAVLVS V. PONT. MAX.
AQVAM IN AGRO BRACCIANENSI
SALVBERRIMIS FONTIBVS COLLE-
B CTAM VETERIBVS AQVAE AL-
SIETINAE DVCTIBVS RESTITVTIS,
NOVISQVE ADDITIS XXXV. AB
MILLIARIO DVXIT
ANNO DOMINI M. DC XII.
PONT. SVI VII.

Eam verò Paulus aquam, quo maior il-lius eſſet in Vrbe vſus, & vtilitas, tum vrbi Leoninæ pluribus locis, tum etiam plūbeo canali per Xiſti pontem tranſmiſſam, cite-C riori intulit vrbi; & quidem duobus egre-gijs Leoninæ vrbis fontibus à ſe extructis, quorum alter in area Diui Petri Vaticani cel ſiſſimè aſſurgit, ſpumanteſque aquarum eijcit globos, alter ad D. Iacobi aream, item conſtructus eſt, inſcripſit nihil. Solum hæc pauca fonti illi, qui primus Leoninam vr-bem intrantibus occurrit, inſcripta ſunt.

De Leonina Ciuit. vide Anaſt. in vita Leonis IV. Pont. Max. Baron. tomo 10. ad ann. 852.

PAVLVS V. PONT. MAX.
REGIONEM LEONINAM PEREN-
D NIVM AQVARVM INOPIA LABO-
RANTEM AQVAE AB SE IN VRBEM
DEDVCTAE VBERI DESIGNATIO-
NE, VARIIS FONTIBVS ATTRIBVTA
LOCVPLETAVIT.
ANNO DOMINI M. DC XIV.
PONTIF. X.

At verò fonti, quem ad Xiſti Pontem imæ viæ Iuliæ Hoſpitali pauperum domui inædificauit, hæc incidit.

De Xiſti Ponte vide Marl. lib. cap. 17. Platin. in Xiſti Papæ vita, et Volater. comment. Vrb. lib. 6.

E PAVLVS V. PONT. PONT.
AQVAM MVNIFICENTIA SVA IN
SVMMVM IANICVLVM PERDV-
CTAM CITRA TYBERIM TOTIVS
VRBIS VSVI DEDVCENDAM
CVRAVIT.
ANNO DOMINI M. DC XIII.
PONTIF. VIII.

Statueram vrbana prius monumenta om nia exequi, tum extra vrbem Pontificijs ex-qui-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quirendis operibus vagari. Verum nè diſcerpere videar eiuſdem operis, quaſi membra cogente argumento, illa perſequar epigrammata, quæ in Paulæ aquæ ductibus etiam extra vrbem ſpectantur. Non longè igitur à Ianiculenſi porta, quæ nunc ſancti Pancratij dicitur, duæ ſunt duabus aduerſis partibus fornicis vnius ex ijs, quibus aqua Paula traſmittitur, inſcriptiones. Altera eſt huiuſmodi.

De S. Pancratij porta, vide Marlian. lib. 1. c. 8. & Blond. lib. 1. cap. 16.

B PAVLVS QVINTVS ROM. PONT.
OPTIMVS MAXIMVS
AQVÆDVCTVS AB AVG. CAESARE
EXTRVCTOS AEVI LONGINQVA
VETVSTATE COLLAPSOS IN
AMPLIOREM FORMAM
RESTITVIT.
ANNO SALVTIS M. DC IX.
PONTIFICATVS
QVINTO.

C Altera verò talis eſt.

PAVLVS QVINTVS ROM. PONT.
OPTIMVS MAXIMVS
PRIORI DVCTV LONGISSIMI TEMPORIS INIVRIA PLANE DIRVTO
SVBLIMIOREM, FIRMIOREMQVE A
FVNDAMENTIS EXTRVXIT
ANNO SALVTIS M. DC IX.
PONT. V.

D At verò aliquot inde milliaribus via, qua Braccianum aditur, vbi iterum arcuata moles ducendis, ſuſtinendiſque ijſdem aquis aſſurgit, hoc elogium ſpectatur.

PAVLVS V. PONT. MAX.

De inſtauratione formarum aquæ Alſietinæ à Cæſare Aug. extructarum vide B. Blondum lib. 1. cap. 36.

FORMIS AQVÆ ALSIETINAE OLIM
AB AVG. CAESARE EXTRVCTIS,
MOX COLLAPSIS AB ADRIANO I.
PONT. MAX. INSTAVRATIS IISDEM
E RVRSVS VETVSTATE DIRVTIS,
OPERE SVBTERRANEO, ET ARCVATO RESTITVTIS, AQVAM EX
AGRO BRACCIANENSI DITIONIS
VRSINORVM SALVBRIORIBVS FONTIBVS DERIVATAM FLEXVOSO
CVRSV XXXV. MILLIARIVM IN
VRBEM PERDVXIT
ANNO SALVTIS M. DC XI.
PONT. SVI VIII.

Publicam ad Martium Campum viam

A priuatis ædificijs aliqui antiquitus occuparāt ea parte, quæ nunc à Scrofa nomen ducit, ea ædificia Paulus diſturbari, & ad normam viæ reliquæ exigi præcepit, in eius rei monumentum Pontificijs inſignibus hoc Epigrāma ædium correctarum Dominus ſubiecit.

De Martio campo vide B. Marlianum lib. 5. c. 3. & 7. Blond. Romæ inſtaurata lib. 2. cap. 7.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX
MAXIMVS
VIAM PRIVATIS AEDIFICIIS OCCVPATAM DIREXIT, ET LAXAVIT
ANNO SAL. M. DC XIII.
PONT. SVI IX.

In eo Martij campi angulo, qui ad Tyberis ripam illam pertinet, quæ ante Templū D. Hieronymi Illyricorum proximè patet, vicinoque olim Auguſti Mauſoleo celeber habebatur, forum erat lignarium, viæ publicæ, cuius magnam venalia occupabant ligna partem, per incommodum. Prouidit huic malo Pontifex, pauloque ſupra eum locum caſis quibuſdam diſturbatis laxum ſpatium commodiori Tyberis ripæ imminens, muro circumduxit, ſepiuitque; quodque ipſius areæ ad exponenda ligna locationibus vectigal exigitur, Hoſpitalis mendicantium vtilitatibus attribuit. Eius beneficij memores Hoſpitalis Curatores grati animi monumentum inſignibus Pontificijs poſitis, & hoc inſcripto elogio extare voluerunt.

De ſuperbiſſimo Auguſti Mauſoleo vide Suetonium, & Caſſiodorum in vita ipſius Auguſti. Blond. Rom. inſtaurata lib. 2. num. 74 & B. Marlian. lib. 5. cap. 7.

PAVLVS V. PONT. MAX.
VETERE LIGNIS EXPONENDIS
AREA SVBLATA NOVAM MVRORVM SEPTO MVNIENDAM PVBLICÆQVE VTILITATI AMPLIANDAM
HOSPITALI MENDICANTIVM ATTRIBVIT PROVENTVM ADIVNXIT
CVRATORES AERE HOSPITALIS
COEMPTIS AEQVATISQVE SOLO
AEDIFICIIS PRAESTITERVNT
ANNO DOM. M. DC XV.

Publica vrbana opera maximo operum illo concludam, quod inter Orbis terræ miracula non immeritò connumerandū multi cenſuere; ideſt D. Petri Vaticani Templum quod quamuis à ſolo Paulo Pontifice extructum nequaquam ſit, cum in eo Pontifices amplius ſeptemdecim à Iulio Secundo, vſq; ad Paulum Quintum vires, pecuniaſq; contulerint; vnius tamen Pauli iuſſu, impenſiſq; conſtructa eius templi pars cum reliquis ab omnibus retro Pontificibus extructis partibus meritò conferri poteſt. Faciem enim, &

De celeberrimo D. Petri Templo vide B. Marlianum lib. 5. c. 11. & B. Blo. Rom. inſtaur. lib. 1. c. 49 & Anaſtas Biblioth. Platin. Henuph. in D. Silueſtri Pap. 1. vita.

b id, quod

id, quod toto illo excurrit ſpatio, quod vete- A
ris Vaticanæ Baſilicæ corpus ad noſtrā vſque ætatem occupabat, à fundamentis ad culmē egregio opere perduxit, ſtatuiſque Chriſti Domini, & Apoſtolorum coloſſeis in ſummo Templi ornamento additis exornauit. in eius ergò toto Orbe magnificentiſſimi Templi facie literis vltra ęſtimationem omnem ingentibus, quæ tamen ob ſtupendam operis totius, cui inſcriptæ ſunt, magnitudinem, modicæ videntur, verba hæc inſculpta ſpectabis.

IN HONOREM PRINCIPIS APOSTOLORVM PAVLVS V. BVRGHESIVS ROMANVS PONTIFEX MAXIMVS ANNO DOMINI M.DCXII. PONT. SVI VII.

Interior verò eiuſdem Templi inſcriptio eſt huiuſmodi.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX. C
SACROSANCTAM B. PETRI PRINCIPIS APOSTOLORVM BASILICAM QVAM IVLIVS II. PONTIFEX MAX. INCHOAVERAT, ALIIQVE PONTIFICES MAXIMI PROSECVTI FVERANT, VT VNIVERSVM CONSTANTINIANAE BASILICAE AMBITVM RELIGIONE VENERABILEM INCLVDERET CHORVM SACRARIVM AC PORTICVM BENEDICENDO POPVLO EXAEDIFICARET GRANDI ACCESSIONE ADIVNCTA OPVS AMPLISSIMVM AC MAGNIFICENTISSIMVM ABSOLVIT ANNO M.DC XV. PONTIF. X.

Nobiliſſimum hoc Templum, vt adiri à Romanis Pontificibus ex dignitate poſſit, veteribus ſublatis, nouas è Vaticanis ædibus ſcalas è Tyburtino lapide Paulus Pontifex Maximus curauit, quæ ex Templi Porticu primum aſſurgentes ſancti Petri præclaram è marmore ſtatuam à Paulo item Pontifice erectam obuiam habent: inde bipartito excurrentes, altera, quæ ad orientem vergit in Vaticani atrium, altera verò quæ ad occidentem in Regiam, quam dicunt aulam, altero flexu defert, qua verò flectitur, Pontificia ſpectantur inſignia cum hoc elogio.

PAVLVS V. PONT. MAX. SCALAS, QVAE E REGIONE SVNT GRADIBVS AVXIT, ET ORNAVIT ANNO M. DC XV. PONT. X.

Denique vt hinc iterum ad auguſtiſſimi templi intima redeamus, ſacram eius Confeſſionem, in qua Principum Apoſtolici Se- B
natus corpora requieſcunt, maximis ſumptibus exornauit. Opus omninò viſendum, eſt enim huiuſmodi, vt qui oculis nō ſubiecere, mente complecti vix poſſint. adeat lector, atq; vbi è ſingulari admiratione emerſerit, Deum oret, tantum vt Pontificem gloriæ diuinæ Maieſtatis amplificandæ natum, pro ſua in Eccleſiam charitate diu ſeruet incolumem. quæ ſacræ Apoſtolorum confeſſioni inſcripſit verba ſunt eiuſmodi.

SACRA B. PETRI CONFESSIO A PAVLO QVINTO EIVS SERVO EXORNATA ANNO DOMINI M. DC XV. PONTIF. XI.

Sacra ſancti Petri æde magnifico cultu perfecta, adiacentem aream ornare aggreſſus eſt Paulus, & illam primo quidem Innocentij VIII. & Archipresbiteri vaticani ædibus exciſis, non parum amplificauit. quam- D
uis enim vtrumque illarum ſpatium templo plurimum acceſſerit, non minimum tamen areæ augendæ relictum eſt. eandem porro aream paraſtatis definiuit, ſcaliſque renouatis SS. Petri & Pauli marmorea ſimulacra Pij II. iuſſu in ijs poſita expoliri, ornari, & eius Pontificis nomine reſtitui curauit. Totum hoc opus elogia huiuſmodi adſcripta ſignificant. Primum.

PAVLVS V. PONT. MAX. E
VETERVM SCALARVM GRADIBVS AMOTIS NOVAE BASILICAE RESTITVIT ANNO DOMINI M. DC XVII.

Alterum.

PAVLVS V. PONT. MAX. SCALIS ANTIQVIS RESTITVTIS INSTAVRAVIT ANNO M. DC XVII.

Tertium

A

Tertium.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
PONTIF. ANNO XII.

Quartum. ad baſin marmoreæ ſancti Petri ſtatuæ.

PETRO COELI IANITORI.

Quintum. ad baſin ſancti Pauli ſtatuæ. B

PAVLO VASI ELECTIONIS.

De hoc Cœnobio vide Greg. Pap. 9. Bull. ann. D. 1230. eiuſq. Pōt. 3. quæ in ipſorū fratrum Archiuio extat, vbi Monaſterij S. Coſmæ Tranſtyberim ord. S. Bened. Hoſpitium, et Eccleſiam. ſitumq; fuiſſe legitur, quæ tunc Eccleſ. S. Blaſij vocabatur, nūc verò S. Frāciſci Eccleſ. et Cœnobium dicitur. & S. Coſmæ monaſterium à Sixto IV. Pont. Max. in Monial. ord. S. Claræ commutatum.

In extremo Tranſtyberinæ regionis angulo Franciſcanorum antiquiſsimum Cœnobium extat, iam inde à ſanctiſſimo eius Ordinis parente ſancto Franciſco Aſſiſinate fundatum. Aquæ penuria mirum in modum laborabat, cui malo vt prouidentiſſimus Pontifex Paulus Quintus pro ea, qua ſanctiſſimam illam familiam amplectitur C charitate mederetur, & ciſternam magnitudinis eximiæ intra Cœnobij clauſtra extruxit, & quatuor aquæ Paulæ vncias eodem deriuandas liberaliter conceſſit, ſuoque ære à ſummo Ianiculo deriuauit: ſacer ergo ille cætus hoc grati animi monumentum benefico Pontifici poſuit.

PAVLI QVINTI PONTIFICIS
OPTIMI MAXIMI
MVNIFICENTIA
SCIPIONIS CARDIN. BVRGHESII
NEPOT. LIBERALITATE
AD SVBLEVANDVM LOCVM
ISTVM D. P. FRANCISCI
HORTVM NVNCVPATVM
EXTRVCTA
ANNO DOM. M. DC XIII.

D

Publicis vrbanis operibus priuata annectam. primum à pietate in defunctum fratrem natu maximum: is Horatius Burgheſius fuit, qui probitatis, ac prudentiæ ſingularis vir, dum Romanæ Curiæ Generalis Auditor ageret, ex medio Honorum curſu, quem illi fæliciſſimum, & ſua virtus, & Pontificum, quibuſcum egit, beneuolentia ſpondebat, immatura morte ereptus eſt. Illi Paulus poſteaquam ad Pontificatum euectus eſt, modicum in ſanctiſſimæ Trinitatis in monte Pincio, in veteri Burgheſiorum ſacello, quod primum intrantibus ad læuam eſt, monumentum poſuit cū hoc epitaphio. E

De monte Pincio vide B. Blō. lib. 1. c. 8. & B. Marlian. lib. 4. cap. 25.

HORATIO BVRGHESIO
CAMERAE APOSTOL. GENERALI
AVDITORI
IN MAIORI DE SE EXCITATA SPE
VITA FVNCTO
VIXIT ANN. XXXVI. M. IX.
DIES XV.
OBIIT V. NON. OCTOBRIS
ANNO M.D XC.
PAVLVS QVINTVS PONTIF. MAX.
FRATRI OPTIMO.

Alterum à prouidentia erga Burgheſiæ domus poſteros. ædes ſunt ad Tyberis ripam, ſumpto magnifico, in quarum ea facie, quæ occidentem ſpectat, Pontificis inſignia his paucis verbis impendent.

De Tyberis ripa, & Tyberis flumine. vide B. Marl. lib. 5. cap. 13. et Blon. Rom. inſtaura. lib. 3. cap. 34. & Volater. cōmen. Vrb. lib. 6.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX
MAXIMVS.

Hactenus vrbana Pauli opera: quæ ſequuntur extra vrbem. in Baſilica B. Agnetis Martyris, via Momentana, ara maxima, nobiliſſimumque, quod aræ imminet Ciborium pulcherrimorum varietate lapidum conſtructum, Pauli Quinti opus eſt, in eius Ciborij corona eiuſmodi verba leges.

De B. Agnetis Baſili. via Nomentana, vide Marl. lib. 5. cap. 25. & Anaſt. in S. Siluestri Papæ Primi vita. Baron. ad ann. 324. tom. 3.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX
MAXIMVS.
ANNO SALVTIS. M. DCXV.
PONTIF. X.

Sub hac B. Agnetis ara argenteam librarum 250. arcam quinque aureorum millibus æſtimatam, non magis materia, quàm arte mirandam condidit, in qua ſanctarum Agnetis, & Emerentianæ Virginum, & Martyrum corpora honorificentiſſimè ab ipſo Paulo Pontifice ſacro Cardinalium adſtante Collegio, maximo Cleri, populique Romani concurſu, poſt ſacrum ab ipſo Pontifice ſolemniſſimè celebratum die 14. Iun. anni 1615. Pontific. XI. concluſa ſunt: vbi cum Pontificijs inſignibus hoc legitur epitaphium.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX
MAXIMVS

VT SANCTARVM AGNETIS,
ET EMERENTIANAE CORPORA
HONORIFICENTIVS CONDEREN-
TVR ARCAM HANC ARGENTEAM

FIERI IVSSIT, IN EAQVE SACRAS
RELIQVIAS COLLOCAVIT
ANNO DOMINI M.DCXV.
PONTIF. XI.

De Flumentana porta, vide Blond. lib. 1. c. 7. Rom. inſtaur. Marlian. lib. 1. cap. 8.

Secundo ab Vrbe lapide extra flumentanam portam aquæ ſcaturigo eſt ſaporis acidi, ex quo nomen vulgo acqua acetoſa, hanc cum medicatam, & morbis compluribus perutilem multi frequentarent, adeò tamen cœnoſo, fœdoque loco veluti latitabat, vt hauriri vix poſſet; hanc publicæ vtilitati Paulus certis canalibus deriuatam additis parietibus muniuit, ornauitque. Medici hoc inſcripſerunt.

PAVLVS V. PONT. MAX.
RENIBVS, ET STOMACHO, SPLENI,
IECORIQVE MEDETVR,
MILLE MALIS PRODEST ISTA
SALVBRIS AQVA.

De Tuſcul. agro vide Vol. comm. Vrb. lib. 6. Leand. Albert. in deſcript. Ital.
De Eremitarũ S. Romualdi origine Congregationis Montis Coronæ, vide Lipoman. tom. 8. & Sur. tom. 3. Baron. Mart. Roman. annot. die 19. Iunij.

In Agro Tuſculano ſedem inter ſyluas quærebant pij viri Camaldulenſes ſancti Romualdi Eremitæ, eorum neceſſitati, piæque ſuæ in religioſos ordines voluntati prolixè fauit Paulus, eisque aream, quam delegere aprico in monte, media ferè Tuſculana ſylua liberaliter dono dedit cum aliquot iugerum adiacente ſpatio ad hortos ſiluamque ceduam pro Eremi vſibus. mox loci religione Eremitarumque pietate inuitatus, & ædificationem pecunia liberaliter ſubminiſtrata iuuit, & magnis alijs beneficijs in piam illam ſedem hominesque collatis, quæ ſequenti inſcriptione explicantur, duplex in marmore à grato illorum Patrum animo monumentum benificentiæ tulit. Primum extat in atrio Eremi, eſtque huiuſmodi.

PAVLO QVINTO BVRGHESIO
ROMANO PONT. MAX.
QVOD SOLVM HVIC EREMO FVNDANDÆ EREMITIS SANCTI ROMVALDI CONGREGATIONIS MONTIS CORONAE DONAVIT, ET IAM FVNDATAE INDVLGENTIAS CONCESSIT, SAEPE INVISIT, BENEDIXIT, SACRAMQVE APPELLARI IVSSIT, AC IN SCIPIONIS CARDINALIS BVRGHESII TVTELAM TRADIDIT EIVSDEM SACRAE EREMI CVLTORES GRATI ANIMI MONVMENTVM POSVERVNT
ANNO DOMINI M.DCXI.
PONT. VI.

A Secundum verò imminet Templi eius Eremi Ianuæ cum Templum ipſum Paulus extruxerit.

DEO OPT. MAX.

IN HONOREM SANCTI ROMVALDI EREMITARVM CAMALDVLENSIVM PARENTIS
PAVLVS QVINTVS PONTIFEX
MAXIMVS BVRGHESIVS
STRVXIT, ET DICAVIT. B
ANNO M DCX. PONTIFICATVS
QVINTO.

Neque ſyluæ ſolum, agerque Tuſculanus, ipſum etiam oppidum Pauli V. prouidentiæ ac liberalitatis monumentis non vulgaribus inſignitum eſt. Primum ad ipſam, quæ ad ſeptentrionem vergit Portam, apparet. Horrea hæc ſunt publicæ annonæ ſubleuandæ comparata, in quorum prima facie hæc leguntur. C

PAVLI QVINTI PONT. MAXIMI
IVSSV
AD ANNONAE VBERTATIS
PRAESIDIVM
CIVITAS TVSCVLANA
EXTRVXIT
ANNO DOMINI
M. DC XI.

D Ampliſſimas deinde Pontifex PAVLVS duas amplificato Ciuitatis ambitu, non ad ornatum magis, quàm ad ſalubritatem, commoditatemque publicam aperiri vias iuſſit: quas ipſa Ciuitas de Pontificis, & nomine, & familia appellauit; Publicum etiam ampliſſimumque à fundamentis lauacrum extrui imperauit. Quare Ciuitas Tuſculana grati animi monumentum hoc Pontifici poſuit.

E PAVLI QVINTI BVRGHESII
ROMANI PONT. MAXIMI
IVSSV
VIAM HANC PAVLAM AD
SANCTI PETRI AEDEM
APERVIT
ALTERAM BVRGHESIAM AD
S. FLORAE MONASTERIVM
PRO
SALVBRIORE CIVITATIS
AMPLIATIONE
STRAVIT

LAVA-

A

LAVACRVM PVBLICVM AMPLISSIMVM EXTRVXIT CIVITAS TVSCVLANA
ANNO DOMINI M. DC XV.

De Albano mõte, vide Leand. Alber. deſcript. Italiæ.

In Albani montis iugo, Albano lacui oppidum imminet, cui Caſtro Gandulpho vulgus nomen fecit, inſalubre ante Paulum Pontificem cenſebatur, & cæli peſtilentis, eam inſalubritatem aquæ lacuſtres, quas potare incolæ cogebantur, augebant. prouidit B malo Paulus. Turni lacum aduerſo oppido ſubiacentem, ex quo noxij ſpiritus exhalantur, exhauſit, aquas ſalubres in oppidum deriuauit: ea de cauſa Iacobi Serræ Cardinalis opera, cui eius operis cura commiſſa à Paulo eſt, hæc inſcriptio oppidi portæ inciſa legitur.

PAVLVS V. PONT. MAX.

OPPIDVM AQVARVM PENVRIA C ET NOXIA E TVRNI LACVS ASPIRATIONE INFREQVENTIVS, AQVA TERTIO ABHINC MILLIARIO DERIVATA, ET LACV EXSICCATO SALVBRIVS, LÆTIVSQVE REDDIDIT
ANNO DOMINI M. DC XI.
PONTIF. VII.

De Centumcellarum nomine, vide Volater. in in Cõment. Vrb. & Blon. Fla. cõuen. Italia illuſtr.

Diſcedemus ab Vrbe longius. Centumcellas primum, ſubinde Ferrariam, Portum D arcem, oppidumque Ciuitatis veteris, vt vulgo nunc appellant (Centumcellas olim fuiſſe multi volunt) Paulus Quintus initio Pontificatus muniuit, auxit, refecit. eius rei monumenta hæc ſunt. Primum enim Pharum Paulus Quintus erexit, in qua ignes commoditati nauigantium perpetuò lucerent, in ea ſic legitur.

PAVLVS V. PONT. MAX.

E

PVBLICAE NAVIGANTIVM SECVRITATI PHARVM EREXIT
IGNES IN EA PERVIGILES ARDERE IVSSIT
ANNO SALVTIS, M. DC VIII.
PONT. IV.

At verò ad molem portus à ſe inſtaurati, amplificatique, hoc inciſum eſt elogium.

PAVLVS V. PONT. MAX.

PORTVM HVNC MVLTIS PARTIBVS PLANE DIRVTVM OMNIBVS LABEFACTATVM IACTIS MOLIBVS INSTAVRAVIT
ANNO SALVTIS M. DC VIII.
PONTIF. IV.

Adiunxit idem Pontifex publica horrea. his hæc inſculpſit verba.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
AD PONTIFICIAE CLASSIS ANNONAM, EXTERNASQ. MERCES REPONENDAS HORREA HÆC A FVNDAMENTIS EXTRVXIT
ANNO DOMINI M. DC X.
PONT. SVI VI.

De Ferraria celeberrima Italia Vrbis, nomine, vide Leandri Alberti deſcriptionẽ Ital.

At Ferrariæ arcem primo, quam ea vrbe recepta, Clemens Octauus inchoarat, peritorũ iudicio multis partibus ad propugnandi opportunitates correxit, aliquot auxit, omnibus lateritio muro (nam ſolo aggere, & ceſpite Clementis Octaui tempore conſtabat) communiuit: in eius arcis porta maxima hoc extat inciſum marmori elogium.

PAVLVS V. PONT. MAX.
ARCEM FERRARIÆ A CLEMENTE OCTAVO PONTIF. MAXIMO INCHOATAM IN OPPORTVNIOREM FORMAM REDEGIT, ATQVE PERFECIT
ANNO SALVTIS M. DC XI.

At minori alteri auerſæ à priori, quę ſuccurſus porta dicitur, non aliud niſi hoc.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX MAXIMVS
ANNO SALVTIS
M. DC XI.

Vti ſingulis in propugnaculis ſingulæ incriptiones huiuſmodi.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX MAXIMVS

Portas deinde duas Ciuium, aduenarumque commoditati vel reſtituit Horatij Spinu-

Spinulæ Cardinalis legati opera, vel aperuit, quas idem Spinula de Pontificis, & nomine & familia appellauit. Alteri hæc incidit. A

PAVLO V. PONT. MAX.

HORATIVS S. R. E. PRESBYTER
CARDINALIS SPINVLA
FERRARIÆ LEGATVS
PORTAM PAVLAM A FVNDAMENTIS RESTITVIT
ANNO SALVTIS
M. DC XII.

PORTA PAVLA.

Alteri rurſus hæc alia.

PAVLO QVINTO SEDENTE
HORATIVS CARDINALIS SPINVLA
FERRARIAE LEGATVS
PORTAM HANC, QVAM APERVIT
A PONTIFICIS FAMILIA
BVRGHESIAM
APPELLANDAM CENSVIT
ANNO M. DC X.

PORTA BVRGHESIA.

Hæc hactenus beneuole lector Pauli V. Pontificis Maximi magnificentia, ſiue tuæ vtilitati, ſiue publico ſplendori peperit. Scio non defuturam, vt fæcundiſſimæ eſt liberalitatis excelſus ille, & tanti Imperij capax animus, materiam alia ſubinde deſcribendi, edendique, quæ maiora in dies parturit, & iam nunc molitur. Tu illi incolumitatem à Deo precare; tuis enim ſine dubio commodis, publicoque bono accedet, quicquid tam benefici Patris annis adiungetur. Vale.

Peroratio operis.

FINIS

ABBAS PAVLVS DE ANGELIS PIO LECTORI.

CVM nos ea cogitatio tenuerit multorum annorum ſpatio, vel potius deſiderium hiſtoriam fabricandi, Sanctæ Mariæ Maioris Baſilicam à Liberio Papa vſque ad noſtra tempora continentem; idquè non modo erga eandem deuotione, atque Virginem ibi delineatam pietate verum etiam Chriſtifidelium bono ob illuſtrem temporum memoriam, in quibus eximia religione, ac liberalitate Chriſtiani Principes vna cum alijs pijs viris hanc Eccleſiam amplificarunt; ob quam rem quindecim annorum curriculo inſudauimus, vt materiam inueniremus, ex qua hiſtoria vndique vera, & completa texeretur; ſed temporis pertinacia ſæpiùs Vrbem Romam vexata prohibuit, quin illa ſe extulerint, quæ ad plenam magnificentiam, & Virginis gloriam peroptabamus; tamen ex materia diuina ope oblata, quæ in quatuor memoriæ generibus continetur, (nimirum in probatis Scriptoribus, fidelibus manuſcriptis per Archiuios miniſtratis, epitaphijs omni tempeſtate receptis, modo hiſtoriam non excedant, atque reſcriptis, & Pontificijs decretis) hoc opus concinnauimus, quod aliqui noſtri peramantes, atque eruditi viri Etruſca lingua conſtructum deſiderabant. At nos Virginis gloriam exoptando, ac proinde eius propagationem non ſolum apud Italos, ſed etiam apud alias gentes publicare tentauimus, quod non adeò contigiſſet, ſi aliter eſſet conſcriptum. Quam ob rem ſtilum ſimplicem, & apertum affectauimus, & qui magna perſpicuitate ferè omnibus ſe dedat. præterea delineationes, & Imagines eorum addidimus, quæ in Baſilica continentur, ſiue antiqua, ſiue recentia quærantur, quouis genere con-

ſiſtant, & à quouis verò Principe deriuentur, & præſertim noſtris temporibus à Paulo Quinto Pontifice Maximo. Et hoc pacto vbi ex hiſtoriæ lectione mens rei naturam conceperit, etiam oculis per delineationem ſatisfiat, ac proindè magis intelligentia ſit expleta. eædem delineationes ijs deſeruient, qui vel Architecturam profitentur, vel in illa ſe oblectant, atque adeò reliquis artificibus, qui in lapidibus, & picturis ſe exercent, cum talis Baſilicæ moles Principes, & præteritarum ætatum, atque præſentis artifices recognoſcat. Quod verò ad ordinem ſpectat, quem in progreſſu ſeruabimus, erit duodecim libris diſtributus, & quilibet in plura capita; illud attendendo, vt omnis cura ponatur, tum quo ad methodum, tum quo ad diuiſionem, vt rebus ſplendor appareat.

Igitur in primo libro ſeptem Colles indicabimus, quibus primum Roma fuit conſtituta, & præſertim Exquilinum montem, in cuius angulo noſtra Baſilica ſe attollit; formam priſcarum, atque recentium Eccleſiarum vna cum Sacellis, Altaribus, Ciborijs, Tabernaculis, & id genus alijs ad Sacram Baſilicam pertinentibus. In altero originem trademus, atque illos, qui Sanctæ Mariæ Maioris Eccleſiam fundarunt; nec non niuis miraculum, ex quo originem duxit; & ſolemnitatem priſcis temporibus ob niuis euentum celebratam. In tertio de Archipresbyteris, Vicarijs, & Canonicis ſignificabimus, quos tam generatim, quàm ſpeciatim proponemus. In quarto Beneficiatorum origo; Cappellanorum, vnà cum benemerentibus, Clericorum, &c. deſcribetur. In quinto veterem, atque nouum Baſilicæ ſitum ſimul cum fabricis perluſtrabimus; antiqua Sacella, Oratoria, Altaria, atque Monaſteria, circa hanc Baſilicam exiſtentia annotando, nec non ſtatum, in quem Paulus Quintus Pontifex Maximus, hac ætate redegit; antiquam Canonicam; internas, & externas partes, Sacella hodie exiſtentia; illorum memoriam recolentes, qui fabricis exornarunt. In ſexto Indulgentias, & Stationes, à pluribus Pontificibus conceſſas exponemus, ſacras reliquias, Pœnitentiarios, & Baſilicæ nobilitatem. In ſeptimo de donationibus loquemur mira pietate ex Summis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, & cæteris mobilium, atque immobilium deriuatis. In octauo ex parte mobilia inſinuabimus, olim in tali Baſilica ad ornatum, & diuinum cultum aſſeruata; & ſacra mobilia, quæ in præſenti reperiuntur. Etenim Borbonij temporibus Clemente Septimo Pontifice, non ſolum argento, auro, ſacris vaſibus, & ditiſſimis apparatis, pretioſis gemmis diſtinctis ſpoliata fuit, ſed etiam ſacrilega manu ipſiſmet ſacris reliquijs ob vaſorum direptionem, in quibus condebantur, & à Fidelibus venerabantur, ſed præſertim Chriſti puerperio, velut ex traditione deprehen-

prehendimus. Neque ſanè his contenti, impia cupiditate non ſolum omnia vota argentea, atque aurea ſuſtulerunt, circa ſacram Imaginem à Sancto Luca depictam rutilantia, ſed etiam columnis, & nauium parietibus pendentia. In nono Illuſtres homines referuntur ex hac Baſilica profecti, ſcilicet Summi Pontifices, & Cardinales, cæteris dimiſsis, nec non Principes, & Pontifices, qui in illa requieſcunt. In decimo ea perlegentur, quæ Præſepij ſacellum continet, non ſolum ad ædificium, ſed etiam ad picturam, & reliqua ornamenta ſpectantia à Sixto Quinto Pontifice ædificatum, ſimul mobilia, &c. addentes ab Alexandro Peretto Cardinali Montealto, & Vicecancellario tradita, tum in auro, & argento, atque ſacris vaſis conſtituta, tum quoque in varijs apparatis ad magnificentiam, & ſplendorem intertextis; nec non reliquias, indulgentias, Cappellanos, Clericos, miniſtros, atque reditus, priuilegia, & omnem immunitatem. In vndecimo celeberrimum Beatæ Virginis ſacellum explicabimus, à Paulo V. Pont. Max. à fundamentis ſingulari magnificentia extructum, atque omnia in ipſo comprehenſa. Indulgentias, ſacras Reliquias ibi collocatas; aurea, atque argentea mira arte exculpta; ſacra vaſa ad decorum, & diuinum cultum, apparatus, & ſacerdotales veſtes auro, & argento diſtinctas, reditus, Sacerdotes, Clericos, & cæteros miniſtros aſsiſtentes. In duodecimo originem, & ſacrarum Imaginum vſum attingemus; S. Lucam Euangeliſtam pictorem fuiſſe, nec non plures Imagines pinxiſſe, ſed præſertim Beatæ Virginis imaginem, in hac Baſilica religioſè cultam oſtendemus. Præterea quando, & à quo fuerit collocata, vbi ſemper miraculis coruſcauit. Priſca ornamenta circa ſacram Imaginem exiſtentia, ad cuius gloriam omnia hactenus diximus, & deinceps dicemus. Atque hæc ſufficiant præmonuiſſe, cætera ad procemium ſpectantia dimittentes, ſolumque veritatem, breuitatem, & hiſtoriæ perſpicuitatem ſectantes, eas aſſequi conabimur.

AD B. VIRGINEM
BERNARDINVS STEPHONIVS E SOCIETATE IESV.

O Quæ niuales Exquilias tenes
Regina pulcri maxima Virginũ:
Pauliq; præſens ſtructa ſeruas
Dædaleo monumenta ſumptu:

Sic flaua ſemper quæ tibi tempora
Lambunt amico lumine ſidera
Biſſena pubeſcant, recenti
Flore comas redimita circum.

Si, quod nouauit tergeminæ potens
Paulus Tiaræ: Dardana quod pio
Supplex frequentat Roma cultu:
Semper adis memoranda templum.

Et tu coruſca nube per aureum
Fuſa lacunar, Virgineo ſinu
Complexa fœtum virginalem
Præſes habe tua tecta ſemper.

Scimus quid vltrò ſidere non ſuo
Molita quondam geſſeris in niue;
Cum te ſecundam nil roganti
Tale dabas niue fulta Romæ

Virgo docebas Virgineum decus
Intacta: pacem & pectoris integri:
Et pacis illæſæ pudorem
Perpetuum, duce te, ſequentem.

O mater adſis: & tua ſoſpites:
Et læta ſemper Regna ſuperſtites:
Stantemq; nec velli columnam
Impoſito patiare greſſu.

Quæ mille Paulo promeruit pudor
Iam notus vrbi, notus & vrbibus,
Et notus aſtris, mille Paulo
Secla Patri ſine fraude dones.

Quæ nec tumultu claſsica bellico,
Nec tabe fœda peſtilitas nocens,
Nec culpa, nec fallacis vrnæ
Gratia, nec ſcelera vlla vexent.

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER PRIMVS.

AVCTORE
ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE SEPTEM COLLIBVS, SVPER QVIBVS ROMA FVIT AEDIFICATA.

CAPVT PRIMVM.

SEPTEM Montes exiſtunt, in quibus primùm Romæ fundamẽta iacta fuerunt; quod omnes ferè teſtantur. Ex quo (Antiſtio Labeone teſte) Vrbs ſeptimons appellatur. Quibus in montibus emporia fiebant, vti Varro de lingua latina, & pariter Virgilius his carminibus.

Varro de lingua latina.
Virg. 2. Georg.

A

Scilicet, & rerum facta eſt pulcherrima Roma,
Septem quæ vna ſibi muro circundedit arces.

Nomina ſeptem montium.

nomina ſic notantur. Mons Tarpeius, Palatinus, Auentinus, Cælius, Exquiliæ, Viminalis, & Quirinalis. De ſitu, coniunctione, atque horum montium ornamentis, ijs relinquimus, qui Romanas antiquitates ſcriptis conſignarunt, & præſertim Publio Victorio, Bartholomæo Marliano, Andreæ Fuluio: nos paucis de quinto agemus; nimirum Exquilino, quippe qui maximè ad rem noſtram faciat, vel potius præſentis ſit hiſtoriæ fundamentum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE MONTE EXQVILINO.

Cap. II.

MONS Exquilinus cæteros ambitu præcellit, de quo ſic Marcus Varro loquitur. Exquiliæ ſecundæ ſunt Regionis. & quidam credunt duos montes eſſe, vt Andreas Fuluius teſtatur, & ante ipſum Politianus in Miſcellaneis. Multa, & varia nomina obtinet, quæ dictus auctor deſignat; id verò nomen obtinuit ab excubijs ibi aliquando manentibus, vti Ouidius de Faſtibus.

Politian. lib. 2. cap. 6.

Vnde dictus, exquilinus mõs.

Adde quod excubias, ubi Rex Romanus habebat,
Qui nunc exquilias nomina collis habet,

Et Marcus Cato addens ab excubijs dici, quas Romulus more hetruſco, ad ſui tutelam cõſtituit; nimirum ex duodecim lictoribus, & tercentum militibus conſtitutis. Vel quia eſſet à Tullo Hoſtilio Rege excultus. Et ſanè quod huius nominis origo ſit verior, clarè proxima nemora teſtantur. Etenim ibi Martis nemus adeſt, Fagutale appellatum, & ſacellum Larium Querquetulanum vocatum, Martis, & Iunonis, Lucinæ nemora, in quibus Venatores quiſquilias ad eludendas aues diſſeminabant, ante Romæ formationem. Talis montis delicias, & ornamenta notati Scriptores inſinuant, ad quos rem remittimus vna cum ipſius montis delineatione hic appoſita.

Marlian. lib. 4. cap. 19.
Andr. Ful. lib. 2. cap. 6.

QVOD DIVAE MARIAE MAIORIS BASILICA IN *Exquilini montis ſummitate eſt collocata.*

Caput III.

HOC in monte fuit Seſimini Ciuis Romani Baſilica, quam volunt apud illam Diuæ Mariæ Maioris extitiſſe. Sic Marlianus his verbis: *Baſilicam Seſiminij Ciuis Romani, apud Aedem Diuæ Mariæ Maioris fuiſſe nonnulli affirmant:* & Andreas Fuluius de Lucinæ nemore agens, vbi Ouidij verſus indicat ſubdens: *Eodem loco Eccleſiam Diuæ Mariæ Maioris ad præſepe vigere, quæ felicioribus, quàm Lucina auſpicijs noſtris temporibus lucem, & vitam ijs largitur, qui naſcuntur, cuius hæc eſt hiſtoria, &c.* Et Pompeius Vgonius etiam ipſe poſtquam de Exquilijs eſt loquutus, ait: *Quod ſi locus aliquis*

Marl. lib. 4. cap. 19.
Andr. Ful. lib. 2. cap. 6.
Pomp. Vgon. hiſtor. de Roman. ſtationibus. Statione 8. pag. 64.

A *ex Gentilibus ſacer in hoc ambitu conſtitit, nemus Lucinæ fuit, & proximior Siciminij Romani Baſilica,* quod ante ipſum Pomponius Lætus ſcriptis conſignauit. *Hæc Eccleſia ad glorioſæ Virginis honorem dedicata fuit, miraculi, quod referam, occaſione.* Blondus idem confirmat in Roma inſtaurata his verbis: *Et magno Exquiliarum monte ſpecioſiſſima eſt Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris.* Et Mureti manuſcripta ſimul indicant dictã Eccleſiam in hoc monte fabricatam eſſe: nam de ſeptem Romanis collibus loquens, ait: *Mons Exquilinus, vbi*

Blond. lib. 4. numer. 108.

B *nunc eſt Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris, & Thermæ Diocletiani,* & Cardinalis Baronius in annotationibus ad Martyrologium die quinta Auguſti apud Libianum Macellum in Exquilijs reponit; vbi de Liberio, & dicta Baſilica loquens ait: *Hic fecit Baſilicam nomine ſuo iuxta Macellum Libiæ, &c.* & poſtea: *quod autem ſpectat ad Macellum Libiæ erat in quinta Vrbis Regione, quæ Exquilina dicitur, Macellũ Libianum appellatũ.* & ante ip-

Baron. in annotat. in Martyr.

C ſum Sextus Rufus monumentis conſignauit. Denique huius hiſtoriæ veritas in Romano Breuiario refulget, ex quo plenè intelligitur, talem Baſilicam in Exquilino monte manere, his verbis: *Nonis Auguſti, quo tempore in Vrbe maximi calores eſſe ſolent, noctu nix partem collis Exquilini contexit:* & Panuinus ſic loquitur: *Liberius Papa, qui anno ſalutis 353. Petri ſedem conſcendit, Baſilicam Sanctæ Mariæ matris Dei, miraculo niuis in Exquilijs propè Aggeres Tarquinij, haud procul à Macello Li-*

De Region. Vrbis.

De ſeptem Eccleſ. Vrbis.

D *uiano, aliàs Liuiæ, &c.* Et ante ipſum Anaſtaſius Bibliothecarius ſic eſt loquutus. *Hic fecit Baſilicam nomine ſuo iuxta Macellum Liuiæ.* quod itidem Panuinus in Epitomis idẽ repetit, aiens: *Fecit quoque Baſilicam iuxta Macellum Liuianum, quæ de nomine ſuo Baſilica Liberij appellata eſt.* Et Platina eodem in monte repoſuit haud procul à Macello Liuiano. Nullum dubium adeſt, huius Eccleſiæ locum in dicti montis angulo eſſe, atque eminentiori parte, quando omnes Scri-

Anaſt. in vita Liberij Papæ.

Panuin. in vita Liberij Papæ.

Vide Plat. in vita Liberij Papæ.

E ptores vna voce teſtantur. Baronius ſic ait: *Hic fecit Baſilicam nomine ſuo iuxta Macellum Libiæ, aliàs Liuiæ, &c.* Idem addit: *Et in concertatione ſuperauerat Damaſus parte, quæ ei fauebat, inſtante. conſtatq́ in Baſilica Sicini, vbi ritus Chriſtiani eſt conuenticulum, vno die centum triginta ſeptem reperta cadauera peremptorum, efferatamq́ diu plebem ægrè poſtea delinitam.* ponitur in deſcriptione Vrbis Baſilica Sicini in Regione quinta iuxta forum Exquilinum non longè à Macello Liuiano, vbi fuiſſe ponitur Baſilica Liberij.

Baron. tom. 4. in vita Liberij Papæ, ad ann. 367. Pontif. Damaſi 16.
Idem tom. 4. ad ann. 367. in vita Damaſi.

DE

VETVS EXQVILINVS MONS CVM ALIORVM MONTIVM SIBI ADIVNCTORVM PARTIBVS ADIECTIS NON NVLLIS EX HIS QVÆ NOSTRA TEMPESTATE ACCESSERVNT.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

68

Quid nam [illegible]
Baſilica.

Plin. epiſt.

Cic. ad Att. [illegible]
2. epiſt. 192. [illegible]
in Verr. 6.

Baſilica am[illegible]
domus, ubi co[illegible]
mercii[illegible]
tractur.

Baſilica T[illegible]
plo perſimili[illegible]

Cicero ad A[illegible]
lib. 2.

Baſilicæ æ[illegible]
cate in uſu[illegible]
negociorum[illegible]

DE BASILICA, ET EIVS SIGNIFICATIONIBVS.

Cap. IV.

HACTENVS eſt dictum de ſitu Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris; adhuc dicendum videtur, quidnam ſit Baſilica, vt de ea loquentes, ſciamus quidnã id nomen importet: poſtea dicemus, quid ſit Ciborium, Altare, & Sacellum, cum Baſilicæ partes exiſtant: nec non quam ob cauſam verſus orientem reſpiciat, atque de origine trademus. Ergo volunt nihil aliud Baſilicam niſi amplum locum eſſe, inſtar Portici, quo homines pro negocijs, & mercatores fouerentur; ſic Plinius. Cæcilius ait: In Baſilica Iudices conuenire ſolitos. Hæc vox, Baſilica, eſt græcum nomen βασιλικὴ, ideſt amplus locus, in quo iudicia, & priuata concilia agitabant. Volunt etiam Baſilicam eſſe, in qua interdum Nuncij recipiuntur, & ludi, ac conuiuia exercentur: ſic Græcus legit βασιλικὴ, ideſt Domus Regis. quam vocem etiam nos perſæpè eodem ſignificatu vſurpamus. Cicero ad confirmationem inquit, *Baſilicam habeo, non Villam frequentia Formianorum, & quam partem Villæ, &c.* & alibi: *Qui forum, ac Baſilicas non ſpolijs Prouinciarum, ſed ornamentis amicorum, commodis hoſpitum, non furtis nocentium, ornarent.* Alij credunt id nomen amplæ domui tributum fuiſſe, vbi controuerſiæ dirimerentur, atque hinc volunt efflux iſſe ad Græci confirmationem, dum Principes congregabantur ad verum dijudicandum. Heſiodus Græcus auctor, qui his verbis appellat δωροφάγυς βασιλῆας, ideſt doniuoros Iudices. Idem ex Plinio ſuperius notato colligitur. Alius Auctor addit: Baſilicam Templum fuiſſe ad exercitium. in quo addit hæc verba. *Erat autem Baſilica Templo perſimilis, ambulantibus instructa, ad quam multi tota ex Vrbe, alij cauſas agendi, alij conſultandi, alij aliud agendi gratia confluebant.* Quod planè probatur ex ijs, quæ ex Cicerone. Fuerunt etiam Baſilicæ conſtructæ, vt negociatores æſtiuis temporibus fouerentur. Hinc priſcæ Baſilicæ ampliſſima fora habebant, in quibus emporium faciebant. Sic idem auctor. *Poſtea etiam Baſilicæ ædificatæ fuerunt in vſum negociatorum, eaq; in locis calidiſſimis, foroq; proximis, vt haberent mercatores quo ſe hiber-* A *nis menſibus ſubita ingruente tempeſtate poſſent recipere.* Multa ſunt nominis Baſilicæ ſignificata, quæ ex antiquis emanant. nos quædam attingemus ad commoditatem, vbi etiã varia fabricandi genera, & fabricæ patebunt. Et quidem primò Cicero, Plaut. Curcul. Plin. & alij, quos breuitatis cauſa omitto, tantum addens ex Andrea Ful. de Romana antiquitate; qui ait fuiſſe prædicto loco primarias Baſilicas, & primò Baſilicam Iuliam, Vlpiam, Pauli, Neptuni, Macidij, Mariani, Areſtellariam, Porciam, Conſtantinianam: B Floccelli, atque illam Sicinij, quæ omnes ferè ex ædificatoribus nomen ſumpſerũt. Deſcriptiones, Architecturæ, moduli, & id genus alia ex prædictis auctoribus comprehendentur, ad quos nos remittimus, ad noſtros Eccleſiaſticos properãtes. Ergò apud Catholicos Baſilicæ nomen ſibi Templa vindicarunt Sanctis conſecrata: nam quo Gentilis ad negocia, luſus, & alia blandimenta confugiebat; Chriſtifidelis ad Deum laudandum accurrit C medijs orationibus, & Sacramentis; ex quibus immortalia bona conſequitur, ſimul etiam fidelis, ibi publicis actionibus animum recreat, nimirum prædicationibus, hortationibus, & ſpiritualibus admonitionibus, quæ in ſacris Baſilicis frequentari ſolent. Et Cardinalis Robertus Bellarminus ait Baſilicam propriè Regiam domum eſſe, his verbis: *Baſilica enim non dicit relationem ad ſacrificia: nam etiam Regia palatia dicuntur, vt patet Heſter. 5. Immo ea Palatia propriè dicuntur Baſilicæ,* D *& inde nomen tranſlatum eſt ad Martyrum ædes ſignificandas,* & Remigius, & Abbas Baſilicæ nomen egregiè exponit dicens: *Baſilica, & Eccleſia interdum pro vno capiuntur: dicitur enim Baſilica, ideſt Regalis, quia in ea Regi gratia exhibetur, laus, & benedictio.* Vnde poteſt à nobis dici cum alijs, Baſilica eſt domus Principis, Baſilica eſt domus Dei, iuxta illud Matthæi: *Domus mea, domus orationis vocabitur,* & alibi per Ioannem: E *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negociationis.* Ex quo Chriſtianus facilè intelliget, Baſilicas ab Ethnicis, rebus profanis dicatas, ipſi locum orationis, & ſpiritualis exercitij conſeruare, ac proinde vbi in illis priſcis multi condemnabantur, in noſtris omnes abſoluuntur. Quod ſi in eis publica nuncia excipiebantur à mortalibus allata, in noſtris gratiæ immortalitas, & ſalus recipitur. Quamplures fideles auctores ſacræ Baſilicæ ſignificatum expreſſere ſolidis, & veris fundamen-

Quid nam ſit Baſilica.

Plin. epiſt.

Cic. ad Att. lib. 2. epiſt. 292. & in Verr. 6.

Baſilica ampla domus, vbi controuerſiæ dirimuntur.

Baſilica Templo perſimilis.

Cicero ad Att. lib. 2.

Baſilicæ ædificatæ in vſum negociorum.

Cic. in Verr. & pro Muren.

Idem ad Attic. lib. 2. 29. 2. & 4. 86. 4.

Plaut. 9. 11. & 13. 42. Trin. 22.

Plin. lib. 15. cap. 22. 2. lib. 14. c. 2. & 8.

Andr. Ful. lib. 5 cap. 1.

Quid Baſilicæ nomẽ, apud Catholicos ſignificet.

Card. Bellarm. tom. 1. pag 871. cap. 4. de cultu Sanct. lib. 3.

Remig. de hon. de Immun. Eccleſ. Ampliat 1. num. 3. fol. 88. Tract. 13. parte prima.

Abbas cap. fin. de Conſ. col. 2. cap nemo, de conſecr.

Matth. 21. Ioan. 2.

Card. Bellarm. de cultu Sanctorum, lib. 3. tom. 2. cap. 4. num. 260. 6. 869. 871.

Quid propriè Templa, Oratoria, Baſilicæ, & Eccleſiæ ſignificent.

S. Hilar. in Pſ. 126.

damentis innixi ex ſacra Scriptura deſum- A ptis: quia tamen Cardinalis Robertus Bellarminus mihi plurimum arridet, conſtitui ab eo exordiri. Igitur diſtinguens Baſilicæ, Eccleſiæ, Templi, & Oratorij nomina, ait: *Primo ad ſacrificandum Deo, appellari, & hinc dicuntur templa. Secundo ad orandum, & hinc dicuntur Oratoria. Tertio, ad Martyrum reliquias honorificè conſeruandas, & hinc Baſilicæ, ſeu memoriæ, ſeu Martyria. Quartò ad populum verbo Dei, & ſacramentis paſcendum, & hinc dicuntur Eccleſiæ*, & à B Sancto Hilario ſuper pſalmum, nomen Eccleſiæ, & Templi confunditur, dum inquit: *Conuentus quidem Eccleſiarum, ſiue Templi, quos ad ſecretam Sacramentorum Religionem ædificiorum ſepta concludunt, conſuetudo noſtra vel domum Dei ſolita eſt nuncupare, vel Templum. Scriptura quoque, vel Prophetica, vel Apoſtolica ad demonſtrationem locorũ, his eſt vſa nominibus*. Et ad confirmationem ex Euſebio deprehenditur, ex Ambroſio, C Hieronymo, Auguſtino, atque alijs, quos ad breuitatem linquo. Pariter eſt clarum apud priſcos ſanctos Patres, Eccleſiæ nomen in illud Baſilicæ transferri. Diuus Auguſtinus lib. de Eccleſiaſt. dogmatibus inquiens: *& Baſilicas eorum nominibus appellatas.* Et primo libro de Ciuitate Dei: *Iſtas Chriſti Baſilicas.* Sanctus Hieronymus in Epitaphio Nepot. & alibi ſæpiùs. Paulinus in Epiſtola, 11. & 12. & in Canone *Omnes Baſilicæ.* & Can. *Non oportet.* Synod. Sardicen. Ex quo intelliguntur Baſilicani Cuſtodes, ſicut apud D Auguſtinum, Oroſium, & alios legitur, & in Can. *Perlectis*, in fine. Quod Eccleſiæ, & Baſilicæ nomen vnà cum tertio coniungit, ſcilicet Templo. Iſidorus ita: *Diuina Templa Baſilicæ nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus, & ſacrificia offeruntur.* Et Amat. Fortunat. Valfrid. Strabo idem teſtantur. Dicitur & domus Dei, οἶκος τοῦ Θεοῦ Ex Synodo Gangreñ. Tertullianus de Idololatria. *Ad Eccleſiam venire, de aduerſaria officina in domum Dei venire.* & his verbis non ſolum in antiqua ſcri- E ptura, ſed ſimul in Euangelica appellatur. Et quidem primo Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, & Sanctus Ioannes. Nonnulli hac voce, *Domus Dei.* voluerunt templum ſignificari; quod poſtea fuit Hieroſolymis conſtructum. id nomen Templum, & Baſilica, vt quidam ait, familiare eſt Græcis, μαρτύριον, vocare, his verbis: *Martyrium eſt ædes ſacra, in qua ſanctiſſimorum Martyrum re-*

Euſeb. lib. 3. capit. 29. 30. & 63. de lib. Conſtantin.
Ambr. lib. 2. Offic. cap. 21. & 28.
Hieron. in Hier. cap. 7.
Auguſt. lib. 8. de Ciuit. Dei. cap. vlt. & ſer. 252. & 255. de Templis.
Aug. cap. 73.
Auguſt. de Ciu. Dei c. 4. 16. q. 7. diſt. 42.
Can. 20. diſt. 25.

Iſidorus lib. 5. cap. 4.
Amat. Fortun. lib. 3. de Eccleſ. offic.
Valfr. & Strab. de reb. Eccl. c. 6.
Synod. Gangrẽ. Can. 5.
Tertull. cap. 7.

Matth. cap. 21.
Marc. cap. 11.
Luc. cap. 19.
S. Ioan. cap. 5.
Geneſ. 28. & 35.

liquiæ iacent, vel eorum memoria colitur. Quod ipſemet confirmat cum Iſidoro, Origene, Valfrid. Strab. Theodoſio Vgon. Lauretan. Archidiac. Turrecremat. Dicitur etiam à ſanctis Patribus Oratorij nomine, dum rationem reddunt, cur in primitiua Eccleſia Chriſtiani parua Oratoria erigebant, quæ à Græcis εὐκτήρια vocantur: in quibus pro orationibus latebant, & ob plurimas perſecutiones nequibant maiores Eccleſias in orbe condere, vt Euſebius teſtatur, & Niceph. Quare ex dictis deprehẽditur, Templa, Baſilicas, Eccleſias, atque Oratoria penè idem eſſe: cum in ijs noſtra tempeſtate reuerenter ſacræ reliquiæ conſeruentur, ſummo Deo ſacrificetur, atque ſimul ſacramenta Chriſtifidelibus ſuggerantur; necnon populo diuina verba prædicentur, & Deum optimum maximum cùm mentali, tùm vocali, atque mixta oratione adoremus. Quare Bellarmini auctoritate de quatuor nominibus diximus, quibus Dei domus deſignatur; ideſt, primò ad ſacrificandum Deo, vnde Templi nomen emanat: ſecundo ad orandum, vnde nomen Oratorij: tertio ad Martyrum reliquias honorificè conſeruandas, ex quo Baſilica: demum ad populum verbo Dei, & ſacramentis paſcendum, atque hinc Eccleſiæ nomen effluxit. Quæ omnia à Chriſtianis, & verè Deo addictis cognoſcuntur, abſque eo, vt aliquid addamus. Hoc tamen eſt fatendum, hodie nomen Baſilicæ quibuſdam magnificis, & illuſtribus Eccleſijs attribui, quod apud D. Chryſoſtomum etiam legitur, cum ait: *Baſilicam Vaticanam Martyrium Apoſtolorum.* & apud eos, qui tam græcè, quàm latinè ſanctorum Martyrum præclara geſta conſcripſere. Idem D. Auguſtinus confirmat. ex quo refulget tale nomen tantum attribui peculiaribus ſacris locis; ideſt quinque Patriarchalibus Eccleſijs, & alijs ſimilibus, ob Martyrum reuerentiam, & Sanctorum, qui ibi à fidelibus aſſeruantur, & venerantur. & noſtris temporibus Baſilicis Crucem addiderunt, preter Porticus, atque Arcus, quæ olim Gentilibus aderant, & noſtris temporibus in ſacris Baſilicis ædificandis, Pontificum inſtituta aſſeruantur, & ſacrorum Conciliorum determinationes, vt apud Durant. de ritib. Eccleſiæ Catholicæ, his verbis: *Cæterum obſeruandum eſt diligenter, vetitum Eccleſias extrui niſi prius Epiſcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit Crucem.* Iuſtinian. Metaphr. 13. Septẽb. Et quidem hodie Oratoria

Iſidor. lib. 15. Origen. cap. 4. Valfrid. de reb. Eccleſ. l. generali. l. decernimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. 7. tit. 18. C. & Turrecrem. in Can. quidã 11. q. 7.

Euſeb. lib. 8. hiſtor. Eccleſ. c. 1. Nicephor. lib. 7. cap. 2.

Templa, Baſilicæ, Eccleſiæ, & Oratoria penè idem ſunt.

Baſilicæ nomen hodie quibuſdã magnificis Eccleſijs tribuitur.

Aug. lib. 22. de Ciuit. Dei, c. 8.

Noſtris temporibus Baſilicis crucem addiderunt.

Dur. lib. 1. cap. 2. num. 7.

Vetitum Eccleſiam extrui, niſi prius Epiſcopus fixerit crucem.

Iuſtin. Nouel. 5. §. 1. 123. Concil. Aurel. Can. nemo. de conſecr. diſt. 1. De reliq. Corn. Centur.

ria peculiares loci exiſtunt, in quibus fideles à cæteris ſe ſegregant ſtatis temporibus, ad ſpiritalia exercitia, ſermones, & pia opera, & cum ipſa Eccleſia iunguntur, atque Sanctis, vel MARIAE Virgini dedicantur, vt Aurelianus dicebat, ſanctus Martialis in vita Mart. *Altare in honorem ſancti Stephani Protomartyris conſanguinei ſui conſecrauit*. Et paulò inferius: *Et ſupradictum aliud Oratorium, atque ſepulchrum ſuum, vt eſſet in honorem ſancti Petri Apoſtolorum Principis*. Quod ſi aliquis deſideret, qua ratione tum priuata, tum publica Oratoria diſtinguantur ab Eccleſijs intelligere, poterit legere in Can. vnicuique, & Can. Clericos, & Can. Si quis, de conſecrat. diſtin. 1. Abb. cap. fin. de cenſ. & in capit. patentibus, de priuileg. Felin. Dec. &c. Atque hæc de ſacris Baſilicis.

Qua ratione oratoria ab Eccleſijs diſtinguãtur.

Abbas conſil. 130.

Felin. conſ. 148.

DE FORMA

ANTIQVARVM, ET *Recentium Eccleſiarum, vel Templorum Chriſtianorum.*

Caput V.

HACTENVS fuit demonſtratũ quid Baſilicę nomen ſignificet, & diſcrimen inter Baſilicam, Eccleſiam, Templum, & Oratorium, nec non vnde quoduis nomẽ dimanat, cum alijs nonnullis ad horum notitiam neceſſarijs. Adhuc ſequitur dicendũ de tribus à nobis oſtenſis, velut de antiqua, & hodierna forma, quæ Romanæ Eccleſiæ ritum ſectantur.

Quid ſit, & vnde dicatur templum. Vide *Villalpan, tom. 2. Explan. par. 2. Ezech. cap. 41. lib. 4. cap. 2. & 3.*

Igitur vnum ex nobis notatis antiquiſſimũ eſt in Chriſtianorum Eccleſijs, & ad Salomonis Templi ſimilitudinem, quod in tres partes diuidebatur, velut Porticum, Nauem, & Sancta Sanctorum, quo tantum ſummus Sacerdos ingrediebatur. Priſcæ Eccleſiæ ferè omnes vſque adhuc tres partes obtinent; nimirum Porticum, à Græcis πρόναον appellatum, à Latinis verò veſtibulum, vbi Pœnitentes morabantur: Templum, vel Nauim à Græcis ναός dictum, à Latinis Tẽplum, ſiue Nauis: Et partem interiorem Templi, vbi Altare, & Presbyterium aderat; quod hodie Chorus vocatur, à Græcis βῆμα, vel ἱερατεῖον, & à Latinis Sacrarium, ſiue Sanctuarium, &c. Quod optimè Bellarminus in Controuerſijs deſcribit: *De forma Eccleſiarum Chriſtianorum, &c.* & inferius: *Hoc eſt Sacrarium, ſiue Sanctuarium, ſiue Adita, quæ erat pars interior Templi, vbi erat Altare; quæq; diuiſa erat à reliquo Templo gradibus, cancellis, ac velis, ſiue aulæis: neque eò penetrabant alij quàm Sacerdotes, cum ſuis miniſtris, clericis, &c.* Præter hæc quædam Domus aderat Templo annexa, quæ Ædicula ſalutatoria appellabatur, vbi Epiſcopus ſedebat, dum pro ſacrificio parabatur. quod egregiè Euſebius indicat, Theodoretus, Baſilius, Hieronymus de obitu Nepot. Auguſtinus Valfrid. & Strab. de reb. Eccleſiaſt. Secunda Chriſtianorum Eccleſiarum forma (vt Bellarminus teſtatur) quatuor lateribus conſtabat, quæ quatuor mundi partes reſpiciunt, & repræſentant, quibuſdam exceptis pro cõmodo, & locorum opportunitate. Tertia Chriſtianorum Elcceſiarum forma Crucem imitatur in vnica naui, quanquam, vt credimus aliquanto longiori, quod ſanctus Bernardus aſſerit: *Dum verò in modum Nauis iubentur extrui Eccleſiæ, monemur nos in mundo verſari, tanquam in mari, quod ventorum vi agitari, atque turbari ſolet; nec aliter quàm in naui Eccleſiæ tutò traijci poteſt. Ea verò in altum ſæculi ita natat, inquit Ambroſius, vt pereunte mundo, omnes quos ſuſcipit ſeruet illæſos.* Et de ritibus Eccleſiæ Catholicæ addit: *Sanctos Apoſtolos, qui nutu Spiritus ſancti Eccleſiaſtica ordine diſponebant, conſtituiſſe Eccleſiam oblongam conſtrui in modo nauis.* Idem Bellarminus loco citato pluribus ſitum, & formam colligit Chriſtianorum Eccleſiarũ, qui præter allatos auctores, Tertullianum adhibet, Strabonem, Epiphanium, Gregorium Nyſſenum, Damaſcenum, & omnes Patres, qui res Eccleſiaſticas deſcribunt, omnia ſtabiliunt, quæ dicto loco à Cardinali Bellarmino traduntur. Vltimo eſt dicendum de Chriſtianorum Eccleſiarum diſpoſitione, nimirum cur ad Orientem reſpiciant, quod præſertim in antiquis cernitur, & à Patribus ſignificatur. Etenim Tertullianus ait: *Eccleſias Chriſtianorum Orientem amare ſolitas.* Strabo: *Maiorem partem Eccleſiarum ita fabricari, vt qui in eis orant Orientem reſpiciant.* & Clemens: *Fuit traditum ab Apoſtolis ædes ſacras conſtrui verſus Orientem, à quibus item precandi ab Oriente traditionem acceptant*, vt teſtantur Iuſtinus Martyr, Athanaſius, Baſilius, Auguſtinus, Damaſus, & alij, ex quibus cauſam colligit. Et primò Iuſtinus ad orthodoxos. *Ideo*, inquit, *Chriſtianos omnes precum tempore ſpectare ad Orientem,*

quia

Priſcæ Eccleſiæ tres partes obtinent, Porticum, Nauim, & Chorum.

Quid ſit Presbyterium. Vide *Concil. Turon. Seſſ. 2. c. 3. Can. Sacerd. de conſecr. diſt. 2. Iſid. lib. 1. de Eccl. off. cap. 3. Stephan Durun. lib. 1. c. 17. nu. 1. & 2. de rit. Eccl. vbi adducit nonnullos Patres Concilia, & decreta Pont.*

Bellarm. lib. 3. tom. 2. cap. 3. de cult. Sanct.

Domus, Templo annexa.

Euſeb. lib. 3. in vita Conſtant. Theodor. lib. 4. hiſt. cap. 20. Baſil. lib. 5. cap. 17. Hieron. lib. 22. cap. 8.

Secunda Eccleſiarum forma quatuor lateribus conſtabat.

Tertia Eccleſiarum forma, crucem imitatur.

S. Bern. in apologet. ad Abbatem Clun.

Cur in modum nauis extruatur Eccleſia.

Ambroſ. ſer. 21. de mirabil.

Bellarmin. contra Valentin.

De rebus Eccle. capit. 4. hæreſ. 19. Gregor. Nyſſen. orat. 5. Damaſc. lib. 4. de fide. cap. 3.

Cur ad Orientẽ reſpiciant Eccleſiæ.

Tertull. lib. 2. conſtit. Apoſtol. cap. 507. Strabo de rebus Eccleſ. cap. 4.

Iuſtin. ad Orthodox. reſpon. ad queſt. 118.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A *quia ortus tanquam mundi pars honoratior adorationi Dei deſtinatus eſt.* Et in fine: *Eccleſiam à ſanctis Apoſtolis orandi morem, & locum acce piſſe.* Tertull. ad. Valentinian. adnotat figuram Spiritus ſancti, Oriẽtem Chriſti figurã; & in Apologet. inde ſuſpicio eſt, quod innotuerit mos ad Orientis regionem precari, quod. S. Paulinus confirmat, Iuſtinus, Epiphanius, Origenes, S. Baſilius, Gregorius Nyſſenus, Auguſtinus, Damaſcenus, Germanus, & alij Patres, qui ſcriptis conſignarunt, ritum Apoſtolicum eſſe, vt fideles verſus Orientem orent. B Quòd ſi aliquis adhuc cauſam requirat, cur hodie conſeruetur, poteſt ad eos, qui ſcrupulis agitantur ex ſacra Scriptura reſponderi, quòd ideo fideles ad Orientem adorant, quia ibi Deus Paradiſum conſtituit, ſicut in Geneſi legimus: *Plantauerat Deus paradiſum à principio.* Et Dauid; *Adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.* & apud Ioannem: *Chriſtus lux mundi appellatur.* Et Zacharias: *Et Oriens nomen eius.* Libet C etiam addere, quod Saluator noſter pro humana ſalute moriens, ad Orientem inſpiciebat, & nos quoque verſus Orientem orabimus, quaſi Chriſtum imitantes: ſimul etiam ab Oriente ad Cęlum aſcendit, quod Pſalmiſta teſtatur: *Ipſe aſcendit in cælum cælorum ad Orientem.* & S. Matthæus: *Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem, ita erit aduentus filij hominis.* Nos igitur oramus verſus Orientem, tanquam futurum iudicem expectantes, vt inquit Damaſcenus: alias rationes Bellarminus aſſignat. D Nos cum Durante concludemus: *Non ideò adoramus ad Orientem, quia in ea parte mundi Deus, aliquo modo circumſcriptus habitet, ſed quia Deus lux eſt vera, diciturq́ eam ob cauſam; ad creatum lumen iſtud conuerſi, non illud, quod creatum eſt lumen, ſed eius luminis creatorem adoramus.* Et ad finem reſponſionis: *Audiant verò fideles, & diſcant, quod ſancti Apoſtoli Chriſtianorum Eccleſias ideò iuſſerunt Orientem verſus ſuas effundere preces, vt ad paradiſum, vnde cecideramus reſpicientes, ſuppliciter* E *à Deo petamus, & à noſtro Domino, vt in antiquam nos patriam, & locum vnde cecidimus reſtituere velit.*

Tertull. ad Valentin. cap. 3. & Apolog. cap. 16.

S. Paulin. epiſt. 12. Iuſtin. q. 118. Epiph. hær. 19. Hom. 5. ſuper Num. lib. de Spiritu ſancto. cap. 27. Nyſſen. orat. 5. de orat. Dom. S. Baſil. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte, cap. 5. Damaſc. libro 4. de fide, c. 13.

Fideles, vt verſus Orientem orent, cur hodie conſeruetur.

Deus ad Orientem Paradiſum conſtituit.

Pſal. 131. Ioan. cap. 8. Zachar. cap. 6.

Chriſtus Saluator moriens ad Orientem aſpiciebat.

Chriſtus ab Oriente ad cælum aſcendit.

Pſal. 57.

Matth. cap. 24.

Oramus verſus Orientem, tanquam futurum iudicem expectantes.

Bellarm. lib. 1. cap. 3. num 4.

Deus lux eſt vera, & illum, vt creatorem luminis adoramus.

DE SACELLIS, ALTARIBVS, CIBORIIS, *Cancellis, & Tabernaculis.*

Caput VI.

DICTVM eſt ſuperius de ſitu, & forma ſuis cum partibus Eccleſiæ, Templi, vel Baſilicæ: Quia verò in ea præter adhuc allata, etiam Sacelli, Altaria, Ciboria reperiuntur, quæ ſimul partes, & Eccleſiæ ſunt ornamenta, decet breuiter nonnulla de ipſis peculiariter dicere, vt quiuis differentiam dignoſcat, quæ inter Sacellum, Altare, & Ciborium adeſt. Ac vt à primo exordiamur; dico nihil aliud Sacelli nomen inſinuare, præter paruum locum Deo dicatum, aut beatæ Virgini, atque Sanctis, vnà cum Altari, ex Græco ἱερὸς nomine C diminutiuo à ſacro, quod eſt compoſitum, vt præſertim Trebatius Iure conſultus affirmat, aiens, *Sacellum compoſitum verbum, quaſi ſacra cella.* & Plinius: *Sparſa ſunt circa Sacella complura, totidemq́ Dei, ſua cuique veneratio, ſuum numen.* Tacitus de Sacello ſummo Ioui dedicato, *Modicum Sacellum Ioui conſeruatori, aramq́ poſuit.* Sacella publicis Ciuitatis locis reperiuntur, attamen ſacris, quod Cicero teſtatur. *Sunt loca publica Vrbis, ſunt Sacella, quæ poſt reſtitutã Tribuni-* D *tiam poteſtatẽ nemo attigit, quæ maiores in Vrbe partim periculi perfugia eſſe voluerunt.* Et idem ſæpius id nomen locum deſignare falſis Dijs conſecratum; quod etiam Plinius, *Delubrum Ammonis eſt ibi religioſum, & toto tractu ſacella.* Altare locus eſt eminens, à Populo vndique viſus, in quo tum Hebræi, tum quoque Gentiles ſolebant ſacrificare. Primi vero Deo, cæteri Idolis, & falſis Dijs. Altaria igitur maximæ venerationis ſemper apud omnes gentes fuerunt, ob religionem, & ſa- E crum locum. Feſtus inquit, *Altaria ſunt, in quibus ignis adoletur:* & idem vult ab eminentia appellari, affirmans, *Altaria ab altitudine dicta ſunt,* ſuper quibus verè fideles ſacras imagines, & Sanctorum reliquias venerantur, ibique Miſſa celebratur. Antiqui etiam ipſi in Altaribus falſorum Deorum Imagines ponebant, illis ſacrificia offerentes. Sic enim legimus, *Antiquis Dijs ſuperis in ædificijs à terra exaltatis ſacra faciebant.* De Gentilium ſignificatu, & Altarium vſu Virgilium lege, Plinium, Ouidium, Ciceronem,

Sacellũ eſt paruum locũ Deo dicatum, aut B. Virgini, atque Sanctis, cum Altari. Sacellum quaſi ſacra cella.

Plin. epiſt. [illegible] *lib. 19.*

Sacella publicis ciuitatis locis reperiuntur.

Cicero orat. [illegible] *pro leg. Agra. 46.*

Plin. lib. 6. ca. 23. & 29.

Quid ſit Altare.

Altaria ſemper magna veneratione habita.

In Altaribus ignis adoletur. Altaria ab altitudine dicta.

Antiqui in Altaribus Imagines ponebant.

Virg. 2. Aeneid. Plin. lib. 15. [illegible] *30. 7.* [illegible] *Ouid. 12. Metamor. 1. Eleg.* [illegible] *de Ponto, &c. Cic. de Aruſp. reſp. 7.*

Liu. in præf. lib. 1. decad. 3. Lucr. lib. 4. Virg. 7. Aeneid. 14. & 3. Geor. 97. & 7. Aenei. 42. & 11. Aeneid. 10. & Eglog. 8. 12. Claudian. in med. 1. 8. Sext. Stat. lib. 1. Thebaid. Strabo de rebus Eccleſ. cap. 6. Varro de ling. latin. lib. 5.

Altare à precationibus dictum quas Græci aras vocant.

Greg. Naz. Eccleſ. hierar. c. 3. Dionyſ. lib. 4. cap. 20. Iren. de pœnit. Tertul. orat. 11. in laudib. Gorg. Nazian. lib. 2. tom. 2. hereſ. 68. Epiph. lib. 2. cap. 29. Sozom. Socrat. lib. 3. Tripar. c. 10. Caſſiod. lib. 8. cap. 31. Nicephor. aduer ſus Iuſtin. Ambroſ. lib. 2. cap. 6. Ruffin. in theor. rerum Eccleſ.

Cancelli locum orationis deſignant.

A nem, Liuium, Lucretium, Virgilium, iti-
dem Claudianum, Sext. Statium. Seruius
inquit, Aram ab ariditate vocari, *Quia in il-
lis adoletur ignis:* & addit, *Altaria ab alendo,
quia igni adduntur alimenta*. Iſidorus dicit,
*Aram quidem vocatam dixerunt, quod incen-
ſæ ibi victimæ ardeant*. Alij volunt Aram ex
græco verbo manare his verbis, *Alij Aras di-
cunt à precationibus, quas Græci ἀρὰς vocant*.
Altare autem ab altitudine conſtat eſſe no-
minatum, Strabo, & Varro. Altare apud
B Catholicam Eccleſiam à puriſſimo, & ſa-
cratiſſimo ſacrificio nomen deſumpſit, vt
Gregorius Nazianzenus nos docet in oratio-
ne 4. in Iulianum. De vſu, antiquitate, &
venerarione Altaris in noua, & veteri lege,
vide Dionyſium, Irenęum, Tertullianum,
Nazianzenum, Epiphanium, Sozomenem,
Socratem, Caſſiodorum, Nicephorum,
Sanctum Ambroſium, Ruffinum, & alios:
à Durante cap. 15. citatos. Vndique Altaria
ſolent apud Catholicos cancellis, & colum-
C nis circundari; non ſolum ad defenſionem,
ſed etiam ad venerationem, atque adeò vt
populus nequeat Altari appropinquari; quod
ad ſimilitudinem Sancta Sanctorum Tem-
pli Salomonis eſt effectum, vt Germanus te-
ſtatur, indicans Cancellis locum orationis
deſignari, *Cancelli locum orationis deſignant,
quouſque populus extrinſecus accedit, intrinſecus
autem Sancta Sanctorum ſolis Sacerdotibus præ-
uia*. & ad confirmationem dictorum, quod
nimirum Altare ſimilitudinem Sancta San-
D ctorum ſapiat, Euſebius teſtem ſe præbet,
inquiens, *Templum à Paulino Tyri Epiſcopo
extructum deſcribere docet. Altare tanquam San
cta Sanctorum ſitum fuiſſe in medio Sanctuarij,
quod autem eò accedi non poſſet à plebe, & mul-
titudine, cancellis è ligno fabricatis Altare cir-
cundatum cancelli cancellarum*, & à Græcis
κιγκλίδες, δρύφακτοι dicuntur; ideſt tenui ma-
teria conſtructi: & quidem alij ferro, alij li-
gno, alij ære, alij inſtar retis, atque varijs fi-
guris intertexti, & ſolent diuerſis inſeruire,
E ſed præſertim pro alicuius rei cuſtodia. Vide
Ciceronem, Varronem, Ouidium, Budæum,
Plinium, Claudianum, Vlpianum. Feſtus
addit, à priſcis, Cancros fuiſſe appellatos;
cum tamen hodie per diminutionem can-
cellorum nomen obtinuerint; & à Græcis
ex cubito nomen ſumpſerunt, apud ipſos
ἀγκὼν, vocato. Noſtra tempeſtate maiori ex
parte in ligneas columellas ſunt commu-
tati, vel marmoreas, aut ex quauis materia
vna cum baſi, & coronide, tanta altitudine,
vt homines brachijs innitantur; & Altaria

Euſeb. libr. 10. hiſt. Eccleſ. c. 4.

Tẽplum à Paulino Tyri Epiſcopo extructũ.

Cancelli alij ligno, alij ære, alij ferro.

Alij inſtar retis inſeruiunt, præſertim pro alicuius rei cuſtodia.

Cicero pro Sext. 108. in Verrem. 115. primo de Orator. 28. & pro Quint. 19. Varr. de re ruſt. lib. 3. cap. 5. Ouid. Amor. Eleg. 2. & 13. Bud. lib. 8. cap. 10. Plin. lib. 9. cap. 51. & cap. 33. Vlp. de his, quæ in teſt. deleg. l. 2.

A priſcis cancellos fuiſſe cancros appellatos.

A cingunt; quamquam vix hominis longi-
tudinem excedunt. Strabo, *Solent plurimi
non altius conſtrui, quàm vt ſtantes deſuper in-
niti cubitis poſſint*. atque id totum eſt, quod
de cancellis dici poteſt, vel potius hic locus
ex columellis ſtructuram ſignificat, quibus
Altaria cinguntur. Lege Synodum Turo-
nen. Synod. Calcedonen. Adhuc differẽtiam
inter Ciborium, & Tabernaculum attinga-
mus, cauſam indicantes, cur fuerint à Ca-
tholicis adinuenta. Igitur Ciboria apud an-
B tiquos, & Gentiles plura ſignificata ſeruant,
de quibus Plinius, Atheneus, Horatius, Gel-
lius, & ex græco κιβώρια pendet, nos dicimus,
apud Eccleſiaſticos tam Græcos, quàm La-
tinos locum ſignificare, in quo Sanctiſſimus
Crucifixus aſſeruatur. Et quidam volunt in-
ſtar arcæ fœderis teſtamenti fuiſſe, quam
Sancta Sanctorum nominant; pro cuius cu-
ſtodia Deus præcepit, vt duos Cherubin fa-
cerent. Perionius credit Ciborij originẽ ex
quadam arcula manare, in qua Sacramen-
C tum ſeruabatur, his verbis, *Nam Cib, eſt ar-
ca, orium, illuminatio Domini*. Ioannes Chry-
ſoſtomus, *Faciebat delubra argentea Dianæ,
& quomodo poſſibile erat fieri delubra argentea,
fortaſſis parua Ciboria, quæ vocant, &c.* Ana-
ſtaſius, inquit, *Altaribus duarum Baſilicarum
Sanctorum Andreæ, & Siluestri argentea Ci-
boria deſtinaſſe, quæ quidem vaſcula in Sacra-
menti huius conſeruationem habebantur*. Noſtris
temporibus volunt quoddam ornamentum,
& Altaris tutelam eſſe pluribus columnis in-
D nixam, ex quo à pulueris infeſtatione defen-
ditur, ſolentque marmore, & varijs hiſtorijs
ornare. Alij volunt in Ciborijs cellulas eſſe,
vbi reliquiæ aſſeruentur. Ioannes Diaconus
ſic ſcribit; *In Baſilica Sancti Petri ſuper Altare
Ciborium fieri iuſſit*. & ſæpius legimus ab ijs
Sanctis Pontificibus in ſacris Altaribus plura
Ciboria, ex varijs rebus fuiſſe compoſita.
Auctor reuelationis capitis Diui Ioannis Ba-
ptiſtæ, inquit, *Sanctus Felix, & ſocij eius,
cum venerando Rege inter cætera Dominum de-
E precabuntur, vt eis ſalubre conſilium ſuggereret,
quonam in loco ſancta membra locarent, ædifi-
cantes Baſilicam, & in ea Ciborium. Et non lon-
gè caput Sancti Ioannis Baptiſtæ almi præcurſo-
ris Chriſti, & beatorum trium Innocentium cor-
pora ſimul in hoc Ciborium concluſerunt*. Quod
etiam à nonnullis Patribus, & præcipuè à
Gregorio Turonenſi, Turris vocatur.

Quia verò in Vaticana Bibliotheca, Pari-
dis de Graſſis manuſcripta adſunt, nonnulla
exprimentia, quæ non ſolum ad rem no-
ſtram, ſed etiam ad eruditionem confe-
runt,

Strab. de reb. Eccleſiæ. de expoſit. nom. quorũdam ſacris rebus.

Synod. Turon. & Calced. Can. 3. c. 1. de vita, & honeſt. Cler. act. 1.

Differentia inter Ciborium & Tabernaculum.

Plin. lib. 12. cap. 15. Athen. lib. 3. Horat. 2. Carm. Gell. lib. 9. cap. 11.

S. German. in theor. rer. Eccl. Anaſt. Biblioth. in vita S. Greg. Pap. & Simmachi, &c.

Perion. de ling. Gall.

Ciborium locus in quo ſanctiſſimus Crucifixus aſſeruatur.

Chryſoſt. homil. 42. act. Apoſt.

Anaſt. in vita Simmachi.

Ciboria vaſcula ſunt, in quibus Euchariſtiæ Sacramentum conſeruatur.

Io. Steph. Dur. de rit. Eccl. Cat. lib. 1. c. 16. n. 2. 3. & 4.

Qui multos adducit Græcos, & Latinos Auctores, & optimè oſtẽdit quid ſit, & vnde habetur cibotium, & quid ſit tabernaculum, & quæ eſt differentia.

Io. Diac. in vita S. Greg. Papæ.

Noſtris temporibus ciborium eſt quoddam ornamentum pluribus columnis innixum ſuper Altare.

Greg. Turonen. lib. 1. de glor. Martyr. c. 86.

runt, operæpretium duximus hic tranſcribere.

Ex lib. cæremon. Parid. de Graſ.

Vt quid propriè ſit Cappella Papalis, vnde tanta cæremoniſtarum cura deſudat, prius intelligatur, aliquid diſſerere iuuat de Templi poſitione. Sic enim nouitijs innoteſcet, quid ipſum ſit Templum, quid Delubrum, quid Fanum, quid Lararium, quid Baſilica, quid Eccleſia, deq́ primogenia nominis, ac partibus eius, vt eſt Abſida, Tribunal, Presbyterium, Sacrum, Sacrarium, Sanctum Sanctorum, Sacroſanctum, Sanctuarium, Veſtibulum, Ambulacrum, Cancelli, Suggeſtus, Solium, Thronus, Sedilia, Scabella, Chorus, graduumq́ numerus. Et quid denique ſit, ac vnde dicatur ipſa, de qua loquimur Cappella, & quæ eius ſint eatenus pertinentia, quatenus illam eſſe Papalem intelligamus.

Primum Templi poſitorem fuiſſe Dędalum.

Primum igitur Templi poſitorem fuiſſe Dædalum Hymetionis Athenienſem ex opinione Porphyrij narrat Euſebius in primo de Euang. præpar. poſtquam enim nonnullorum Deorum ſimulachra à Lycurgo apud Aegyptios effigiata vidiſſet, ſed & nomina, nominumq́, & ſexuum diſcrimina à Muſæo indita, adorationem quoq́ ex combuſtarum herbarum ſuffumigationibus grata perpendiſſet; eiſdem, vt aliquid ſuo artificio vir artificioſus adijceret, ædem Dijs primus extruxiſſe fertur, obſcuram quidem, vtpotè ſubterraneam eo prætextu, quod ſupplicaturi illic homines in quadam eſſent libertate illud faciendi, quod an gratum, vel ingratum Dijs illud eſſe ignorabant. & nè ſub huiuſmodi ignorantia forſitan diſplicere contingeret eiſdem, quos placare intendebant; in obſcuris antris, nè inuicem cognoſcerentur, ſacrificabant. Vnde quia ſimulachra in ipſis Templis poſita diſcerni vix poterant, ignẽ intulerunt, quem poſtmodum tanquam, vel hominibus commodiſſimum, vel Dijs ſimillimum exiſtimantes, perpetuò ardentem in Templo ſeruabant. quod lumen hodie quoque à nobis, priſtino more ſeruato, licet non eadem ratione, cuſtoditur.

In Templis perpetuò aſſeruabatur ignis.

Poſt Aegyptios Hebræi extruxerunt templa. Deinde Græci, & nouiſſime Hetruſci, & Romani.

Poſt Aegyptios Hebræi Templa in cultiorem modum extruxere. Deinde Græci, & nouiſſimè Hetruſci Italiæ populi, auctore Pythagora, à quibus mox Romani. At hi quantum in Templorum ſtructuris exceſſerint, videmus etiã admirantes ex ruinis, fragmentiſq́ hodie ſuperextantibus.

Templa dicta quaſi tecta ampla.

Dicta autem Templa ſunt à ſacrorum contemplatione, aut quaſi tecta ampla; quorum partes erant quatuor, anterior ad Ortum ſpectans, poſterior ad Occaſum, ſiniſtra ad Septentrionem, & dextra ad Meridiem; ita vt qui oraret, ſemper ad Orientem verſa facie conuerſus oraret, quemadmodum etiam nos ritè ſeruamus.

Vnde dicta Delubra.

Delubra appellabantur ea loca, vbi duntaxat ſimulchra Deorum dicata erant; non enim A *vbique, ac in omnibus Templis ſimulachra ponebantur, ſed erant plurima vacua, & omninò alba: & quemadmodum candelabrum dixerunt, vbi candela figeretur, ſic Delubrum, vbi Dei ſimulachrum coleretur.*

Alij ea tantum Delubra dixerunt, quæ fontes lauatorios haberent.

Alij ea tantum Delubra dixerunt, quæ fontes lauatorios haberent, cuius Sacerdotes baptiſtæ erant quaſi lauatores. Vnde Ioannes Chriſti lauator, ſiue baptizator à Chriſtianis; baptiſta dictus eſt propterea baptiſterium fontis, ideſt, regenerationis locus, & baptiſmus ipſa ſacra lotionis purificatio dicitur.

Fana loca Faunis dicata.

B *Fana verò loca Faunis dicata, vel à fando, quod Pontifices in eis conſecrandis, certum quid ſecluſum myſterium fari ſolebant.*

Quid Profanum & profanatum.

Hinc profanum, quod ante Fanum eſt, quippe ipſi Fano iunctum. Profanatum verò pollutum. Hæc autem Fana anguſta admodum, & vndequaque parua, alio nomine Sacella dicta, & ſacraria ſanctitatis inacceſſa, & intima pars Templi inuiolata, & omnibus inuiſibilis, præter ſummum Pontificem. Licet Sacrarium quandoque pars Templi eſſet, vbi res ſacræ reponebantur, C *hodie à nobis Sacriſtia nuncupata.*

Sacrarium vnde dictum.

*Varro ait de lingua latina, titulo de Inſtrumentis ruſticis. Sacrarium ideò à Romanis dictum, vt eò præter Virgines Veſtales, & Sacerdotem publicum introeat nemo. Scribit Egiſippus in 5. Sacrarium Templi Hieroſolymorum fuiſſe à gentibus profanatum, quò ſolus ſemel in anno Princeps Sacedotum ſacrificij cauſa intrare ſolebat. Scias autem quod cum nos hodie in noſtris Eccleſijs hanc partem, quæ ſacrarium dicitur, non habeamus, propterea Rom. Pontifices, auctore Innocentio Ter-*D *tio, in libello de Sacramentis, inſtar Sacrarij huiuſmodi, & à ſimilitudine moris antiqui congruè deſignarunt Altaria principaliora in quatuor Vrbis Romæ Baſilicis, ſuper quibus nemini mortalium præter ipſum Romanum Pontificem celebrare liceat; ideoq́ ipſa Altaria ſacraria nuncupantur, quæ eſſe videtur ſententia Dionyſij Areopag. in Eccleſiaſtica Hierarch. tit. de his, quæ in ſancta communione fiunt, par. 3.*

Altaria principalia in quatuor Vrbis Baſilicis.

Quid ſacrum & quid ſanctum.

*Quid autem ſit ſacrum, & quid ſanctum præter illa, quæ apud Macrobium lib. 3. Varron. tit. prædi-*E *cto, & Vlpian. Iuriſconſult. tit. de rerum diuiſ. gentiliter referunt, hæc quoque apud Hierem. non minus quàm Chriſtianè traduntur in Epiſtola ad Paulinum, quæ incipit, Voce me prouocas ad ſcribendum, &c. cuius hæc ſunt verba. Conſidera quod & vaſa ſacra in tabernaculo legerimus, & alia, quæ ad ritum cæremoniarum pertinent, tum vtique ſancta eſſe non poſſunt, niſi quæ ſentiunt, & venerantur Deum. Idioma igitur ſcripturarum eſt, vt interdum Sanctos, pro purificatis, & mũdis nominet, ſicut Berſabee ſanctificata ſcribitur ab immunditia ſua, & ip-*

Vaſa ſacra.

ſum

ſum templum, ſanctuarium dicitur. hactenus ille.
Omne Templū bifariam diuiſum erat.
Verum quoniā omne templum bifariam diuiſum
erat, quippè pars altera citerior, qua populus ad-
mittebatur, ſancta dicebatur ab Hebræis, ſed à
Romanis ſacra penetralia, à Græcis verò adyta
genere neutro, per y græcum, ac ſecundæ declina-
tionis, cum aditus quartæ, maſculiniq; generis, &
per i, latinū ſcripta dictio ingreſſum deſignet. Vn-
de Virgilius, Aditūq; per auia quærit, pro ingreſ-
ſu. ſed pro ſacris penetralibus dixit: Aeternūq; ady
Quid Sancta Sanctorum.
tis effert penetralibus ignem. Sancta Sanctorū ve
rò pars erat illa Tabernaculi interior, in quam ſo-
lus ſummus Sacerdos intrabat, de qua latè dicitur
Quid Sanctuarium.
in epiſt. Pauli ad Hebr. 9. Sanctuarium autem
nūcupatur ſacellum, vel Oratorium potius priua-
tum, & domeſticum, quàm publicum, aut com-
mune, vnde quandoq; Sanctorum, quandoq; ſecre
Ezech. cap. 44.
torum locus interpretatur. Ezech. c. 44. Pones cor
tuū in vijs Templi, & per omnes exitus Sāctua-
rij. Plin. quoq; dixit in sāctuarijs Mithridatis in-
uētam eſſe à Pompeio illā antidoti compoſitionem,
quæ etiam à noſtris pharmacopolis Mithridatū
nuncupatur: quamuis Raphael Volater. modernus
auctor in lib. Cōmen. Vrb. 27. de partibus domus,
non ſanctuariū, ſed ſanctuariū legendum dicat.
vbi D. Hieron. ſcholā latinitatis arguere vide-
Sacellum, Cappellam vulgus appellat, ab Antiquis lararium dicebatur.
tur. Et ſubdit ſacellū huiuſmodi propriè illud eſſe,
quod vulgus cappellam vocat, quæ ab antiquis
propriè larariū dicebatur. Vnde Lamprid. tradit
Imperatorem Alexandrum in larario ſuo rem di
uinam matutinis horis factitaſſe, in quo ad effigies
Deorum Alexandrum Macedonem, Habraha
nunquam, & Ieſum Chriſtū, ac Apollonium Tya
neum formatos habuiſſe. & licet hæc ſacrarum
ædium vocabula inter ſe quodāmodo differebant,
quod Herodianus innuit in Alexandro inquiens.
Igitur Deorū ſimulachra, quæ ille ſuis ædibus extu
lerat, proprijs quæq; templis, fanis, adytis, ſacrarijs,
ſacelliſq;, prout cuiq; conueniebat, reſtituit, &c.
tamen hæc eadē ſæpius confunduntur. Vnde Hie-
ron. lib. Machab. 2. cumq; ait, propoſuiſſet pecu-
nias, Sacerdotes Naneæ, & Antiochus cum pau
cis ingreſſus eſſet intra ambitum fani, clauſe-
runt Templum; cum autem intraſſet delubrum
Antiochus, apertoq; occulto adyto ſanctuarij, per-
Baſilica erat regia domus.
cuſſit Ducem, &c. Baſilica erat regia domus, ex
græco deducta, quippè Baſileus Rex dicitur; vn-
de à ſimili nos quoq; Vrbis Eccleſias principales
ſub titulo Baſilicarum nominamus; ibidem Chri-
ſto Regi ſæculorum ſacrificantes, vt eſt in c. vlt.
Antiquæ Baſilicæ binas porticus habebant.
de Eccleſ. ædific. ſed antiquæ Baſilicæ binas porti-
cus habebant pro litigatoribus. Eccleſia cenſetur fi-
Eccleſia eſt fidelium conuocatio.
delium conuocatio, quam ideò Apoſtoli ſic potius,
quàm ſynagogam dixerunt, quæ Congregationem
ſignificat, vt qui intraſſent vocatione quadam
quaſi electione diuinitus facta ſimul vniti, &

A coniūcti eſſent. Hinc quia populus fidelis ſimul cō-
uocatus, in Eccleſia eſſe ſolet, ideò etiā locus ipſe ap-
pellatur Eccleſia, vt ſic ſpiritaliter, materialiterq;
Eccleſia cōprehendatur, ſicut Senatus, non ſolum
ſeſſionis locus, vbi Patres coeunt, ſed etiam ipſius
actus vnitas, ac conſultandi. Eadē quoq; ratione
Cappella Papalis, tam ſpiritalis, quàm corporalis
intelligitur, vt ſit non minus Pontificis, & Sena-
tus, ac Principū, & Prælatorum, ac Officialium,
& denique populi fidelis vnitas, quàm ſacer lo-
cus orationis eorumdem. Sed & plerumque pro
B ſacra ibidem celebratione agenda capitur.

Dicta autem Cappella, vt Gulielmus Du-
Guliel. Duran.
rant. in ſuo rationali ſub titulo de Sacerdote ſcri-
ptum reliquit, à cappa, quod genus Eccleſiaſti-
cæ veſtis Galli appellant, ſuper qua re ego quia
vix credibile exiſtimabam, ipſius auctoris ver-
ba ſubieci. In pleriſque, inquit, locis Sacerdotes,
Cappellani vocantur: nam antiquitus Reges
Franciæ ad bella procedentes Cappā, qua Gallicè
loquendo, veſtimētum erat B. Martini, ſecū pro
ſpe victoriæ, ſuffragioq; portabant. Et eā cappam
C ſub quodā tentorio, quaſi Oratorio conſutis capra-
rum pellibus, quæ & Capellæ dicuntur, ſeruabāt;
& ſic locus ille ab ipſa cappa, ſiue à cappellarum
pellibus Cappella deducitur. Et Sacerdotes ipſius
cappæ, locique cuſtodes Cappellani dicti. quo fa-
ctum eſt, vt ſucceſſiuè ab illis ad cunctos Sacer-
dotes hoc nomen quibuſdam regionibus eſt tranſ-
miſſum. hactenus ille. Quem nè ignarum po-
tius arbitrer, an ſimpleculum admirer; ine-
ptus ſum; cenſeant periti. Iſidorus autem, &
Iſidor. homil. 1. 19. cap. 30.
homil. 1. 19. cap. 30. cum de ornamentis diſſe-
D rit, cappam aliter exponens ait. Capitulum eſt,
Capitulum. Cappa
quod vulgo capitulare dicunt. Idem & cappa,
vel quod duos apices, vt cappa bina habeat, vel
quia capitis ornamentum eſt. Ceterum ipſa Cap-
pella Papalis vſq; adeò infra dictas portiones ma
teriales in ſe principaliter exigit, vt illis deficien-
Suggeſtus, ſolium, ſedilia, ſepta, cancelli, Veſtibulum, Presbyterium, Ambulacrum, Chorus, & Tribunal.
tibus, nō Papalis, ſed quæuis alia intelligatur. hæc
ſunt ſicut ſuggeſtus, ſolium, ſedilia, ſepta, cācelli,
veſtibulum, presbyterium, ambulacrum, chorus,
& tribunal. Sanè ſuggeſtus, ſiue thalamus, locus
eſt ſex gradibus eleuatus, vbi ſedes Pontificis am-
E pla, ſolium, ſiue thronus dicta ante Altare è re-
gione, aut ad dextrum Altaris cornu, quod eſt
Euāgelicum ſita eſt. Cancelli, repagula, aut crates
intermedij ſunt, qui Senatū à populo diſtinguunt.
Vt interpretes dicunt ſuper eo verſu Naſonis.
Cācellis primos impoſuiſſe pedes. Sed & Cancella
ſingulari numero ea eſt choralis ſedes, vbi quiſque
Canonicus, aut quiuis Religioſus pſalmodiæ va-
cans alius ab alio diſtinctus ſtat, aut ſedet, cuius
cancellæ mentionē habet Hieron. in lib. de effectu
Hieron in lib. de effect. virt. c. 15.
virt. c. 15. inquiens, Cum tēpus eſſet, quo Theodo
ſius Imper. munus ad Altare offerre ſolebat, can-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cellos non ſine lacrymis eſt ingreſſus; cum verò obtuliſſet ſicut ſolitus erat, in cancella ſtetit, quæ erat extra cancellos, vnde ab Ambroſio receptus fuit, &c. Quod hic ideò appoſui, quia has cancellas, quaſi Canoniſtæ alio nomine ſtallum in choro vocant, nos in Cappella Papali nequaquam vſurpamus. Deinde Tribunal eſt, quod vulgo tribuna dicitur, aut alio nomine abſis, ſub cuius incuruæ fornicis arcu Altare locatur, vbi ſacrificans Antiſtes cum miniſtris circumſtantibus reſidere ſolet. Presbyterium à nobis, tota ſupra gradus planities intelligitur pro ſacrificantis menſa, fandiſtorioque ponendo, vbi miniſtri quoque ſacrificiorum hinc, & Prælati aſſiſtentes, inde reſident. Veſtibulum locus eſt inter ſepta Cappellæ ſub gradibus Presbyterij epiſtolæ, Euangelijque decantandi. Ambulacrum ea pars Cappellæ media circa Cardinalium ſepta eſt, quæ ab ingreſſu ad Altare ducit. vbi nobilium tam Palatinorum, quàm aulicorum diuerſorium eſt. Priſci mortalium rectores præclarã meo quidẽ iudicio, ac propè diuinam ſententiam habuere, qui cum rerum naturã ingenti ſtudio, diligentiaq́ perquirerent, nihil accuratius, nihilq́ vt ita dixerim, beatius inſtituiſſe videntur, quàm vt populi, po-

Ex Pontificum ſcientia cæremoniæ cognoſcuntur, & obſeruantur.

pulorumq́ præſides ex Pontificũ ſciẽtia ſacros ritus ſolemnesq́ cæremonias cognoſcerẽt, cognitasq́ obſeruarent; hac quippè vt opinor, ratione cõpulſi, quod nulla res efficacius humanũ genus moderatur, quã

Religio moderatur humanum genus.

religio. Namq́ vt dicere ſolitũ Alexandrũ Macedonem, Q. Curtius refert, vbi ſemel religionem qualẽcũq́ profiteri cœperit gentiũ multitudo, melius ſuis ſacerdotibus, quàm ſuis Imperatoribus

Tot Deorum latriæ, & cæremoniæ quot populi.

paret. Hinc multifariã, multisq́ modis olim diuerſi populi diuerſos ſacrificandi ritus perquæſiuere, atq́ ita perquæſiuere, vt tot penè extiterint deorum latriæ, & cæremoniæ, quot populi, & cõmertia, ex quibus Romani ſicut cæteris rerũ Imperio præfuere, ita ritu, ſacrificioq́ excelluere. ipſis enim tanta nè dicã religionis, ſed vanæ ſuperſtitionis cura fuit, vt pro Imperio augendo, cuſtodiendoq́ nunquã ab exactiſſimo cæremoniarũ cultu remotos oculos habuerunt: quin & Vrbem Romanam tamdiu tutã, incolumemq́ ſunt arbitrati, quoad Martis cæremonias non deſererent; ideoq́ ſummæ maieſtatis decus ſuis cæremonijs famulari non dubitauere; quippè arbitrati ſunt Pontificuli illi ſacrorũ Cenſores (quos, vt conijcio ætas noſtra magiſtros cæremoniarum appellat) iuſtis, caſtisq́ cæremonijs demonſtrari diuinam maieſtatem humano genere ampliorẽ, auguſtioremq́ fore, & ſubinde reuerentiã, ac timorem ſuperũ ijs fieri longè maiorẽ. Omitto ſuperſtitioſam Aegyptiorum, atq́ aliàs ſimilis ſectæ nationes, quæ vſq́ ad faſtidiũ inexequendis ſacris ritibus moroſæ fuerunt: nõ tamen Hebræorum volumina ſigillauerim, cum nõ

A *Iſis, nec Oſiris, neque Anubis, ſed ipſe verus, atque omnipotens Deus per myſterium Moſeos ſacrificiorum leges impenderit. profectò rituum cæremonialiũ repleta ſunt omnia.*

Rituum cæremonialium repleta ſunt omnia.

Quid enim aliud ſonãt Leuit. quidq́ etiam Numer. & omnis ferè Pentatheucus, niſi ſacrificandi ritum, & libaminũ normas? quæ etiã à Lactantio primũ, dein ab Herodoto, atq́ Diodoro Siculo, & Apuleio in vltimo transformat. alijsq́ luculentis ſcriptoribus luculenter recenſentur. Verum vbi Saturno tenebroſa in tartara miſſo, apparuit gratia Saluatoris no-
B *ſtri Ieſu Chriſti erudiens nos in religioſis, ſalutaribusq́ cæremonijs, tunc primũ Apoſtoli, & diſcipuli eius, ac deinde ſanctiſſimi Patres Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei cultores, quibus verã diuinitatẽ noſcere datũ eſt, adeò manſuetas, adeò ſacras, adeò myſticas cæremonias, tũ per diuinæ maieſtatis oracula, tum etiã per Sanctorum Patrũ reuelationes inſtituerunt; vt ſolæ Chriſtianæ ſalutares, ſolæ religioſæ, ſolæ puræ ſint, & diuinæ puritati conuenientes. Romanorũ verò gentilium impuræ aliquæ, aliquæ inhumanæ, ac plerumq́ ferocientes,*

Romanorum cæremoniæ, quæ impuræ, aliquæ inhumanæ, & ſanguinariæ fuerunt.

C *& ſanguinariæ ſunt; ſicut illæ, quæ apud Virgiliũ ſanguine placarunt ventos, & Virgine cæſa. Et quibus Iaralis Iuppiter à Romanis ipſis sãguine colebatur humano. Saturnus quoq́ in Latio eodẽ ſacrificij genere cultus eſt, non quidẽ vt homo ad arã immolaretur, ſed vt in Tiberim de ponte Miluio mitteretur.*

Iuppiter humano ſanguine colebatur, & etiam Saturnus.

In Bellonæ itẽ ſacrificijs Sacerdotes ipſi nõ de alieno, ſed de proprio ſanguine litabant. Itẽ cum in matris Deorũ ſacrificio cultores, nõniſi virilibus amputatis rem diuinã faciebant.

Virilibus amputatis, rem diuinam faciebant.

& hæ ſacræ Romanorum cæremoniæ erant, quibus
D *Dij ſuos cultores parricidij, mẽbrorumq́ mutilationibus inquinabant, & ſuorũ ſacerdotum pœnis propitiabãtur. Nẽpè ſatius tunc cæremoniarũ magiſtris pecudũ more viuere fuerat, quàm Deos tã impios, tam ſceleratos, tam ſanguinarios colere. De barbaris mirandũ non erat, quorum cæremoniæ cũ moribus congruebãt.*

Barbarorũ cæremoniæ.

ſed ijs in præſentiarũ omiſſis, vel potius ad Lactantiũ remiſſis, qui ea in lib. de diu. inſtit. 1. & ad B. Aug. in lib. de Ciu. Dei, exactiſſimè proſequuntur. Regredior iam ad noſtram Chriſtianorũ cæremoniã, quæ potiſſimè ad cæleſtẽ

S. Augustinus lib. de Ciu. Dei. Christianorum cæremoniæ ad cæleſtẽ clementiam propitiandam inuentæ. [illegible]

E *clementiã nobis propitiandã inuenta eſt, præter id, quod eſt ars reuelata diuinitus, etiã ſumma ratione per Patres noſtros, in initio adoleſcẽtis Eccleſiæ, decreta ſcilicet vt noſcamus quo ritu, quouè ſacrificio Deũ coli oporteat. Id enim eſt humani operis officiũ, in eoq́ ſolo ſumma rerũ, & omnis vitæ beatæ ratio conſiſtit, quandoquidẽ propterea creati, & inſpirati ſumus ab eo, vt ipſum debitis, pijsq́ veneremur obſequijs. Nihil enim ſingularis, & ſancta illa maieſtas aliud ab homine deſiderat, quàm ſolam adorationem per cæremoniales, ſacroſque ritus exhibendam cum ordine, & reue-*

rentia,

Cæremoniarum excellentia, & proprietates.

rentia, rerumq́; omniũ congruæ diſpoſitionis ornatu, quæ omnia in theatrali ſpectaculo, in acie militari, in claſſe parata regulariſſimè ſeruari iubetur, quanto magis cæremoniarum cenſura, quæ myſterijs imbuta moralibus, & ſacramentis plena cæleſtibus ſanctiſſimæ celebrationi non adhibeatur. ſiquidem ea vna eſt, per quam diuinæ Maieſtati debitum culturæ præſtamus, nos ipſos in cæleſtibus collocamus. Ea inquam eſt, quæ hominibus à Deo prælectis honores adhibere nos admonet, quæ ſtatum vtriuſque profeſſionis Principum ſcilicet, & Prælatorum exornat, rudes B *inſtruit, magiſtros erudit, & magiſtrat, eruditos diſcolos compeſcit, & quicquid diuinitatis, humanitatiſque, ac honeſtatis vſque eſt indicat, & demonſtrat: non tamen ipſe negare auſim priſcos illos cæremoniarum inſtitutores, aliter à prima illius inſtitutione huiuſmodi ſolemnitates ordinaſſe, quàm noſtra ætas proſequitur, & colit;*

Hiparcus Aſtrologiæ peritus.

hoc enim in omnium ferè diſciplinarum amplificatione eueniſſe videmus: quippè Hiparcus Aſtrologiæ peritus prodidiſſe legitur, tempus fore, vt non modo cæleſtium victimationes à ſuo cultu; ſed ipſi quoque cælorum cardines à ſuo loco moueantur.

Multiplicata pietate, etiam cæremoniæ auctæ.

Itaque multiplicata in dies pietate, A *etiam cæremoniæ adauctæ ſunt, & ſalua rerum ſubſtantia reformatæ. Quæ etiam noſtro tempore tam pro rei ſacræ veneratione, quàm Apoſtolicæ Sedis ornamento, ſacriq́; Senatus maieſtate, cum ratione temporum, locorumque, & hominum ritè penſata, prout cuiuſque merito, & vſui conuenit, variantur, ornantur, & amplificantur: non vtique vt priſcis aduerſentur inſtitutis (quia nimirum plura reperiuntur apud priſcos, quæ nobis probanda ſunt, quæque repudianda) ſed vt iam dictum eſt rebus, temporibuſque, & locis in dies emergentibus magis, ac* B *magis accommodentur.*

Cæremoniæ pro ratione locorũ, & temporum variantur, & amplificantur.

Higinius Templorum, & Eccleſiarum rationem, & formam cum veſtibulis, cum aditis, cum Sanctis Sanctorum, cum Choris, & Baptiſterijs, & cum Altaribus, ac qualibus cæremonijs erigenda, & ſale delibanda, & aquis ſacris expianda, ac chriſmate ad Moſaicæ traditionis imitationem vngenda, & conſecranda eſſe adinuenit.

Higinius adinueni Templorũ, & Eccleſiarum rationem, & formam, &c.

FINIS LIBRI PRIMI.

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER SECVNDVS.

AVCTORE ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE ORIGINE, ET FVNDATORIBVS Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris, atque adeò de Niuis miraculo.

CAPVT PRIMVM.

DIximvs ſuperius ſanctæ Mariæ Maioris Baſilicã in Exquilini montis angulo perſtare, ac ferè in eminentiori parte; quam ob rem ipſe mons iure poteſt felix appellari, tam miro, & ſtupendo miraculo. Nos de origine, & illis agemus, qui eam fundarunt, deque primo modulo, atque Architecto: quando præter humanam ſortem extiterunt, eiusque artifex ille eſt cenſendus, qui omnia ex nihilo condidit; modulus ipſa nix, quæ decidit extra temporis ordinem; nimirum vt mortales intelligerent glorioſæ Virginis domum eximiæ puritatis redundare; & quodammodo niui aſſimilari, nec domicilium habere, ni talis candor conſiſtat; quod mirè comprobauit admiranda nix, quę noluit pati, vt reliquo monti iungeretur, ſed coram omnibus ad primum Liberij Papæ ictum, pro fundamentis firmandis à ſemet diuiſit. ex quo comprehenditur, quod ſi nix noluit fines cum terra habere, nec glorioſa Virgo habebit, niſi animi ſimplicitas, & candor appareant.

Artifex huius Baſilicæ ille cēſendus eſt, qui omnia ex nihilo condidit.

Modulus ipſa nix quæ decidit extra temporis ordinem.

Domus glorioſæ Virginis eximiæ puritate redundat.

A

B

Primi fundatores Ioãnes Patritius, & vxor fuerunt. vtrique puri, & Deiparæ Virgini addicti etenim. ſedente Liberio Papa, anno Domini 352. hi non minus pietate, quàm natalitijs illuſtres, cum filios non haberent, ad Beatam Virginem conuerſi, ora-

Primi fundatores Ioannes Patritius, & vxor fuerunt, ſedente Liberio Papa Primo, Anno 352.

orabant, vt modum oſtenderet, quo propria bona ritè applicarent. quàm benignè Dei mater horum precibus aures porrexerit, inde cognoſcitur; quia dum Romæ calor efferueſcit, nimirum nonis Auguſti, cæleſtis nix effulſit, Exquilini montis partem occupans: eadem nocte glorioſa Virgo diuiſim Ioanni, & vxori in ſomnis apparuit, illos admonens, quod ſi cuperent ipſam heredem inſtituere, Eccleſiam ibi fabricarent ſibi dicatam, vbi niuem conſpicerent: atque hanc hereditatem eſſe, quam ab eis optabat. Quo cognito Ioannes diluculo ad Liberium properans, miraculum enarrauit, quod etiam ipſi aduenerat. Quarè vnà cum Ioanne, & Clero, Populoque Romano comitante, magna pompa, atque ſolemnibus hymnos Deo canentibus, ad collem peruenerunt, vt ſacræ Baſilicæ fundamenta iacerentur. Cum autem eò deueniſſent coram omnibus aliud mirum conſpicitur. etenim ſtatim ac Liberius Papa primum ictum ad terram dedit pro fundamentis ſternendis, illa nulla opera, vndique excauata ſe dederunt ad niuis ſitum figuram angularem exprimētem: quam Baſilicam Ioannes, & vxor proprijs expenſis magnificè ædificarunt. atque id eſt, quod circa hanc hiſtoriam dici poteſt. Quia tamen à nonnullis ex Iunioribus, quodammodò in dubium vocatur, & quidem à quibuſdam paucis perorando, atque adeò vacillando, ab alijs illam prætereundo, nos vtriſque occurremus. Et primum ijs, qui ſe excuſant, nihil de hoc addidiſſe, quaſi nulla ſit ab antiquis facta mentio, dicimus accidiſſe, quia timebant, nè magis tenebras offunderent, quam illuſtrarent, cum non ad vnius, vel duorum præſentiam, ſed ab vrbe Roma vniuerſa fuerit conſpectum. Quod adeò ſe propagauit, & orbis partes peragrauit, vt à Chriſtianis iugiter ſolemnia celebrentur. Quod ſi apud antiquos Scriptores legant talem Baſilicam à Liberio conſtructam fuiſſe, nihil præterea additum de niuis miraculo, ex quo Liberianæ nomen diù tenuit, vt Anaſtaſius, & alij teſtantur, minus conſequitur id miraculum non comparuiſſe, quod ex duobus roboratur. Primum illa indicando, quæ ſuperiùs tetigimus; præterea aſſerendo nihil contrarij adeſſe, quod ex veris ſcripturis oſtendetur. Alijs dicimus, non ſolum huic certiſſimæ hiſtoriæ, ſed etiam ſibimet defuiſſe, dum hanc veritatem in dubium reuocant: cum hiſtoriæ natura, rerum certarum ſit expreſſio. Quod ſi Bullas à nobis, cum in Archiuio huius Baſilicæ repertas,

Nonis Auguſti cœleſtis nix effulſit, eadem nocte B. Virgo diuiſim Ioanni, & vxori in ſomnis apparuit, &c.

Liberius Pontifex vna cū Ioanne, & clero, populoque Romano ad collem peruenerunt, vt Baſilicæ fundamenta iacerentur.

Papa primum ictum dedit pro fundamētis ſternendis.

Nulla opera vndique fundamēta ſe dederunt, figuram angularem exprimentem.

A nōnullis hoc miraculum in dubiū vocatur.

Quare ab antiquis non ſit facta mentio huius miraculi.

In vita Liberij Papæ Primi.

Bullæ de hac hiſtoria repertæ in Archiuio Baſilicæ, & in Bibliotheca Vaticana.

A tum in Vaticana Bibliotheca, & alia manuſcripta cognouiſſent, nihil de hoc dubitaſſent. Primum igitur monſtrabimus, quod diximus verum eſſe, ex quibuſdam quæ paſſim leguntur. & primo ex Romano Martyrologio ſolemnitatem exprimente, quam mater Eccleſia nonis Auguſti ob id miraculum agit: *Romæ in Exquilijs dedicatio Baſilicæ Sanctæ Mariæ ad Niues.* Et Vgonius: *Liberio Papa, cum filios ex ſe non habuerint Ioannes Patritius Romanus, & vxor æqua nobilitate,*
B *totam hereditatem Dei matri vouerunt, enixè rogantes, vt aliquo ſigno exprimeret, in quo nam opere eſſet ab illis impedenda. quorum preces Virgo exaudiens, nonis Auguſti, dum Romæ calor maximè efferueſceret, noctu niue cadente vnam partem Exquilini collis cooperuit. In qua nocte Virgo ſeparatim Ioanni, & vxori apparuit, dicens, vt illo loco, quem niuem conſperſum viderent, Eccleſiam inædificarent, ad Diuæ Mariæ honorem; atque hæc erat herèditas, quam ab illis deſiderabat. Quod vbi Ioannes Patritius*
C *Liberio notum fecit, protinus reſpondit, etiam ipſum idem in ſomnis cognouiſſe. ex quo Liberius proceſſionem ſolemnem iubens, in Exquilias proceſſit, & in parte ex niue conſperſa, Eccleſiam deſignauit, quæ ex Ioannis, & vxoris rebus fuit conſtructa, & à Liberio dicata. Atque hinc eſt, vt priſci hanc Eccleſiam, Liberianam Baſilicam appellent.* Blondus pro confirmatione ait his verbis: *Et magno Exquiliarum monte ſpecioſiſſima eſt Sanctæ Mariæ Maioris Baſilica, cuius fundamenta æſtiuæ niuis indicio fuerunt ia-*
D *cta.* Panuinus etiam illos improbare voluit, qui hanc hiſtoriam, & miraculum auſi ſunt oppugnare. *Liberius Papa, qui anno ſalutis 353. Petri ſedem conſcendit, Baſilicam Sanctæ Mariæ matris Dei, miraculo niuis in Exquilijs, prope aggeres Tarquinij, haud procul à Macello Liuiano, aliàs Liuiæ, à Ioanne Patritio viro clariſſimo à fundamentis ſua impenſa extructam, in honorem Beatæ Mariæ Virginis primam in vrbe, nonis Auguſti dedicauit, quæ de nomine ſuo Baſilica Liberij aliquando vocata eſt.* Quo lo-
E co eſt attendendum, quod hic auctor de Liberio ait. Additur ad magis ſolidandum, id, quod Cardinalis Baronius ſcribit his verbis: *Hic fecit Baſilicam nomine ſuo iuxta Macellum Libiæ, aliàs Liuiæ.* De Macello Liuiano, loco ſic dicto, in Exquilino colle, eſt mentio apud Sextum Rufum, & Publium Victorem. Porrò quod ad eiuſdem Templi erectionem ſpectat, ex collatis impenſis Ioannis Patritij, ea de re per viſum admoniti, & miraculo confirmati, deſcendentibus niuibus nonis Auguſti, formamque Templi mon-

Veritas huius miraculi primū probatur ex Martyrologio.

Vgon. de Rom. ſtat. pag. 65.

Cur Priſci hanc Eccleſiam Liberianam Baſilicā appellauerint.

Blond. lib. 3. num. 108.

Baron. tom. 4. ad ann. 367. pagin. 247. nu. 4.

Macellum Liuianum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtrantibus eam Baſilicam erectam eſſe, eiuſdem Eccleſiæ monumenta declarant. verum ipſam ab eius Auctore nomine Liberij nuncupatam eſſe, Marcellinus Presbyter in libello de ſchiſmate Vrſicini, certam fidem facit. Et Andreas Fuluius Romanus antiquarius: *Fuit olim quidam patritius Romanus nomine Ioannes, qui cum filijs careret, diuitijsq́ abundaret, precibus Deo porrectis petebat, vt locum oſtenderet, in quo vna cum vxore Templum ex facultatibus fabricaret. Deus aures porrexit, & in ſomnis admonuit, vt vbi niuim cerneret, Templum ædificaret. Quod miraculum etiam Liberio ſucceſſit.* Et in Romano Breuiario: *Liberio ſummo Pontifice Ioannes patritius Romanus, & vxor pari nobilitate, &c.* Et inferius: *Nonis Auguſti, quo tempore in Vrbe maximi calores eſſe ſolent, noctu nix partem collis Exquilini contexit. Qua nocte Dei mater ſeparatim Ioannem, & coniugem in ſomnis admonuit, vt quem locum niue conſperſum viderent, in eo Eccleſiam ædificarent, quæ Mariæ Virginis nomine dedicaretur: ſe enim ita velle ab ipſis heredem inſtitui. Quod Ioannes ad Pontificem detulit, qui idem per ſomnum contigiſſe affirmauit, &c.* Et paulò inferius: *Quare ſolemni Sacerdotum, & populi ſupplicatione ad collem venit niue coopertum, & in ea locum Eccleſiæ deſignauit, quæ Ioannis, & vxoris pecunia extructa eſt.*

Fuel.Rom. lib. 2. cap. 6.

Breuiarium Romanum quid de hac historia, et miraculo dicat.

Et hæc de prima comprobatione, vel potius fundamento. Altera comprobatio ex ſummorum Pontificum auctoritate ſumetur. Et primum ex Bulla Papæ Nicolai Quarti, cuius partē hic aſſignabimus: *Nicolaus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Iacobo Sanctæ Mariæ in Vialata Diacono Cardinali Archipresbytero, & Priori, & Capitulo Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam Verbum Patris, quod totus non capit orbis, Ancillam humilem recognoſcēs, in ſua ſe clauſit viſcera factus homo; & humilians ſemetipſum, vt nos diuinitatis ſuæ participes ſtabiliret. Hæc eſt mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, quæ cum virginitate fœcunda nobis genuit Saluatorem. Hæc eſt illa, quæ & mater, & Virgo Deum habuit filium, ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna exaltata. Hæc eſt vtique Virgo ſancta Maria, Virgo Virginum, mater Chriſti, regali ex progenie orta, & Abrahæ ſemine, ex generoſa, & Dauidica ſtirpe concepta, diuinitus myſticis præfigurata miraculis, & ſola inter mulieres à virili commercio, & dolore parturientium aliena. Felix namque, & omni laude digniſſima ſancta Parens, ex qua in mundum*

Altera probatio ex Summorum Pontificum auctoritate.

A *paterni luminis ſplendor venit, cuius humilitas Deo grata noſtris delictis miſericordiam impetrauit, & aduocata pro nobis ſedula veniam repromittit. Dignum certè eſt, vt Chriſtifideles loca ſuis inſignita vocabulis condigna reuerentia venerentur, vt à ſuo filio patre fidelium, qui mentes eleuat, virtutem largitur, & præmia, veniam conſequantur. Cupientes igitur, vt Eccleſia noſtra ad honorem Virginis eiuſdem conſtructa, cuius quidem ſtructuram glorioſus Deus in Sanctis ſuis, per immiſſionem niuis æſtus tem-*
B *pore mirabiliter indicauit, congruis honoribus frequentetur, &c. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, nonis Ianuarij, anno primo.*

Huius Eccleſiæ ſtructurā Deus per immiſſionem niuis mirabiliter indicauit.

Ex qua Bulla id, quod diximus clarè deprehenditur, & in huius Baſilicæ Archiuio aſſeruatur, atque adeò in Papæ Nicolai regiſtro legitur, apud Vaticanam Baſilicam. Et Gregorius Vndecimus in alia Bulla id confirmat, in qua plenariam Indulgentiam ad modum Iubilæi illis concedit, qui Diuæ Mariæ Maioris Eccleſiam viſitant, velut Sanctum
C Ioannem, Sanctum Petrum, Sanctum Paulum inuiſerent. *Conſiderantes, & intra noſtræ mentis arcana reuoluētes, qualiter glorioſus Deus in ſanctis ſuis in maieſtate mirabili opera manuum ſuarum verificantes olim miro diſpoſuit ordine Eccleſiam Beatæ Mariæ Maioris de vrbe fundari, ac conſtrui, & ſubſequenter etiam dedicari, &c. Datum Auenion. Kalend. Maij, Anno tertio.* Et Pius Secundus in quadam Bulla, plenam Indulgentiam ijs impartitur, qui Altare viſitabunt, in quo Sancti Hiero-
D nymi corpus quieſcit. Nos illam partem notabimus, quæ ad rem noſtram facit. *Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus, præſentes inſpecturis ſalutem, &c. In Beatæ Mariæ Maioris vrbis Romæ Baſilica, diuino æſtiuæ niuis miraculo ædificata, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1453. Duodecimo Kalendas Februarij, Pontificatus noſtri anno primo.*

Hæc Bulla in Archiuo huius Eccleſiæ aſſeruatur.

Gregorius XI in alia Bulla id confirmat, & Indulgentiam ad modum Iubilæi concedit.

Pius Secundus plenam Indulgentiam concedit ijs qui Altare viſitabunt, in quo S. Hieronymi corpus quieſcit.

Quæ Bulla in marmore exculpta legitur,
E haud procul à Præſepij ſacello, cuius archetypus in huius Baſilicæ Archiuio aſſeruatur. At licet ex dictis ſatis veritas eluceat, tamen ad maius robur, & vt contraria opinio tollatur, ſi fortè quorundam animis altiùs radices egerit, alia manuſcripta tertio loco addamus. Et primum ex libro dignoſcitur, cuius inſcriptio eſt huiuſmodi: *Sanctorum Martyrum martyria.* & in Cœnobio Diuæ Cæciliæ Romæ conſeruatur. Sic enim quodam initio habetur. *Qualiter Baſilica Sanctæ Mariæ Maioris de vrbe, ad ſignum niuis cælitus oſtenſum*

Bulla in marmore exculpta legitur.

Ex libro, qui in cœnobio S. Cæciliæ conſeruatur.

ſum ædificata fuit. Ex lib. 2. paſſionum Sanctorũ Martyrum Monialiũ Sanctæ Cæciliæ Regionis Transtyberim, Ordinis S. Benedicti. *Cum ad omnium Sanctorum reuerentiam Chriſtianorum cunctorum debeat deuotio excitari ad Beatæ Mariæ ſemper Virginis laudem, & præconia extollenda, eò magis debet ſe humanus ſenſus erigere, quanto magis certum eſt per ipſam nobis reparationis noſtræ remedia perueniſſe, & cæleſtis Regni nobis aditum reſeratum fuiſſe, quod primi parentis culpa, ſera diræ mortis obſtruxerat. Hæc ſiquidem eſt illa ſcala cæleſtis, quam eximius ille Patriarcha Iacob de terris vſque ad cælorũ ſummitatem erectam in ſomnis tantæ reuelationis inſpexerat. Hanc etiã Sanctiſſimã Virginem virga illa ſignificauit, quæ à ſua radicitus viriditate conuulſa tẽpeſtiuæ maturitatis flores, & poma produxerat. Hæc quoque multis myſteriorum ſignis, & Prophetarum oraculis nunciata humano tandem generi per fructum ventris ſui reparationem indulſit, & ſalutem credentium ſuis pretioſis ſuffragijs acquiſiuit. Nam quanta nobis ipſius meritis, & interceſſionibus beneficia diuina proueniant, nullis vnquam ſermonibus poterit explicari.*

Qualiter B. Virgo in Romana vrbe ſibi ſpecialem domum elegerit.

Verum qualiter infra Romanæ vrbis mœnia Beatiſſima Dei genitrix ſibi ſpecialem, & ſingularem domum elegerit, atque patrocinium ſuæ dignationis Vrbi almæ præſtare voluerit, quia id ratio flagitat, dignum duximus ignorantibus reſerare. Sic enim ex geſtis antiquioribus, & temporum ſerie legitur, & reperitur in temporibus Conſtantini, qui primus inter Auguſtos pro conſtruendis Eccleſijs licentiam relaxauit, vſque ad tempora Iunioris Papæ Liberij in honorem perpetuæ Virginis Dei genitricis Mariæ, nulla vnquam intra vrbem fuerat Eccleſia fabricata.

Vſque ad tempora Iunioris Papæ Liberij in honorem Beatæ Virginis nulla vnquã intra Vrbem fuerat Eccleſia fabricata.

& quoniam videbatur ſatis indignum, vt vrbs, quæ totius orbis caput eſſe dignoſcitur, & Chriſtianæ Religionis, omniumq; Eccleſiarum obtinebat principatum, à patrocinio, & coniunctione, ſeu habitatione Beatiſſimæ Dei genitricis immunis appareret: placuit diuinæ prouidentiæ egregiam hanc Vrbem matris ſuæ habitaculo decorare, quatenus dum à populo frequenter veneratur in terris, opem ſuæ interceſſionis de Cælis ſibi gaudeat aduenisſe. Igitur omnipotens Deus, qui glorioſo, & quam ſtupendo miraculo ſuæ ſanctæ Genitricis voluerit, ædificandam Eccleſiam omnibus demõſtrare dignatus eſt, vt ad noſtræ deuotionis ſtudia excitanda, quod diuinis reuelationibus geſtum eſt replicemus. Tempore quo præfatus Papa Liberius Beati Petri ſedem prouida gubernatione regebat, quidam Ioannes nomine, almæ vrbis Patritiatus curam gerens, tam morum, quàm nobilitatis generoſitate præclarus, poſſeſſionum, ac multa- A *rum diuitiarum opulentia locuples, cum filium non haberet, vnà cum coniuge ſua, quæ ſibi diuina prouidentia tam morum, quàm nobilitatis ſimilitudine fuerat aſſociata, Beatiſſimam Dei genitricem ſibi in præcipuam, ac ſpecialem dominam prælegerunt: hæc ſimul vno ore, pariq; deuotione Beatiſſimæ Virgini vota ſoluentes.*

Precationes, & vota Ioãnis Patritij, et eius cõiugis.

Regina Cælorum, Domina Angelorum, & ſaluatrix omnium, tibi tantò deuotius fragiles ſupplicamus, quanto viſcera pietatis tuæ copioſius erga homines benigna impendis. Accipe igitur B *ſanctiſſima mater, quæ tibi ſinceræ fidei deuotione perſoluimus; & ita vitam noſtram, & omnia, quæ in terris, vt homines poſſidemus, ſolita miſeratione diſpone, quatenus tibi noſtra deſeruiat actio, & noſtra facultas tibi in aliquo beneplacito obſequio expendatur.*

Exauditæ preces, et vota Ioãnis Patritij, et eius vxoris.

Non igitur diuina clementia precibus defuit ſupplicantium; nec piſſimæ Virginis aures à iuſtorum petitione defuerunt; ſed eorum vota Deus ex alto ſuſpiciens, petitiones ipſorum taliter voluit effectui mancipare, & fini debito commendare. Intrabat quip- C *pè tunc menſis Auguſti, quando acrioribus ſolis ardoribus telluris germina deſiccantur, & homines ſolis aduſtionibus magis aduruntur. Eo enim tempore volens Beata Virgo Dei genitrix locum ædificandæ ſibi Baſilicæ hominibus demonſtrare; quadam nocte dicti iam menſis, ideſt, nonis Auguſti, ſubitò contra naturam temporis aer nimia frigoris congelatione conſtringitur, & tanta nubium conſtipatione denſatur, vt imbre deſuper fuſo in ipſo caſu niuium multitudo deflueret, quæ ſolummodo locum ædificandæ Baſilicæ cooperiens,* D *miraculum pariter, & algorem ſubminiſtrauit.*

Miraculum niuis, quo B. Virgo locum ædificandæ ſibi Baſilicæ demonſtrauit.

In ipſa denique nocte prænominato Pontifici, atque iam dicto Patritio, & vxori ſuæ ſimilem viſionem Sancta Dei genitrix voluit demonſtrare quo, res, & reuelatio miraculi firmaretur aſpectu, & ſubitanea temporis immutatio occultæ viſionis reuelatione noſceretur.

Apparuit Beata Virgo Liberio Pontifici, Ioanni Patritio, et eius vxori reuelans eis miraculum niuis.

Apparens igitur Sanctiſſima Virgo prænominato Pontifici, taliter eum admonitionis miraculo voluit edocere. Operum tuorum intentio, & circumſpectæ ſollicitudinis vigilantia, qua omnipotenti Deo E *plurimum placere cognoſceris, te modo in hac parte commendibilem reddiderunt, ita vt, quod hactenus erga mei nominis deuotionem ab alijs non fuerit attentatum, per te nunc mihi placuit conſumari: adeò vt cauſa ſalutis exiſtas omnibus, qui deuotionem tui pectoris fuerint imitati. Verum nè perfunctorium huius reuelationis myſterium ambiguis cogitationibus credas, quod præſentibus tibi verbis aſſerui, ſub omnium admiratione maximo etiam miraculo volui confirmare: ita vt contra temporis naturam tantum eum locum hac infuſione mirandæ niuis, quæ cando-*

rem

rem, & donum ſancti Spiritus ſignificat, repleuerim; in quo Baſilicam nominis mei tibi præcipio conſtruendam. Habebis ſiquidem Ioannem Patritium in hoc quippè idoneum adiutorem, qui ad te ſummo diluculo tuis præceptis pariturus venire procurabit; cum quo ſimul, & vniuerſo Clero, ac populo Vrbis, ad montem (qui Superagius dicitur) incunctanter accedas; ibiq; locum à me de induſtria reſeruatum inuenies, atque in eo mox Eccleſiam mei nominis incipias fabricare. Cumque ille in tantæ viſionis ſtupore poſitus miraretur, & de cognitione perſonæ animus hæſitaret; ab ea protinus reſponſum audiuit eſſe genitricem Mariam Virginem, de qua Dei filius Dominus Ieſus Chriſtus, velut ſponſus de thalamo, ad homines incarnatus proceſſit. His dictis beata viſio ab oculis eius ſe ſubtraxit. Sicq; eodem momento protextato Patritio, & eius coniugi ſub his verbis apparuit. Deuotionem, inquiens, tui pectoris, & fidele propoſitum, quo patrocinium noſtræ defenſionis ſpecialiter elegiſti, pio reſpexi intuitu, & ſolita erga Chriſtifideles miſeratione ſuſcepi. Quamobrem ſcire te volo, quoniam tuarum rerum, hereditatumq; perpetuum ſucceſſorem tibi volui prouidere, ita vt dum mihi domum in terra conſtruxeris, ego tibi in cælis copioſum theſaurum, & æternam conſtruam manſionem. Hoc ergo tibi impero faciendum, vt cum ſummo mane ſurrexeris, ad Liberium Papam feſtinanter accedas. Ego enim domui meæ locum ſpecialē elegi, & vt ſolēnis perpetuò habeatur, voluntatē meā ingenti volui miraculo demonſtrare, ita vt in hoc tēpore nix ipſum locū cooperuerit, & aliū locum nulla penitus infuſione contigerit, in quo meo nomine Baſilicā, cum conſilio Papæ Liberij tibi præcipio erigendam. Cumq; & huic, & ſuæ coniugi nomen ſuum ſancta Dei genitrix indicaſſet, ſanctæ reuelationis inſpectio ab oculis eorum elabitur, & in tanta eius admiratione dimiſit, vt reliquam noctis partem inſomnem ducerent, & in diuinis pariter exultarent laudibus. Cumq; primo mane ianuas palatij ſui ad Pontificem perrecturus exiſſet, ſicut in ſomnis audierat, totum locum niue coopertum inſpexit. qua de re apertæ viſionis atteſtatione firmatus, iubentis imperijs anxius obedire curabat. vnde veloci curſu ad Lateranenſe Palatium veniens, Pontificis oſtium pia cæpit violentia infeſtare, credens latere Pontificem, quod eadem hora fuerat reuelatum. ſed cum amotis obſtaculis ad Pontificem perueniſſet, anxiuſq; cuperet, quod ſibi reuelatum fuerat indicare, ſermonem concepti gaudij prius Papa præuenit dicens. Omnipotenti Deo, fili chariſſime, immenſas gratias perſoluere nos oportet, qui cum ſimus indigni, & omni meritorum ſublimatione priuati, ad ſpecialem ſuæ ſanctæ Genitricis obſequium nos dignatus eſt deputare; atque cum ingenti admiratione hoc, quod impleri per nos voluit dignatus eſt declarare, vt qualitate ipſius immutata, pauore, ac ſtupore nimio omnium corda concuſſerit. Vnde ſcire cupio, quoniam iam nuncij ex noſtra parte directi, populum ſimul, & Clerum totius Vrbis ad nos pariter vocauerunt; ſic enim in mandatis accepi, vt cum ad nos omnes cōuenerint, ad Superagium montem ſimul pergere debeamus, illum locum potiſſimum requirentes, quem Beata Dei Genitrix inopinata niuium infuſione ſibi ornatum, ſpeciali prærogatiua reſeruauit. Cumq; hæc verba compleſſet, Senatus, & totius populi maiores præ foribus aſtiterunt, Pontificem cum magna inſtantia requirentes, tum ex vocatione ſua, tum ex miraculi nouitate plurimum concitati. Cum autem ad eos Pontifex, vnà cum Patritio, & Cardinalibus vniuerſis exiſſet, hoc ſermonis initium ad eos Pontifex exorſus eſt dicens. Plurimum in Domino fratres gaudere, & exultare nos conuenit, quod cū ſuperna clementia egregiam hanc Vrbem caput, & fundamentum Chriſtianæ religionis effecerit, & in ea Primatum totius Eccleſiæ Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli merita; hodie tamen eam diuinis muneribus, & ſpecialibus donis ampliare, atque decorare dignatur; ita vt tanti præſidij nobis in hoc tempore voluerit adiutorium adhibere, vt nullus poſſit ambigere immenſa nobis cælitus diuina beneficia perueniſſe. Ecce fratres cariſſimi, quod de cælo in hoc feruentiſſimo tempore cecidiſſe conſpicitis, diuini beneficij indicium declarat, quod omnipotens Deus voluit terris influere, vt nos ſua miſericordia dealbandos oſtenderet, ſi ad hoc, quod nobis per ſanctiſſimam ſuam Genitricem imperare dignatus eſt, deuotiſſimis meritis accingamur. Cumq; omnibus ſeriatim exponeret, quæ ſibi, & Ioanni Patritio fuerant reuelata, omnes vnanimiter clamauerunt: Benedictus Deus & ad prædictum locum vnà cum Pontifice omnes exultantes diuinis laudibus perrexerunt. Requirentes verò locum, quem ſancta Dei Genitrix Pontifici præmiſerat, eum plenum altis niuibus inuenerunt; in cuius ſiquidem circuitu tam alta nix limitem fecerat, vt nulli videretur ambiguum, quod ille hunc locum participem niuium infuſione feciſſe certius videretur, quod quondam in area Gedeonis vellus rorandum cæleſti pluuia euidentius conſecrauit. Ad quem locum plebs vniuerſa concurrens immenſas gratias Deo, & Beatiſſimæ Virgini retulerunt. Mox verò Pontifex foſſorium lætus accipiens, ſicut deſignauerat nix, proprijs manibus terram cæpit effodere. quæ extemplo aperta eſt per circuitum, & ita huius glorioſiſſimæ Virginis meritis, architectonicis manibus diuina reſe-

Beata Virgo voluit prouidere perpetuum ſucceſſorem hereditatis Ioannis patritij.

Imperat B. Virgo, vt ſummo mane Pōtificem adeat.

Quid dixerit Papa Ioanni patritio.

Senatus, & totius populi maiores ad Pontificem venerunt.

Quid Pontifex dixerit Senatui, Populoque Romano.

Ad montem Exquilinū omnes vna cum Pontifice perrexerunt.

Ad locū Plebs vniuerſa concurrēs gratias Deo, & Beatiſs. Virgini retulerunt. Terra ex ſe[?] aperta eſt per circuitum, cum primum Pontifex terram cæpit effodere.

reſerauit clementia fundamentum. Immenſi igitur miraculi tam Pontifex cum vniuerſa Curia, quàm Clerus, & populus admiratione repleti, vota Deo, & ſuæ Genitrici vnanimiter perſoluerunt, diuinis pro totius populi expiatione myſterijs celebratis, vnuſquiſque ad viam cum gaudio properauit. Illuſtris verò Patritius tam abundanter omnia, quæ neceſſaria fuerant miniſtrabat, vt nihil pateretur deeſſe, quod videretur operi neceſſarium. Vnde omnia, quæ habebat Beatiſſimæ Virgini conferens, & ipſam venerabilem Baſilicam ſibi, & ſuæ vxori fecit heredem. Quam præfatam idem Pontifex in honorem Dei, & Beatæ Virginis Mariæ conſecrauit. In qua quidem ſibi Præſepe Domini, cunabula, fœnum, & pannos noſtri Redemptoris in eiuſdem Præſepis Altari miro ordine reuerenter, cum multis alijs, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum reliquijs, quorum nomina ſuperuacaneum eſt nominare, collocauit. In maiori ſiquidem Altari de lacte eiuſdem glorioſæ Virginis; de capillis ipſius, & cunipium ſui ſacratiſſimi capitis, vnà cum veſtimento ſui ſacratiſſimi corporis deuotiſſimè recondidit. Ante quod quidem Altare ſub lapide porfiritico Beati Matthiæ Apoſtoli corpus requieſcit, & eius caput exterius à Canonicis ipſius Baſilicæ conſeruatur: cuius quidem beneficia plenis effectibus in ipſa Eccleſia exuberant quotidie ad gloriam, & laudem omnipotentis Dei, eiuſque genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ioannes Patritius abundanter omnia, quæ neceſſaria fuerant miniſtrabat, & fecit ſibi heredē ipſam venerabilem Baſilicam.

Pontifex conſecrauit Baſilicam in honorē Dei, ac Beatæ Virginis Mariæ, & collocauit Præſepe Domini, cunabula, fœnum, & pannum cum multis alijs reliquijs.

In maiori Altari recondidit de lacte Virg. Mariæ, de capillis ipſius, &c. Sub dicto Altari requieſcit corpus S. Matthiæ Apoſtoli.

DE SOLEMNITATE, QVA ANTIQVITVS ECCLESIA,

Cum in Officijs, tum in Miſſis, Niuis miraculum celebrabat.

Caput II.

HÆc eadem hiſtoria, primum, & ſecundum miraculum fuit ijs temporibus illuſtre, ac perpetuò ab Eccleſia Catholica celebratū: & eadem ſolemnitas, atque memoria, quam noſtris temporibus feſtam agitamus nonis Auguſti peculiari officio recolebatur, vnà cum proprio ſacrificio, cum nos Miſſalia, & Breuiariai, libros manuſcriptos, mirè antiquos inuenerimus, tum in Vaticanæ Baſilicæ Archiuio, tum in Sanctæ Mariæ Maioris, & Saluatoris Laterano, nec non Caſſinenſium Monaſterio. Quia verò priſcus mos exiſtit, ad eius confirmationem, minus ab re erit quædam addare ex Miſſalibus, atque Breuiarijs eruta, cum nonnullis Antiphonis, Reſponſorijs, Orationibus, & Lectionibus.

Nonis Auguſti peculiari officio recolebatur memoria huius miraculi.

Primum ibi ſic legimus: *In feſto Sanctæ Mariæ ad Niues, in primis, & ſecundis Veſperis.*

In primis, & ſecundis Veſperis ſic legitur.

Mariæ Virginis laudem, & præconia veneranda eò magis debet humanus ſenſus extollere, quo per ipſam certa nobis reparationis remedia proueniſſe ſcimus. Pſal. Dixit Dominus, &c. — Antiphona prima.

Aduocata benigniſſima multis myſteriorum ſignis, & Prophetarum miraculis nunciata, ſalutem credentibus, ſuis ſuffragijs acquiſiuit. Pſal. Laudate pueri, &c. — Antiphona ſecunda.

Replicemus igitur deuotiſſimis ſermonibus, quam glorioſo miraculo locum ſuæ Baſilicæ fidelibus dignata ſit demonſtrare. Pſal. Lætatus ſum, &c. — Antiphona tertia.

In viſione ſummum Præſulem, atque Ioannem Patritium edocuit, quem ſibi locum ſpeciali prærogatiua præſeruaſſet. Pſal. Niſi Dominus, &c. — Antiphona quarta.

Atque idem Papa Liberius dictam Baſilicā venerabiliter conſecrauit; ille verò Patritius omnia, quæ erant neceſſaria miniſtrabat. Pſal. Lauda Hieruſalem, &c. — Antiph. quinta.

Capitolo. *Ab initio, &c.* — Eccli 24.

Hymnus.

ORe, corde, voce, creaturæ promunt laudis hymnum tuæ ſanctitati — Hymnus.
Honor noſtri cultus, & vera ſpes noſtra, pietate plena, præclara mater,
Almæ quidem Vrbis dignè curam gerens votum, vouit Virgo tuæ pietati;
Nouum condit templum, fide mente puris, miro modo locum templi demonſtrati,
Niues præter morem montem impleuerunt, turba ſtupet, voces dulces extulerunt.
Et ad laudem tuam ſancta mater Chriſti gratum fundat templum Liberius Papa.
Salus, virtus, decus, ſummo Deo Patri, qui in arce poli per ſæcula regnat. Amen.

Inclina aurem nobis ò Regina cælorum. — Verſ.
Ad quam pro nobis ſe inclinauit Dominus Dominorum. — Reſp.

Ad Magnificat.

OMnipotenti Deo immenſas gratias perſoluere nos oportet, quia cum ſimus omnium meritorum ſublimatione priuati, ad ſpeciale ſuæ genitricis Mariæ obſequium, nos dignatus eſt deputare. — Ad Magnificat.

Oratio.

DEus, qui hodierna die ad declarandam gloriam Beatæ Mariæ genitricis tuæ — Oratio.

per

*per deſcenſum niuis, in æſtiuis caloribus locum,
in quo ædificaretur ei templum, dignatus es demõ-
ſtrare, tribue quæſumus: vt eius obſequijs inſi-
ſtentes refrigerati, æſtu concupiſcentiæ, candore
innocentiæ dealbemur. Qui viuis, &c.*

Alia Oratio.

Alia oratio.

D*Eus, qui hodierna die Beatæ, & glorio-
ſæ Virginis Mariæ virginei candoris,
eiusq; venerandæ memoriæ habitaculum deſcen-
ſu mirabili humoris niuei demonſtraſti: concede
propitius: vt ipſius indeficientibus patrocinijs no-
ſtrorum ſordibus peccatorum ſuper niuem deal-
bari mereamur. Per Dominum noſtrum, &c.*

Ad Matutinum. Inuitatorium.

Ad Matutinum Inuitatorium.

C*Hriſtum Regem adoremus Dominum,
cui hodie placuit ſigno niuis matris ſuæ
habitaculum demonſtrare.*

Pſal. *Venite adoremus, &c.*

Hymnus. *Quem terra, &c.*

In primo Nocturno.

In primo Nocturno. Antiphona 1.

P*Lacuit diuinæ prouidentiæ egregiam Vrbem
matris ſuæ habitaculo decorare.*

Pſal. *Domine Dominus noſter, &c.*

Antiphona 2.

*Dum à populo frequenter veneratur in ter-
ris opem ſuæ interceſſionis de cælis gaudeant ad-
ueniſſe.* Pſal. *Cæli enarrant, &c.*

Antiphona 3.

*Quam ſtupendo miraculo ſuæ ſanctæ Genitri-
cis voluerit ædificandam Eccleſiam omnibus de-
monſtrare diuinis reuelationibus geſtum eſſe re-
plicemus.* Pſal. *Domini eſt terra, &c.*

Verſ. *Inclina aurẽ nobis ò Regina cælorum.*

Reſp. *Ad quam pro nobis ſe inclinauit Domi-
nus Dominorum.*

Lectio prima.

Prima lectio.

T*Empore, quo Liberius Papa, Quartus à
Beato Silueſtro, Beati Petri Apoſtoli ſe-
dem prouida gubernatione regebat; quidam Ioan-
nes nomine almæ, Vrbis Patritiatus curã gerens,
tam morum, quàm nobilitatis generoſitate præ-
clarus; poſſeſſionum, ac multarum diuitiarum
opulentia locuples, cum filium non haberet, vnà
cum coniuge ſua, quæ ſibi diuina prouidentia tam
morum, quàm nobilitatis ſimilitudine fuerat
ſociata, Beatiſſimam Dei Genitricem ſibi in præ-
cipuam, ac ſpecialem Dominam præelegerat.
Hi ſimul vno ore, pariq; deuotione Beatiſſimæ
Virgini vota ſoluentes, dicebant. Regina Cælo-
rum, Domina Angelorum, & ſaluatrix om-
nium, tibi tanto deuotius nos fragiles ſupplicamus,
quantò viſcera pietatis miſericordiæ tuæ copioſius
erga homines benigna impendis. Accipe igitur
ſanctiſſima mater, quæ tibi ſincera fidei deuotio-
ne perſoluimus: & ita vitam noſtram, & om-
nia, quæ in terris, vt homines poſſidemus, ſolita
miſeratione diſpone, quatenus tibi noſtra deſer-
uiat actio, & noſtræ facultates tibi in aliquo
beneplacito obſequio expendantur. Non igitur di-
uina clementia defuit ſupplicantibus, nec pijſſimæ
Virginis aures à iuſtorum petitione defuere: ſed
eorum vota Deus ex alto ſuſcipiens petitiones ip-
ſorum voluit effectui mancipare, & fini debito
tradere. Tu autem Domine, &c.*

Reſp. *Sancta, & immaculata virginitas, qui-
bus te laudibus efferam neſcio. Quia quem Cæli
capere non poterant tuo gremio contuliſti.*

Verſ. *Benedicta tu in mulieribus, & benedi-
ctus fructus ventris tui.*

Reſp. *Quia quem Cæli, &c.*

Lectio ſecunda.

Secunda lectio

I*Ntrabat tunc quippe menſis Auguſti, quan-
do acrioribus ſolis ardoribus telluris germina
deſiccantur, & homines magis ſolis aduſtioni-
bus decoquuntur. Eo enim tempore volens Beata
Dei genitrix locum ædificandæ ſibi Baſilicæ ho-
minibus demonſtrare, quadam nocte iam dicti
menſis, ideſt nonis Auguſti, ſubitò contra natu-
ram temporis, aer nimia frigoris congelatione con-
ſtringitur, & tanta nubium conſtipatione den-
ſatur, vt imbre deſuper fuſo in ipſo caſu niuium
multitudo deflueret, quæ ſolummodo locum ædifi-
candæ Baſilicæ cooperiens, miraculum pariter, &
algorem ſubminiſtrauit. In ipſa denique nocte
prænominato Pontifici, atque iam dicto Patritio,
& vxori ſuæ ſimilem viſionem ſancta Dei ge-
nitrix voluit demonſtrare. Quæ res, & reuela-
tionem, miraculi confirmaret aſpectu, & ſubita
temporis immutatio occultæ viſionis reuelatione
noſceretur. Tu autem Domine, &c.*

Reſp. *Congratulamini mihi omnes, qui diligitis
Dominum, quia cum eſſem paruula, placui altiſ-
ſimo, & de meis viſceribus genui Deum, & ho-
minem.* Verſ. *Beatam me dicent omnes gene-
rationes, quia ancillam humilem reſpexit Deus.
Quia cum eſſem, &c.*

Lectio tertia.

Tertia lectio.

A*Pparens igitur ſanctiſſima Virgo præno-
minato Pontifici taliter eum admonitio-
nis oraculo voluit edocere. Operum tuarũ inten-
tio, & circũſpectæ ſollicitudinis vigilantia, qua
omnipotenti Deo plurimum placere cognoſceris; te
modo in hoc commendabilem reddiderunt, ita vt
quod hactenus erga nominis mei deuotionem ab
alijs non fuerit attentatum, per te nunc mihi pla-
cuerit conſummari; adeò vt cauſa ſalutis exiſtas
omnibus, qui deuotionem tui pectoris fuerint imi-
tati. Verum nè perfunctorium huius reuelatio-
nis miſterium ambiguis cogitationibus credas,
quod præſentibus tibi verbis aſſerui, ſub omnium
admiratione, maximo etiam miraculo volui cõ-
firmare, ita vt contra temporis naturam tãtum-
modo eum locum infuſione mirandæ niuis, quæ
candorem, & donũ Spiritus ſancti ſignat reple-
uerim,*

uerim, in quo Baſilicam nominis mei tibi præcipio conſtruendam. Habebis ſiquidem & Ioannem Patritium in hoc opere idoneum adiutorem, qui ad te ſummo mane diluculo tuis præceptis humiliter pariturus venire procurabit: cum quo ſimul, & vniuerſo Clero, & Populo Vrbis ad Montem, qui Superagius dicitur, incunctanter accede, ibique locum à me de induſtria reſeruatum inuenies, atque in eo mox Eccleſiam nomini meo incipias fabricare. Cumque ille in tantæ viſionis ſtupore poſitus miraretur, & de cognitione perſonæ animus hæſitaret, ab ea protinus reſponſum audiuit ſe eſſe Dei genitricē Mariam, de qua Dei filius Ieſus Chriſtus, velut ſponſus de thalamo ad homines incarnatus proceſſit. His dictis beata viſio ab oculis eius ſubtrahitur, ſicque eodem momento præfato Patritio, & eius vxori ſub his verbis apparuit. Tu autem Domine, &c.

Reſp. *Continet in gremio cælum, terramque regentem Virgo Dei genitrix, proceres comitantur herilem. Per quos orbis ouans Chriſto ſub Principe pollet.*

Verſ. *Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Per quem, &c.*

Reſponſoria Antiphonarij.

In Antiphonario ſunt Reſponſoria, quæ ſequuntur.

Primum reſponſorium.

TEmpore, quo volens Beata Maria Virgo Dei genitrix locum ædificandæ ſibi Baſilicæ hominibus demonſtrare; quadam nocte ſubito contra naturam temporis aer nimia frigoris congelatione conſtringitur. locum, &c.

Secundum.

Apparens igitur ſanctiſſima Virgo Maria Liberio ſummo Pontifici, tali eum admonitionis oraculo voluit edocere. Operum tuorum intentio, & circumſpectæ ſollicitudinis vigilantia; qua omnipotenti Deo plurimum placere cognoſceris, admonitionis, &c.

Tertium.

Habebis ſiquidem & Ioannem Patritium in hoc opere idoneum adiutorem, qui adeò ſummo diluculo tuis præceptis pariturus venire procurabit. Cum quo ſimul, & vniuerſo Clero, & Populo Vrbis,

Verſ. *Ad montem, qui Superagium dicitur, incunctanter accede. Cum quo, &c.*

In ſecundo Nocturno.

In ſecundo Nocturno.

Antiphona 1.

HOc tibi impero faciendum, vt cum ſummo mane ſurrexeris ad Liberium Papam feſtinanter accedas.

Pſal. *Eructauit, &c.*

Antiphona 2.

Vt ſolemnis perpetuò locus habeatur, voluntatem meam ingenti volui miraculo demōſtrare.

Pſal. *Deus noſter, &c.*

Antiphona 3.

Cumque, & huic ſuæ coniugi nomen ſuum ſancta Dei genitrix indicaſſet, ſanctæ reuela- A *tionis inſpectio ab oculis eorum elabitur.*

Pſal. *Fundamenta eius in, &c.*

Verſ. *Angelorum Domina potentiſſima cunctorum,*

Reſp. *Eſto nobis protectrix à fraude malignorum.*

Lectio quarta.

Lectio quarta.

DEuotionem inquiens tui pectoris, & fidele propoſitum, quo patrocinium noſtræ defenſionis ſpecialiter elegiſti, pio reſpexi intuitu, & ſolita erga Chriſtifideles miſeratione ſuſcepi. B *Quamobrem ſcire te volo, quoniam tuarum rerum, hereditatumque perpetuum ſucceſſorem tibi volui prouidere; ita vt dum mihi domum in terra conſtruxeris, ego tibi in cælis copioſum theſaurum, & æternam conſtruam manſionem. Hoc igitur tibi impero faciendum, vt cum ſummo mane ſurrexeris, ad Liberium Papam feſtinanter accedas. Ego enim domui meæ ædificandæ locum ſpecialem elegi: & vt ſolemnis perpetuò habeatur, voluntatem meam ingenti volui miraculo demonſtrare: ita vt in hoc tempore nix* C *ipſum cooperuerit, & alium locum nulla penitus infuſione contigerit, in quo meo nomine Baſilicam, cum conſilio Liberij Papæ tibi præcipio erigendam. Cumque & huic, & ſuæ coniugi nomen ſuum ſancta Dei genitrix indicaſſet, ſanctæ reuelationis inſpectio ab eorum oculis elabitur; & in tanta eos admiratione dimiſit, vt reliquam noctis partem inſomnem ducerent, & ita in diuinis laudibus exultarent.*

Reſp. *Sicut cedrus exaltata ſum in Libano, & ſicut Cipreſſus in monte Syon, quaſi mirrha* D *electa dedi ſuauitatem odoris.*

Verſ. *Et ſicut cinnamomum, & balſamum aromatizans dedi ſuauitatem, &c.*

Lectio quinta.

Lectio quinta.

CVmque primo mane ianuas palatij ſui ad Pontificem perrecturus exiſſet, ſicut in ſomnis audiuerat, totum locum niue coopertum inſpexit. qua dere aperta viſionis atteſtatione firmatus iubentis imperijs anxius obedire curabat. vnde veloci curſu ad Lateranenſe Palatiū veniens, Pontificis oſtium pia cæpit violentia infe- E *ſtare, credens latere Pontificem, quod eadem hora ſibi fuerat reuelatum. ſed cum admotis obſtaculis ad Pontificem perueniſſet, anxiuſque cuperet, quod ſibi fuerat reuelatum indicare, ſermonem concepti gaudij pius Papa præuenit dicens. Omnipotenti Deo, fili chariſſime, immenſas gratias perſoluere nos oportet, qui cum ſimus indigni, & omni meritorum ſublimatione priuati, ad ſpeciale ſanctæ ſuæ genitricis obſequium nos dignatus eſt deputare; atque cum ingenti admiratione hoc, quod per nos impleri voluit, dignatus eſt declarare, vt qualitate temporis immutata, pauore, ac ſtu-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac ſtupore nimio omnium corda concuſſerit. Vnde te ſcire cupio; quoniam nuncij iam ex parte noſtra directi populum ſimul, & Clerum totius Vrbis ad nos pariter vocauerunt; ſic enim in mandatis accepi, vt cum ad nos omnes conuenerint, ad Superagium montem ſimul pergere debeamus, illum locum potiſſimum requirentes, quē beata Dei genitrix inopinata niuium infuſione ſibi ornatum ſpeciali prærogatiua reſeruauit. Cumque hæc verba compleſſet, Senatus, & totius populi maiores præ foribus aſtitere, Pontificem magna cum inſtantia requirentes; tùm ex vocatione ſua, tùm & ex nouitate miraculi plurimum concitati.

Reſp. Quæ eſt iſta quæ proceſſit ſicut ſol, & formoſa tanquam Hieruſalem. Viderunt eam filiæ Syon, & beatam dixerunt, & Reginæ laudauerunt eam.

Verſ. Et ſicut dies verni circundabant eam flores roſarum, & lilia conuallium. Viderunt eam, &c.

Lectio ſexta.

Lectio ſexta. CVm autem Pontifex, vnà cum Patritio, & Cardinalibus vniuerſis exiſſet, hoc ſermonis initium ad eos Papa exorſus eſt, dicens. Plurimum fratres in Domino gaudere, & exultare nos conuenit, quod cum ſuperna clementia egregiam hanc Vrbem caput, & fundamentùm Chriſtianæ religionis effecerit, & in ea primatum totius Eccleſiæ per beatorum Apoſtolorũ Petri, & Pauli merita collocauerit, hodie tamen eam pijs muneribus, & ſpiritualibus donis ampliare, atque decorare dignatur; ita vt tanti præſidij nobis in hoc tempore voluerit adiutorium adhibere, vt nullus poſſit ambigere nobis cælitus immenſa diuina beneficia proueniſſe. Ecce fratres cariſſimi nix, quam de cælo in hoc feruentiſſimo tempore concidiſſe conſpicitis, diuini beneficij inditium declarat, quã ideò omnipotens Deus voluit terris influere, vt nos ſua miſericordia dealbandos oſtenderet, ſi ad hoc, quod nobis per ſanctam ſuam genitricem imperare dignatus eſt, deuotiſſimis mentibus accingamur. Cum igitur omnibus ſeruatis exponeret, quæ ſibi, & Ioanni Patritio fuerant reuelata, omnes vnanimiter clamauerunt, Benedictus Deus. Et ad prædictum locum vnà cum Pontifice omnes exultantes, cum diuinis laudibus perrexerunt, & altis niuibus plenum inuenerunt. Mox verò Pontifex foſſorium lætus accipiens, ſicut nix deſignauerat, proprijs manibus cæpit terram effodere, quæ ex templo ſe ſe per circuitum aperuit. Quo viſo miraculo, diuinis celebratis officijs, Domino Ieſu Chriſto, & ſuæ genitrici vota perſoluentes, domum læti rediere. Illuſtris poſtea Patritius, vnà cum coniuge ſua, ex ſuo aſſe templum Beatæ Virgini

A conſtruxere. Quod poſtea ſummus Pontifex in honorem Dei, & Beatiſſimæ Virginis conſecrauit. Reſp. Ornatam monilibus filiam Hieruſalem Dominus concupiuit: Et videntes eam filiæ Syon beatiſſimam prædicauerunt dicentes. Oleum effuſum nomen tuum.

Verſ. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Et videntes eam, &c.

In Antiphonario ſunt Reſponſoria, quæ ſequuntur. Reſponſoria Antiphonarij.

B CVmque Ioannes Patritius primo mane ianuas palatij ſui ad ſummum Pontificem perrecturus exiſſet; ſicut in ſomnis audiuerat, totum locum niue coopertum inſpexit. Primum reſponſorium.

Verſ. Qua de re apertæ viſionis atteſtatione firmatus, iubentis imperijs anxius obedire curabat, Sicut in ſomnis, &c.

Omnipotenti Deo fili cariſſime immenſas gratias perſoluere nos oportet. Quia cum ſimus indigni ad ſpetiale ſuæ genitricis obſequium dignatus eſt deputare. Secundum reſponſorium.

C Verſ. Iam nuncij ex noſtra parte directi populum ſimul, & Clerum totius Vrbis ad nos pariter vocauerunt. Quia, &c.

Cumque hæc verba Papa Liberius compleſſet, Senatus, & totius populi maiores præ foribus aſtiterunt, Pontificem cum magna inſtantia requirentes, cum ex vocatione ſua, tum ex miraculi nouitate plurimum concitati. Tertium reſponſorium.

Verſ. Cum autem ſummus Pontifex, vnà cum Patritio, & Cardinalibus vniuerſis exiſſet. Pontificem cum magna, &c.

D In tertio Nocturno. In tertio Nocturno. Antiphona 1.

HOdie tamen eam diuinis muneribus, & ſpiritualibus donis ampliare, atque decorare dignatus eſt.

Pſal. Cantate, &c. 1.

Ecce fratres chariſſimi nix, quam de cælo in hoc tempore cecidiſſe conſpicitis, diuini beneficij inditium declarat. Antiphona 2.

Pſal. Dominus regnauit, &c.

Vt nullus poſſit ambigere, immenſa nobis cælitus diuina beneficia prouenire, Antiphona 3.

E Pſal. Cantate. 2.

Verſ. Ab initio ordinata eſt mater Dei Maria.

Reſp. Quæ Deum dilexit toto corde ſuper omnia.

Lectio ſeptima.

Lectio Sancti Euangelij ſecundum Lucam. Lectio ſeptima.

IN illo tempore. Loquente Ieſu ad turbas: Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. Et reliqua.

Homi-

Homilia Venerabilis Bedæ preſbyteri.

Beda lib. 4. in Luc. cap. 49.

MAgnæ deuotionis, & fidei hæc mulier oſtenditur, quæ Scribis, & Phariſæis Dominum tentantibus ſimul, & blaſphemantibus tanta eius incarnationem præ omnibus ſinceritate cognoſcit, tanta fiducia confitetur, vt & præſentium procerum calumniam, & futurorum confundat Hæreticorum perfidiam. Nam ſicut tunc Iudæi, ſancti Spiritus opera blaſphemando, verum, conſubſtantialemque Patri Dei filium negabant: ſic Hæretici poſtea negando Mariam ſemper Virginem, ſancti Spiritus operante virtute, naſcituro cum humanis membris vnigenito Dei, carnis ſuæ materiam miniſtraſſe; verum, conſubſtantialemque matri filium hominis fateri non debere dixerunt. Sed ſi caro Verbi Dei, ſecundum carnem naſcentis, à carne Virginis matris pronunciatur extranea, ſine cauſa venter, qui eam portaſſet, & vbera, quæ lactaſſent beatificarentur.

Reſp. *Beatam me dicent omnes generationes. quia fecit mihi Dominus magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.*

Verſ. *Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit mihi, &c.*

Lectio octaua.

Lectio octaua.

QVa enim conſequentia eius lacte credatur nutritus, cuius ſemine negatur eſſe conceptus, cum ex vnius, eiuſdemque fontis origine ſecundum Phyſicos, vterque liquor emanare probetur. Niſi fortè putanda Virgo eſt ſementiuam ſuæ carnis materiam nutriendo in carne Dei filio ſuggerere potuiſſe, incarnando autem quaſi maiori, & inuſitato miraculo, minimè potuiſſe. Sed huic opinioni obſtat Apoſtolus, dicens: Quia miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. Neque enim audiendi ſunt, qui legendum putant, natum ex muliere, factum ſub lege; ſed factum ex muliere, quia conceptus ex vtero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, ſed materna traxit ex carne. Alioquin nec verè filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. &c.

Reſp. *Felix namq. es ſacra Virgo Maria & omni laude digniſſima; quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter.*

Verſ. *Ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro deuoto fæmineo ſexu, ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam ſanctam feſtiuitatem. Quia ex te ortus eſt ſol, &c. Gloria Patri, &c. Quia ex te, &c.*

Lectio nona.

Lectio nona.

ET nos igitur his contra Euthychem dictis extollamus vocem cum Catholica Eccleſia, cuius mulier hæc typum geſſit. Extollamus & mentem de medio turbarum, dica-

A *muſque Saluatori, Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. Verè enim beata parens, quæ ſicut Sedulius ait, enixa eſt puerpera Regem, qui cælum, terramque regit in ſæcula: cuius numen, & æterno complectens omnia gyro; Imperium ſine fine manet, qui ventre beato, Gaudia matris habens cum virginitatis honore, Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. At ille dixit. Quinimo beati, qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Pulchrè Saluator atteſta mulieris annuit, non*
B *eam tantummodo, quæ verbum Dei corporaliter generare meruerat; ſed & omnes, qui Verbum Dei ſpiritualiter auditu fidei concipere, & boni operis cuſtodia, vel in ſuo, vel in proximorum corde parere, & quaſi alere ſtuduerint, aſſeuerans eſſe beatos. Tu autem Domine, &c.*

In Antiphonario ſunt Reſponſoria, quæ ſequuntur.

Reſpõſoria Antiphonarij. Primum reſponſorium.

CVmque omnibus Liberius ſeruatis exponeret, quæ ſibi, & Ioanni Patritio fuerant reuelata, omnes vnanimiter clamauerunt.
C *Benedictus Deus.*

Verſ. *Et ad prædictum locum vnà cum ſummo Pontifice diuinis laudibus exultantes perrexerunt. Omnes, &c.*

Secundum reſponſorium.

Requirentes verò locum mox Liberius Papa lætus foſſorium accipiens, ſicut nix deſignauerat, proprijs manibus terram cæpit effodere, quæ ex templo aperta eſt per circuitum.

Verſ. *Immenſi igitur miraculi tam Pontifex, quàm vniuerſa Curia, quàm Clerus, & populus admiratione repleti. Quæ ex templo, &c.*

Tertium reſpõſorium.

D *Illuſtris verò Ioannes Patritius propter ea, quæ ſibi, & vxori ſuæ fuerant geſta, & reuelata, omnia quæ habebant Beatæ Mariæ ſemper Virgini conferentes, ipſam Baſilicam ſibi fecerunt heredem.*

Verſ. *Quam præfatam Baſilicam idem Liberius in honorem Dei, & beatiſſimæ genitricis Mariæ conſecrauit. Ipſam Baſilicam, &c.*

Ad Laudes.

Ad Laudes.

ANtiphona. *Mariæ Virginis, &c.* vt ſupra in primis Veſperis.
E Capitulum. *Ab initio, &c.*

Hymnus. *O glorioſa Domina, &c.*

Verſ. *Dignare me, laudare te Virgo ſacrata.*

Reſp. *Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.*

Ad Benedictus.

Ad Benedictus.

ANntiphona. *Admitte Virgo Maria ſanctiſſima tuorum vota fidelium: & aſtantes tuæ laudis ſeruulos officio, precibus tuis ſanctis adiunge Sanctorum Collegio.*

C Ad

Ad Tertiam, Reſponſorij breues.

Ad Tertiam Reſponſorij breues.

A

INclina aurem tuam nobis ò Regina Cælorum. Ad quam pro nobis ſe inclinauit Dominus Dominorum. O Regina, &c. Gloria Patri, &c. Inclina aurem tuam, &c.

Verſ. Angelorũ Domina potẽtiſſima cunctorũ.

Reſp. Eſto nobis protectrix à fraude malignorum.

Ad Miſſam, Introitus.

Ad Miſſam. Introitus.

DVm diſcernit cæleſtis Reges ſuper eam niue dealbabuntur, mons Dei, mons pin-B guis, mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.

Pſal. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Gloria, &c.

Oratio.

Oratio.

QVæſumus omnipotens Deus, vt qui Beatæ, & glorioſæ matris, ſemperq; Virginis Mariæ ſtupendum niuis miraculum pia deuotione recolimus, ipſius etiam ſuffragia ſalutaria conſequamur. Per Dominum, &c.

Lectio Miſſæ. Eccleſ. cap. 43.

Lectio Libri Eccleſiaſtici.

VAs Caſtrorum in excelſis in firmamento C cæli reſplendens, glorioſa ſpecies cæli, gloria ſtellarum, mundum illuminans in excelſis Dominus. In verbis Domini Sancti ſtabunt ad iudicium, & non deficient in vigilijs ſuis. Vide arcum, & benedic qui fecit illum; valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Girauit cælum in circuitu gloriæ ſuæ. Manus excelſi aperuerunt illũ. Imperio ſuo accelerauit niues, & accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui. Deo gratias.

Graduale. Mirabilis potentia Domini, glorificantes quantumcunq; potueritis ſuperualebit ad-D huc admirabilis potentia eius. Alleluia.

Verſ. Benedicentes Dominum exaltate illum quantum poteſtis, maior eſt enim omni laude, exaltantes illum replebimini virtute. Allel. Allel.

Tractus. Qui dat niuem ſicut lanam, nebulam ſicut cinerem ſpargit. Alleluia.

Euangelium Miſſæ. Luc. cap. 11.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundũ Lucam.

IN illo tempore. Loquente Ieſu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo beati, qui au-E diunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Offertorium.

Dicitur Credo. Offertorium.

NIue dealbabuntur, mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. Alleluia.

Secreta.

Secreta.

BEatæ, & glorioſæ, ſemperq; Virginis matris Mariæ quæſumus Domine proſit nobis interceſſio ſalutaris, vt ſacrificiũ hoc niue candidius, & acceptum tuæ diuinæ faciat maieſtati. Per Dominum, &c. Præfatio. De B. Virgine.

Poſt communionem.

Poſt communionem.

BEata vbera Mariæ virginis, quæ lactauerunt æterni Patris filium.

Oratio.

Oratio.

SAcramenta, quæ ſumpſimus quæſumus Domine, peccata noſtra cæleſtis candore niuis deleant, ac faciant dealbata. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

In Antiphonario, Introitus Miſſæ.

In Antiphonario. Introitus Miſſæ.

PLacuit diuinæ prouidentiæ egregiam vrbẽ matris ſuæ habitaculo decorare, vt dum à B populo frequenter veneratur in terris, opem ſuæ interceſſionis de cælis gaudeant adueniſſe. ℣. Contra naturam temporis aer nimia frigoris congelatione conſtringitur, vt imbre deſuper fuſo miraculum pariter, & algorẽ miniſtraret. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, &c.

Oratio. Deus, qui hodierna, &c. vel Deus, qui Beatæ, &c. vt ſupra.

Graduale. Requirentes locum mox verò Papa Liberius foſſorium lætus accipiẽs, ſicut nix deſignauerat, proprijs manibus terrã cæpit effodere.

C ℣. Immenſi igitur miraculi tam Pontifex, quàm curia, quàm Clerus, & Populus admiratione repleti, omnes vnanimiter clamauerunt dicentes. Benedictus Deus. Alleluia.

Verſ. Omnipotenti Deo immenſas gratias perſoluere nos oportet; quia cum ſimus omnium meritorum ſublimatione priuati, ad ſpeciale ſuæ genitricis Mariæ obſequium nos dignatus eſt deputare.

Sequentia.

Sequentia.

AD honorem matris Dei,
D Quæ eſt ſalus noſtræ ſpei,
In hac hora nunc diei
Hymnum demus dulciter.
Verè mater veneranda,
Super niuem dealbanda
Inuocanda, collaudanda
Citanda humiliter.
Ecce ſibi Virgo clemens
In hac die mare ſplendens,
Templum iam fieri volens
Intra vrbis mœnia.
E Miro modo, & ſtupendo,
Contra tempus peragendo,
Solum ædis dealbando
Niue candidiſſima.
Adfuit in viſu Virgo
Sacerdoti ſummo viro,
Tu, inquit, cum cuncto Clero
Vnà cum Patritio.
Rem mirandam pateſeci
Vade, vide ego geſſi,
Aedificia quod expreſſi
More quadratario.

Ita

A

Ita Virgo more miro
Aedifica nos in giro
Quadro lapide porphirye
Cum candore niueo.
Ad te alma Virgo mater;
Suſpiramus inceſſanter,
Nos commenda condignanter
Chriſto tuo filio. Amen.

Offertorium.

Offertorium.

I*Lluſtris vero Ioannes Patritius propter ea, quæ ſibi, & vxori ſuæ fuerant reuelata, omnia, quæ habebant Beatæ Mariæ confidentes ipſam venerabilem Baſilicam ſibi fecerunt heredem. Alleluia.*

Secreta.

Secreta.

I*Llius Domine Deus immaculatæ hoſtiæ capiamus effectum, quod de illibata Virgine Maria, cuius hodie feſta celebramus, in ara crucis pro mundi redemptione, ſe voluit humiliter immolare. Qui tecum viuit, &c.*

Communio.

Communio.

Q*Vam præfatam Baſilicam idem Liberius Papa in honorem Dei, & beatiſſimæ genitricis Mariæ conſecrauit. Alleluia.*

Poſtcommun.

Poſtcommunionem.

S*Vplices te rogamus omnipotens Deus, vt glorioſiſſimæ Virginis Mariæ genitricis filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacra myſteria, & mira beneficia eius interuentione, adiumento, & præſidijs ab hoſtibus liberi, & cæleſtibus apti conualeamus. Per Dominum, &c.*

Ad Sextam, reſpōſorij breues.

Ad Sextam. Reſponſorij breues.

REſp. *Angelorum Domina potentiſſima cunctorum.*

Verſ. *Eſto nobis protectrix à fraude malignorum. Potentiſſima, &c. Gloria Patri, &c. Angelorum Domina, &c.*

Verſ. *Ab initio ordinata eſt mater Dei Maria.*

Reſp. *Quæ verè Deum dilexit toto corde ſuper omnia.*

Ad Nonam.

Ad Nonam.

REſp. *Ab initio ordinata eſt mater Dei Maria.* Verſ. *Quæ verè Deum dilexit toto corde ſuper omnia. Mater, &c. Gloria Patri, &c. Ab initio ordinata eſt, &c.*

Verſ. *Dignare me, laudare te Virgo ſacrata.*

Reſp. *Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.*

Ad Veſperas.

Ad Veſperas.

Antiphona. *Mariæ Virginis, &c.* cum reliquis, vt ſupra in primis Veſperis.

Pſal. conſueti de B. Virgine Maria.

Eccli. 24.

Capitolo. *Ab initio, &c.*

Hymnus.

Hymnus.

B

Q*Vem pia Virgo genuit ſacro perfuſa ſpiritu,*
Regi perennis gloriæ, hymnum canamus iugiter.
Quem ſemper ſupra ſydera laudat cæleſtis curia,
Sanctæ Mariæ Virgini grates reddendo debitas.
Hæc Virgo venerabilis, prole fœcunda nobili
Locum elegit inclytum, ſuo ſacrandū nomini.
Quem præter morem ſolitum, menſis Auguſti tempore
Preſſis ſolis ardoribus, totum repleuit niuibus.

C

In viſione docuit tanti cauſam myſterij
Solemnis habitaculi benignè pandēs ordinem.
Sic Templum ſolemniſſimum, fundat Papa Liberius,
Opes diſpenſat largius Ioannesq́; Patritius.
Nos tuos ſalua famulos Chriſte natus de Virgine,
Qui piè feſta colimus tuæ matris ſacratiſſimæ.
Gloria tibi Domine, &c.

Verſ. *Dignare me laudare te Virgo ſacrata.*

Reſp. *Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.*

D

Ad Magnificat.

Ad Magnificat, Antiphona, vt ſupra.

R*Egina cælorum, & ſaluatrix omnium tibi tanto deuotius fragiles ſupplicamus, quantò viſcera tuæ pietatis copioſius benigna impendis. accipe igitur ſanctiſſima mater Virgo Maria, quæ tibi ſincera fidei deuotione perſoluimus: & ita vitam noſtram ſolita miſeratione diſpone, quatenus tibi iugiter ſeruire mereamur.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO. LIBER TERTIVS.

AVCTORE ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE ARCHIPRESBYTERIS, VICARIIS, & Canonicis S. Mariæ Maioris.

CAPVT PRIMVM.

HÆC Baſilica perpetuò Vaticanę Baſilicę ritum ſeruauit; nimirum quoad Cardinales, Archipresbyteros, Vicarios, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, &c. quos diſtinctè ſuo loco attingemus. Et ad huius rei fundamentum eſt oſtendendum, Honuphrij dictum nobis durum videri, dum inquit, *Hæc Baſilica ritum Baſilicæ Vaticanæ antiquitus habuit, Clericos, & Monachos:* nam vt de Clericis demus, tamen eſt de Monachis diſtinguendum, negandumque in vtraque Monachos dominium ſimile Clero habuiſſe, cum tantum per aliquod tempus inſeruierint, ſed diſtinctis Choris, atque Oratorijs, quod ex eodem Honuphrio deprehenditur, cum ait: *De Monachis primum, mox de Clericis dicemus.* Et Bibliothecarius in vita Simplicij Papæ: *Hic inquit, fecit Baſilicam ſancti Andreæ Apoſtoli, iuxta Baſilicam ſanctæ Mariæ maioris.* Idem in vita Gregorij Papæ Secundi. *Gregorius Secundus, inquit, Gerontocomium, quod poſt abſidem ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe ſitum eſt, Monaſterium inſtituit, atque Monaſterium ſancti Andreæ Apoſtoli, quod Barbaræ nuncupatur, ad eam deductū deſolationem, vt in eo, nè vnus quidem Monachus relictus eſſet, accitis Monachis ordinauit, inſtituitque, vt horum duorum Monaſteriorum Monachi in Baſilica ſanctæ Dei genitricis Mariæ die, noctuque diuinas Deo canerent laudes.* Atque id eſt, quod Panuinus pro ſui confirmatione adducit: *Hæc Baſilica ritum Baſilicæ Vaticanæ antiquitus habuit Clericos, & Monachos.* Quoad Baſilicam Vaticanam in noſtra militia de Romana Eccle-

A B

In Tract. ſept. Eccle. pag. 241.

An hæc Baſilica habuerit Clericos, & Monachos.

Bibliothecarius in vita Simplicij Papæ.

Monaſterium S. Andreæ Apoſtoli, quod Barbaræ nuncupatur.

De ſeptem Eccleſ.

A Eccleſia reſpondebimus: hic tamen dicemus Simpliciũ Papã S. Andreæ Eccleſiã fabricaſſe circa ann. Domini 467. at S. Maria Maior fuit circa annum 352. conſtructa, Romanæ Eccleſiæ clauum tenente Liberio Pontifice. poſtmodum à Sixto Tertio à fundamentis ampliata, exornata, pluribusq; & illuſtribus ſupellectilibus inſignita, nec non etiam prædijs: nec vlla hucuſq; ſit de Monachis mẽtio. adeſt alia ratio, quod Anaſtaſius non inquit Simplicium Pontificem Monaſterium fundaſſe S. Andreæ Apoſtoli, vt Monachi in B hac Baſilica officia canerẽt, & ſacrificia exercerent. Etenim ſic ſcribit. *Hic dedicauit Baſilicam S. Stephani in Cœlio monte, in Vrbe Roma, & Baſilicam B. Andreæ Apoſtoli, iuxta Baſilicam S. Mariæ*. Ex quibus verbis non eſt colligendum, Simplicium dictam Eccleſiam cõſtruxiſſe, vt Monachi Eccleſiaſtica exercitia in S. Maria Maiore exercerent; cum præſertim S. Andreas ſit admodum patens, nec ſatis conueniens videtur, vt ij religioſi viri, ſi ibi fuiſſent, propriam Eccleſiam de- C ſeruerint, ad aliam illuſtrandam; cũ ijs temporibus ſatis celebris extiterit, quod hodie cernitur ex muſiuis picturis, & alijs ornamẽtis. Præterea additur, à Liberio Papa vſque ad Simplicium, Baſilicam ſanctæ Mariæ Maioris, vel officijs caruiſſe, vel Clerum ibi fuiſſe, quod centum quindecim annorum curſum cõtinet. Atq; id nobis occurrit de origine, & miniſtris vſq; ad Simplicium Papam. Quod verò Panuinus ait, Gregorium ſecũdum, qui circa an. 714. Eccleſiã gubernauit, duo Mo- D naſteria fundaſſe, vt non ſolum die, ſed etiam noctu in hac Baſilica officia ſacra exercerentur, his verbis: *Hic Gerocomium, quod poſt abſidam ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe ſitu eſt Monaſterium inſtituit, atque Monaſterium S. Andreæ, quod Barbaræ nuncupatur, ad nimiam deductum deſertionem, in quo nec vnus habitabat quidem Monachus, accitis Monachis ordinauit, vt vtraque Monaſteria ad ſanctam Dei genitricem ſingulis diebus, ac noctibus Deo laudes canerent.* Reſpondetur, admodum pro- E babile eſſe Gregorium id, quod Anaſtaſius ſcribit inſtituiſſe, ſcilicet vt Monachi ea tempeſtate dictorum Monaſteriorum in noſtra Baſilica Oratoriũ habuerint, in quo poſſent Deum laudare: ſed præcipuum dominiũ, & adminiſtratio ſemper ex Clero dependebat. Panuinus videtur hãc ſententiam amplecti, dum ait: *Clericos porrò primum, deinde Canonicos cum Archipresbytero, qui mòdo eſt Cardinalis, & Vicarium ſubſtituit, qui eſt Prælatus, in ea diutiſſimè permãſiſſe, ex antiquis eius Baſilicæ, & Bibliothecæ Palatinæ monumentis inueni, ex quibus ante quingentos annos Canonicos in ea eſſe conſtat. Quo loco ſubuenit pro dictorum confirmatione, haud leuem vim habere alterius opinionis aſſenſu coniuncto, quingentorum annorum tractum comprobare, dummodo memoria teneantur præteritorum temporum incendia, & vaſtationes, quas Barbari in Vrbe Roma exercuerunt.*

Eccleſia S. Andreæ fabricata a Simplicio Papa circa annum 467.

Eccleſia S. Mariæ Maioris ædificata circa annum 352.

A Sixto Tertio à fundamentis ampliata.

Vide Panuin.

Vide Anaſtaſ. in vita Simplicij Papæ.

Gregorius Secũdus fundauit duo Monaſteria circa annũ 714.

Vide Anaſt. in vita Greg. Papæ II.

Panuin. de ſept. Eccleſ. pag. 441.

DE OFFICIO,

DIGNITATE, ET MVNERE

Archipresbyteri Sanctæ Mariæ Maioris.

Cap. II.

DIXIMVS ſupra de Clero in genere ſequitur agendum peculiariter de quouis ipſius Cleri, vnà cum dignitatibus, & muneribus: & primum ab Archipresbytero ordiemur. Id nomen in Iure Canonico idem valet, ac Epiſcopus primus inter Epiſcopos, ex quo antiquitus Archiepiſcopus cœpit vocari; & inter Diaconos primus, Archidiaconus; & inter Presbyteros primus, Archipresbyter, ideſt, inter Presbyteros primus, vel Præfectus. Vnde olim poſt Epiſcopum Archidiaconus primarium locum tenebat, deinde Archipresbyter. Et hæc eſt ratio, cur in Iure Canonico poſt titulum de officio Archidiaconi, ſequitur de officio Archipresbyteri. Solet etiam Archipresbyter Diaconi nomen ſortiri, velut colligitur ex cap. ad hæc de offic. Archid. Quod ſi aliquis (vt id obiter tangamus) quænam maior ſit dignitas cenſenda perquirat, nunquid Archidiaconi, vel Archipresbyteri? Ad id reſpondemus, ratione ordinis, conſecrationis, & officij Archipresbyteri reuera ipſum præcellere: at de iure communi, ex parte iuriſdictionis, & poteſtatis, Archidiaconum. Etenim eſt neceſſarium, vt Archipresbyter Archidiacono obediat tanquam Epiſcopo, velut ex cap. 1. de offic. Archipresb. vbi ſic habetur: *Archipresbyter ſciat ſe ſubeſſe Archidiacono, & eius præceptis, ſicut ſui Epiſcopi obedire debere.* Quod ſi quiſpiam deſideret de officio, & Archipresbyteri munere, facile ex eodem loco deprehendet: *Specialiter ad eum pertinet miniſterium ſuper omnes Presbyteros, curam agere animarum, aſſiduè in Eccleſia ſtare, & in Epiſcopi ſui abſentia ad vicem eius Miſſarum*

Archipresbyteri nomen quid propriè ſignificet.

An dignitas Archidiaconi ſit maior Archipresbyteri.

Gloſſ. capit. 1. & 2. de offic. Archipresb Concil. Toletan.

Inſtit. mor. par. 11. lib. 3. Ioan. Azorij, qui de offic. auctor. & poteſt. Archipr. optimè pernotauit.

Conc. Trid. Seſſ. 5. cap. 2. de reform. et Seſſ. 23. cap. 1. de refor. vbi loquitur de reſidentia, & cura animarum.

ſolemnia celebret, & collectam dicat, aut cui ipſe
Quod ſit officium Archipresbyteri.
iniunxerit. Et in cap. miniſterium: *Miniſterium Archipresbyteri, in eo cõſtituitur, vt diligen*
genti cura prouideat miniſterium Sacerdotum,
Cardinalium, qui ſolemne debeant agere officium in communicatione corporis, & ſanguinis
Domini Noſtri Ieſu Chriſti, à ſacroſancto die
Dominico incipiendo, per omnes Horas Canonicas indeclinabiliter perſeuerent, vt opus Dei dignè, & ſanctè perficiatur ab eo, cui committitur. Prouideat etiam Archipresbyter vitam Sacerdotum Cardinalium præceptis ſui obtemperando Epiſcopi, nè aliquando cedant, aut ſcurrilitate torpeant. Si Epiſcopus item defuerit (exceptis his, quæ prohibita ſunt) Archipresbyter prouideat cuncta, quæ in Sacerdotum miniſterio perfici debeant: fontes benedicere, infirmum oleo perungere, pœnitentem infirmum conſulto Epiſcopo reconciliare, pœnitentiam cunctis alijs Sacerdotibus iniungere. In præcipuis feſtiuitatibus aut ipſe celebrationem Miſſæ ſolemniter impleat, aut ad ſui iuſſionem, cui committitur peragat veneranter. Et in cap. officium: *Quando Epiſcopus Miſſam canit, debet præcipere Sacerdotibus, vt induant ſe veſtimentis ſacris, & qualiter ad Miſſam procedant. debet enim præcipere cuſtodi Eccleſiæ, vt in ſacrario Chriſti Euchariſtia propter infirmos non deſit; debet in firmis prouidere, & prouidendo præcipere Sacerdotibus, nè fortè ſine confeſſione, vel confirmatione corporis, & ſanguinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti moriantur: confeſſiones peccatorum eorum, qui à foris veniunt recipere cum omnibus Sacerdotibus, & exinde per prouiſionem Pontificis magnam debet illis adhibere curã. Ad Chriſtianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, &c.* Qui plura deſiderat de Archipresbyteri munere, & dignitate, Azoriũ perlegat.

Ioan. Azor. inſtit. mor. 2. lib. cap. 15.
Archipresbyteri dignitas eſt maior S. Mariæ maioris.

At licet magna ſit dignitas Archipresbyteri in communi, (vt diximus) tamen Sanctæ Mariæ Maioris Archipresbyteri eſt maior, cum in ſua Eccleſia iuriſdictionem ſimilem illi, quam Epiſcopus habet in ſua, obtineant, Beneficia conferant, Vicarios ſubrogent, partem redituum conſequantur, velut Canonici, corrigant, admoneant Clericos, atque adeò omnes ſuæ ditioni ſubiectos. Dixi ſimilem illi, quam Epiſcopus obtinet, iuriſdictionem tenere, quia reſident, & curam animarum habent, nec valent ſimul ſtare, vt Tridentina Synodus, & Sanctus Carolus Borromæus litteris ad Sanctæ Mariæ Maioris Capitulum ſcriptis teſtatur hoc pacto:

Conc. Trid. Seſſ. 23. cap. 1.
S. Caroli Borromæi epiſtola.

Reuerendi Signori come fratelli. Hò riceuuta la lettera amoreuole, che m'hanno ſcritta alli 23. del paſſato, nella quale moſtrano
A *non poco ſentimento della renuntia mia dell'Arcipretato della loro Chieſa, per l'amoreuolezza, che mi portano, in corriſpondenza dell'affetto mio particolare verſo di loro. Veggo bene, che s'ingannano, ſe penſaſſero, che io habbia laſciato quel carico per alcuno de riſpetti, che toccano in detta ſua lettera molto alieni & dalla deuotione mia verſo quella Chieſa, & da la cauſa, che mi hà moſſo à ſupplicare Noſtro Signore à ſolleuarmene, che è ſtato il conoſcere chiaramente, che non poteua portarlo con quiete della propria co-*
B *ſcienza, & con ſodisfattione del debito mio verſo la lor Chieſa, ſtando l'obligo principale, che hò di riſidere continuamente in queſta di Milano. Ma ſe bene hò laſciato il luogo, non hò però laſciato l'animo, & la pronta mia volontà di giouare à le coſe loro in quel che potrò, ſicome ſono per adoprarmi per conto di Salone, poiche hauerò viſto il memoriale, che ne hanno dato à Monſignor l'Eletto di Vercelli, che à queſt'hora non è ancora giunto. Quanto alla fabrica incominciata, sò bene, che non hò io à pigliarne penſiero, maſſi-*
C *mamente eſſendo toccata la cura di quella Chieſa à Monſignor Illuſtriſſimo Sforza, inclinatiſſimo all'ornamento di eſſa. mi reſta pregarli, ſi come faccio, à tener memoria di me nell'orationi, & ſacrifitij loro. Di Milano li 7. di Gennaro 1573.*
Come fratello   Il Cardinal Borromeo.

DE ILLVSTRISSIMIS, ET REVERENDISSIMIS

D
Cardinalibus S. Mariæ Maioris Archipresbyteris.

Caput III.

POSTQVAM diximus de officio, & munere Archipresbyteri, adhuc ſequitur nonnullos nominatim exprimere, qui hanc Baſilicam gubernarunt. Primus igitur à nobis repertus
E Archipresbyter fuit Matthæus Cardinalis, vt in Archiuio huius Eccleſiæ legitur: *Matthæus Archipresbyter, ſub Eugenio Pontifice Tertio, de anno eius octauo: à natiuitate Domini 1153.* Idem quoque habetur in Inſtrumento aſſeruato. Hoc tamen eſt: Aduertendum talem Cardinalẽ huius Baſilicæ Archipresbyterum tẽpore Eugenij Tertij à nobis non inueniri apud Scriptores, qui vitas, & res geſtas S.R.E. Cardinalium annotarunt. Hunc conſequitur Paulus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, & Archipresbyter S. Mariæ

Primus Archipresbyter Matthæus Cardinalis.

Maio-

Maioris, anno 1166. die tertia Martij; quem nec etiam deprehendimus apud Auctores, qui res præclarè geſtas Cardinalium ſcripſerunt. Reperimus Paulum Scolarum Romanum, Epiſcopum Cardinalem Præneſtinum, vt in eodem Archiuio his verbis: *Paulus Scolarus Archipresbyter Rom. huius Baſilicæ, Epiſcopus Paleſtinus Cardinalis S. R. E. P. anno 1166. qui ab Alexandro fuit Epiſcopus, & Cardinalis creatus, poſtea ad ſedem Petri conſcendens, Clemens Tertius nomen habuit.* Hic in Sanctæ Mariæ Maioris Eccleſia fuit nutritus, & eiuſdem Canonicus. Poſt Paulum Scolarum Rolandus conſequitur Archipresbyter, qui eam eſt moderatus anno 1191. toto Cæleſtini Papæ Tertij Pontificatu, & alijs ſequentibus temporibus, velut ex fide dignis manuſcriptis elicitur. *Rolandus Archipresbyter, ſub Cæleſtino Papa Tertio, anno eius primo, à Natiuitate Domini 1190.* Hic qui Pontificum, & Cardinalium vitas, & geſta tradiderunt variè iactantur, nec tutè nobis eſſet, niſi manuſcriptis iuuaremur, ex eodem Archiuio depromptis. Ex quibus eſt ſciendum ijs temporibus tres Cardinales Rolandi nomen obtinuiſſe; & quidem duos Eugenius Tertius creauit: primum in prima promotione, anno 1145. Pontificatus ſui anno primo, Viterbij; ſic autem Ciaccon. *Rolandus Bandinellus Ranucci filius, Bandinelli nepos nobilis Senenſis ex Clerico Eccleſiæ Piſanæ Subdiaconus Apoſtolicus primum; deinde Diaconus Cardinalis Sanctorum Coſmæ, & Damiani, poſtea Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Mariæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarius, deinde Papa Alexander vocatus eſt.* Alter Rolandus ab eodem Eugenio fuit in Cardinalium ordinē lectus in tertia promotione, anno Domini 1150. *Rolandus Redonenſis Piſanus, Monachus Ciſtercienſis Sanctorum Coſmæ, & Damiani.* Quamquam Honuphrius in Vrbani Tertij creatione fuiſſe dicat, anno 1185. Et in ea Gregorij Octaui, anno 1188. atque Clementis Tertij, quæ eodem anno aduenit. In illa tamen Cæleſtini Tertij non addit extitiſſe, fortaſſe quia nihil inuenerit, velut Ciaccon. Tertium Rolandum volunt in Vrbani Tertij creatione adfuiſſe, anno 1188. & primus ſui Cardinalatus fuit, & ex Panuino, anno ſecundo in prima promotione, quem etiam credit Senenſem eſſe, non Monachum, ſicut Ciacconius, affirmans à Lucio Papa Tertio Cardinalatus dignitatem ſuſcepiſſe; ſic enim loquitur. *Rolandus Gallus Monachus Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ in Porticu.* Idem adfuit, dum Gregorius Octauus Petri ſedē obtinuit; ita idem Panuinus: *Rolandus Paparo Senenſis Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.* Nihil amplius de hoc addētes, ſed Clemētis Tertij, & Cæleſtini Tertij Pontificatum prætereuntes, quod mirum diſcrimen inſinuat. Quare licet concludere, Diuę Mariæ Maioris Archipresbyterum, illum Rolandum extitiſſe, quē Lucius Papa Tertius ad Cardinalatum tranſtulit. Etenim ex duobus Rolandis ab Eugenio Tertio creatis, vnus Alexander Pōtifex Tertius, nimirum Rolandus Paparus Senenſis, tituli ſancti Marci, S. R. E. Cancellarius; alter legitur Monachus fuiſſe, natione Gallus; licet alij velint à Lucio Papa Tertio inter Cardinales adſcriptum: hoc tamen teſtantur, egregiè virtute, & literis ornatum eſſe, Monachum, & Abbatem Sanctæ Mariæ Dolonæ Galliæ.

Anno Domini 1166. De vita, & reb. geſtis Clem. iij. vide Baron. tomo 12. ad ann. 1188. Vide etiã Ciac. de vit. ſumm. Pont. in vit. Clemen. iij. Platin. de rebus geſtis Clem. Honuphrius in epitaph. ſumm. Pontif. & S.R.E. Cardinalium.

De hac varietate Auctorũ, vide Honuph. et Ciaccon. de vitis, & rebus geſt. ſummorum Pont. & Illuſtriſſ. S.R.E. Cardin. in vita Clem. Papæ iij. Greg. viij. Vrbani iij & Alexand. iij.

De rebus geſtis huius Cardin. Rolan. vide Ciaccon. de vit. Cardin. in vita Lucij Papæ iij. vbi nõnullas auctoritates adducit.

Poſt Rolandum Cardinalem, & huius Eccleſiæ Archipresbyterum, Petrus Saxonius ſequitur, tit. S. Pudentianæ, qui inter Cardinales connumeratur ab Innocentio Tertio, in ſexta promotione, anno 1206. & Pontificatus nono, ſic Ciaccon. *Petrus Saxo Anagninus, Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ, tit. Paſtor.* Sic verò de hoc legitur in marmorea tabula: *Petrus Saxonis Sanctæ Pudentianæ Cardinalis, anno duodecimo Innocentij Tertij Papæ, tertio verò ſui Cardinalatus anno fecit opus hoc.* Eundem reperimus apud Archiuium Innocentij Tertij Pontificatu huius Baſilicæ Archipresbyterum, quod in quodam decreto habetur: *Rectorum Romanæ Fraternitatis*, quo decernitur, *ſub pœna excommunicationis dandum eſſe Presbyterorum ſolidorum octo Archipresbytero in Canonicis ſanctæ Mariæ Maioris in Litanijs maioribus.* In pergameno quoque apparet, die Iulij, anno 1212. quem pariter inuenimus Canonicum huius Baſilicæ fuiſſe his verbis: *Petrus Saxo Canonicus Sanctæ Mariæ Maioris, etiam in fine Miſſalis cuiuſdam Angeli de Toſcanella.* Aſtorres Cardinalis fuit dictæ Baſilicæ Archipresbyter, anno 1244. Sic in Bulla de talis Eccleſiæ bonis Innocentij Quarti Pontificatu. De hoc Cardinali nihil reperimus, præter id, quod in allato Archiuio notatur. Ciacconius etiam putat huius Eccleſiæ Archipresbyteratum tenuiſſe Petrum Capoccium Diaconum Cardinalem, tituli Sancti Georgij in Velabro, qui moritur anno 1258. & Aſtorri ſucceſſit. Sic enim inquit: *Petrus Capoccius Diaconus Cardinalis Sancti Georgij in Velabro, & Archipresbyter Sanctæ Mariæ Maioris, obijt Romæ,*

Kalen-

Ciaccon. in vita Innocen. iij. De rebus geſtis huius Car. vide Ciaccon. in vita Innoc iij. & Honorij iij. ſumm. Pont. vbi adducit multas Bullas, & manuſcripta.

Vide etiam Regiſtrum Innocentij iij. anno 13. & regiſtrũ Honorij iij. anno 1. & 2. & 4. vbi multa leguntur de rebus præclaris huius Cardinalis.

Vide in Archiuio S. Mariæ Maioris Bullã conſeruatoriam.

Kalendas 13. Iunij, anno Chriſti 1258. Pontificatus quinto Alexandri Papæ Quarti conſecrata Eccleſia Sanctæ Mariæ ad gradus Viterbij, quam ædificauit Raynerius Capoccius Viterbienſis Cardinalis. corpus eius in Baſilica S. Mariæ Maioris ſepultum eſt. Poſt quem in Archipresbyteratum Romanus nomine, ſucceſſit Cardinalis, qui à Scriptoribus non annotatur. Nos verò allato Archiuio comperimus in quodam Inſtrumento, fuiſſe dictæ Eccleſiæ Archipresbyterum, Alexandro Quarto ſedente, anno 1258. Ottho Bonus huius Baſilicæ Archipresbyter, Diaconus Cardinalis Sancti Adriani, in Petri ſedem translatus eſt, nomine Adrianus Quintus, Genuenſis, ex Fliſcorum familia. huius Eccleſiæ ſtatuta compoſuit, quæ hodie in pergameno leguntur, anno 1262. & Innocentius Quartus Pontifex Cardinalem creauit anno 1251. Pontificatus ſui 8. eiuſque nepos extitit.

De vita, & rebus geſtis huius Othonis Bononi, vide Ciaccon. de vit. & rebus geſtis ſumm. Pont. & Cardin. in vita Innocen. iv. & Adrin v. Lege etiā Statuta huius Eccleſiæ, quæ conſeruantur in Archiuio huius Baſilicæ. Anno 1258. Vide etiam Panuin. in vita Innocen. iv. & regiſtrum eiuſdē Innoc. de anno 1252. in Bibliotheca Vaticana.

Poſt conſequitur Iacobus Columna Cardinalis, & talis Baſilicæ Archipresbyter, tituli Sanctæ Mariæ in Via lata, à Nicolao Tertio Cardinalis creatus, anno 1278. & Pontificatus ſecundo. Hic anterioris templi partis, & abſidis auctor fuit. Cumque à Bonifacio Octauo priuatus eſſet, hunc conſequitur Franciſcus Vrſinus, Diaconus Cardinalis, tituli Sanctæ Luciæ in Silice, anno Domini 1298. & Bonifacij Octaui, quarto. Hic ad Cardinalatum aſcendit Clemente Quinto promouente, anno 1295. Panuinus credit fuiſſe à Bonifacio Octauo Cardinalem creatum in prima promotione, anno 1295. & ſui Pontificatus primo. Nobis ſufficit Archipresbyterū eſſe varijs opinionibus dimiſſis.

In Archiuio legitur, *Archipresbyteratum tenuiſſe an. 1291. Pont. Nicol. iij. Vide Panuin. & Ciaccon. in vita Nicolai iij.*

De rebus geſtis Card. Franciſci Vrſini, vide *Ciaccon. in vita ſumm. Pontif. in vita Clemen. v. & Ponif. viij.* Vide etiam *Panuin. in vita Bonifacij Octaui.*

Poſt Bonifacium Octauum, Iacobus Cardinalis Columna in ſuas omnes dignitates à Clemente Quinto eſt reſtitutus, anno primo ſui Pontificatus, & ſalutis 1305. ſicut in Archiuio reperimus, his verbis: *Iacobus Columna Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, tituli ſanctæ Mariæ in Via lata, Archipresbyter huius Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris, in Inſtrumento in pergameno, ſub die 28. Maij, de anno 1318.* Ex quo apparet eumdem eſſe, quem Nicolaus Tertius creauit, Bonifacius Octauus priuauit, & Clemens Quintus reſtituit. Petrus Columna, Diaconus Cardinalis, tituli ſancti Angeli fuit talis Baſilicæ Archipresbyter, velut ex quadam Bulla deprehenditur, anno Domini 1325. & Pontificatus Ioannis Vigeſimi ſecundi: *Petrus ſancti Angeli Diaconus Cardinalis de Columna, & Archipresbyter ſanctæ Mariæ Maioris, &c. Datum Auenion. anno Domini 1325. die tertia*

De rebus geſtis huius Car. vide *Honuphr. in vita Clem. v. anno 1305. Lege etiam Extrau. commun. lib. 5. de ſchiſm. cap. vnico. Dudum bonæ memoriæ.* Vide etiam *Ciaccon. de vit. reb. præclar. geſtis huius Card. Columnæ, qui à Bonif. viij. priuatus fuit, & à Clem. v. reſtitutus anno 1305. Vide Sext. decr. lib. 5. de ſchiſm.*

Ex Bulla Ioan. xxij. conſeruatoria bonorū huius Baſilicæ.

De rebus geſtis huius Card. & varietate Scriptorum, vide

A *Octobris.* Hic Scriptores vacillant, non ſolum de nomine, ſed etiam tempore, atque titulo. Nos cum nihil tutum inuenerimus, prædictæ Bullæ adhæremus. Sequitur Petrus Diaconus Cardinalis, tituli ſanctæ Mariæ Nouæ, Archipresbyter, vt ex pluribus Inſtrumentis in Archiuio aſſeruatis conijcitur, Vrbani Quinti Pontificatu, anno 1365. *Petrus ſanctæ Mariæ Nouæ Diaconus Cardinalis, & Archipresbyter ſanctæ Mariæ Maioris. Scriptores omnes, qui res præclarè geſtas ſū-*

Honuphr. & Ciacc. in vita Ioan. xxij. à quo creatus fuit Cardin. in 4. promotione Card. anno 1323. Auenione, quod falſiſſimū mihi videtur. *Vide Inſtrumenta in Archiuio huius Baſilicæ.*

B *morum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium, ſumma cum diligentia annotarunt, hunc Petrum Cardinalem Rogerium Moſtrium de Malmonte Lemouicenſem Gallum, Comem Bellifortis Papæ Clementis fratris filium Diaconum Cardinalem ſanctæ Mariæ Nouæ; poſtea Gregoriū Vndecimum Papam creatum eſſe pernotarunt.* Etiā Marinus Vulcanus Presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Pudentianæ talis Baſilicæ Archipresbyteratum tenuit, quod non ſolum ex Archiuij manuſcriptis, ſed etiam ex

De huius Petri rebus geſt. lege *Ciaccon. in vita Clem. vij.* vide etiam *Honuphr. in vita eiuſdem Pontif. Hic Petrus creatus fuit Cardinalis in tertia promotione Cardinaliū, anno 1348. Pōtif. 7. 6. Kalen. Iunij Auenione.* Ex Bulla *Innocen. vi. & regiſtro Clem. vi. &* Innocen. vi. *anno 1381. Pōt. 4.* De rebus geſtis huius Cardinalis, vide *Ciaccon. de vit. ſum. Pont. & Card. in vita Vrbani Sexti, in tertia Cardinaliū promotione, nu. 33. & in quarta Cardinal. creatione num. 43. vbi legitur Archipresbyter ſanctæ Mariæ Maioris.*

C ijs deprehenditur, qui ſummorum Pontificum res geſtas tradiderunt. *Marinus Vulcanus Presbyter Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tituli Paſtoris, Archipresbyter ſanctæ Mariæ maioris, ordinatus Presbyter Cardinalis ab Vrbano Sexto ſummo Pontifice Romano, in tertia ſua promotione, currente anno 1381. eius Pontificatus quarto.* Stephanus Paloſius Hormanus Romanus Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Marcelli, fuit quoque Archipresbyter anno 1390. licet ex Inſtru-

D mentis colligere, præter id, quod Ciacconius, & Panuinus dicunt: *Stephanus Paloſius Hormanus Romanus ex Canonicis ſanctæ Mariæ maioris Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli, ab Vrbano Sexto Papa in ſacrum Patrum Collegium collocatus fuit.* In Archiuio ſanctæ Mariæ maioris in quodam Inſtrumento habentur hæc verba: *Stephanus tituli S. Marcelli, Presbyter Cardinalis, Archipresbyter ſanctæ Mariæ maioris, ſedente Bonifacio Nono Pontifice Maximo, anno ſalutis 1390.* G........

Vide Ciacc. & Honuphr. in vita Vrbani vi in quarta creatione Cardinaliū.

E Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Marcelli, Archipresbyter Sanctæ Mariæ Maioris, vt ex quibuſdam Inſtrumentis illius Archiuij, in quibus legitur *G...... tituli ſācti Marcelli Presbyter Cardinalis, Archipresbyter ſanctæ Mariæ maioris, vt legitur in quibuſdam Inſtrumentis, de anno 1393. die 14. Decembris;* quāuis apud Auctores minus inuenerim illis tēporibus hunc Cardinalē. Ioannes de Rupeſciſſa Gallus Archiepiſcopus Rothomagen. Presbyter Cardinalis tituli ſancti Laurentij in Lucina, fuit huius Eccleſiæ Archipresbyter,

Vide Inſtrumenta addučta, quæ habentur in Archiuio huius Baſilicæ.

Vide Honuphr. in vita Martini Quinti, qui obijt Bononiæ, in ſua legatione, de an. 1437. Kalen. 7. Aprilis.

Ciaccon. de vit. Summ. Pont. & Cardin. in vita Martini Quinti.

A ter, velut in Archiuio: *Ioannes de Rupeſciſſa Gallus, Archiepiſcopus Rothomagen. Presbyter Cardinalis ſancti Laurentij in Lucina abſens de anno 1427. à Martino Papa Quinto creatus fuit.* In Archiuio habetur anno 1428. in Inſtrumento in pergameno ad Sacellum S. Hieronymi ſpectante. Ioannes Vitelleſcus Cornetanus presbyter Cardinalis, tituli S. Laurentij in Lucina Archipresbyteratũ tenuit anno Domini 1431. quod videtur ab ijs diſſentire, quæ Panuinus, & Ciacconius ſcriptis tra-

De rebus geſtis huius Cardinalis vide *Honuphr. & Ciacc. in vita Eugenij IV. qui perelegãter, & maxima cũ diligentia pranotarunt. ſed de temporibus non bene eruditi, quoniam nos ipſum Cardinalẽ inuenimus Archipresbyterum Baſilicæ S. Mariæ Maioris de anno 1431. die 28. Septembr. in Bulla, quæ habetur in pergameno, ſub Eugenio Quarto, anno eius primo.*

B diderunt: *Ioannes Vitelleſcus Cornetanus Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentij in Lucina, qui apud Scriptores legitur creatus Cardinalis fuiſſe ab Eugenio Papa Quarto, in ſecunda Cardinalium promotione, currente anno 1437. Pontificatus 7. quinto Idus Auguſti, & mortuus eſt anno 1439. Romæ, in mole Adriani 6. Idus Aprilis.* Nos in Archiuio S. Mariæ maioris, his verbis reperimus: *Ioannes tituli S. Laurentij in Lucina, Presbyter Cardinalis, Archipresbyter S. Mariæ maioris de Vrbe, de an. 1431.*

C *Pontificatus eius primo.* Antonius Caſcinus Epiſcopus Senenſis, Presbyter Cardinalis, tituli S. Marcelli etiam Archipresbyter extitit anno 1438. velut ex Inſtrumentis, & Bullis

De rebus geſtis huius Antonij Cardinalis, vide *Ciaccon. in vita Martini Papæ v. Vide etiam Honuphr. in loco ſupra adducto in ſecunda Cardinaliũ creatione, an. 1426. Pontific. 9. nono Kalen. Iulij.*

Eugenij Quarti, in quibus habetur: *Antonius Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Marcelli, Archipresbyter Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris.* Alij de hoc Cardinali ſic ſcribunt: *Antonius Caſcinus Ciuis, & Epiſcopus Senenſis Theſaurarius Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ. Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Marcelli.* Sed nos An-

D tonium hunc Cardinalem Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris, Archipresbyterum fuiſſe inuenimus, anno 1438. die Iunij 14. vt ex Eugenij Bulla. Sequitur Nicolaus Albergatus ciuis, & Epiſcopus Bononienſis, Presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem: *Nicolaus Albergatus Ciuis, & Epiſcopus Bononienſis, Ordinis Carthuſianorum, Presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem.* Nos verò hunc Cardinalem Sanctæ Mariæ maioris Archipresbyterum fuiſſe

De rebus geſtis huius Nicolai, vide *Honuphr. Ciaccon. in vita Martini v. qui in ſacro Cardin. Collegio collocauit, in ſecũda Cardin. promotione, anno 1426. Pontif. 9. Kalen. Iulij.*

Lege Bullã Eugenij Quarti, quæ habetur in Archiuio S. Mariæ Maioris, in pergameno.

E inuenimus 1439. die quinta Iunij. Nicolao Albergato in Archipresbyteratum ſucceſſit Gulielmus de Eſtouteuilla Gallus, ex regia ſtirpe, presbyter Cardinalis, tituli ſanctorum Siluestri, & Martini de monte; velut Auctores, qui ſic ſcribunt. *Gulielmus de Eſtouteuilla, Regum Francorum conſanguineus, Epiſcopus Madianenſis, poſt Andegauenſis, deinde Archiepiſcopus Rothomagenſis, presbyter Cardinalis tituli ſanctorum Siluestri, & Martini in montibus, tituli Equitij, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, demum Oſtienſis, & Cardinalium*

De vita, moribus, rebuſque geſtis huius religioſiſſimi Principis, vide *Ciaccon. Honuphr. de vitis ſumm. Pontif. Rom. & Cardin. in vita Eugen. Papæ iv. à quo in tertia Cardinaliũ promotione ſacra purpura ornatus fuit, anno 1438. qui obijt Romæ, an. Domini 1487. Pontific. iv. an. 12. die 11. Kalen. Ianuarij.*

Collegij Decanus, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius. & Archipresbyter ſanctæ Mariæ maioris, multis legationibus pro Sede Apoſtolica functus. Quod dictum ſuperius eſt percepimus ab Auctoribus, qui res geſtas huius pijſſimi Principis pernotarunt. Quem nos in Archiuio huius Baſilicæ, & nonnullis fide dignis manuſcriptis Archipresbyterum fuiſſe intelleximus, & hæc ſunt verba, quæ leguntur ex ſuperius adductis manuſcriptis: *Gulielmus tituli ſancti Martini in montibus, presbyter Cardinalis, de Eſtouteuilla nuncupatus, Epiſcopus Rothomagenſis, Archipresbyter huius Baſilicæ, ſedente Eugenio Quarto Pontifice Romano, anno ſalutis 1445. & de anno 1472. Legitur etiam Epiſcopus Oſtienſis, vt in quodam Inſtrumento in pergameno, ſub die 23. Septẽbris.* Fuit etiã Camerarius anno 1483. vt habetur in eius Inſtrumento, in Archiuio aſſeruato. Rodericus poſtea ſucceſſit, Caliſti nepos, Diaconus Cardinalis, tituli ſancti Nicolai in Carcere, de quo ſic ſcribunt: *Rodericus Lenzolio Borgia Papæ Caliſti ex altera ſorore nepos, Diaconus Cardinalis, tituli ſancti Nicolai in carcere Tulliano, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius, Epiſcopus poſtea Portuenſis, & ſanctæ Rufinæ, demum Alexander Sextus renunciatus eſt, qui à Caliſto ſummo Pontifice Romano Diaconus Cardinalis ordinatus fuit, currente anno 1456. prima ſua Cardinalium promotione.* In Archiuio ſanctæ Mariæ maioris, ex nonnullis Inſtrumentis hunc Rodericũ Borgiam S.R.E. Cardinalem, Epiſcopũ Portueñ. & Vicecancell. & Archipresbyterum huius Baſilicæ fuiſſe percepimus, anno 1483. die 24. Februarij. Hunc Ioannes Baptiſta Sabellus Diaconus Cardinalis, tituli ſancti Nicolai in carcere conſecutus eſt, quod ex Archiuio deprehendimus: *Ioannes Baptiſta Sabellus Cardinalis Archipresbyter huius Baſilicæ, de anno 1492. obijt die 18. Septembris 1498.* De hoc Cardinali apud Scriptores hæc ſunt verba, quæ inuenimus: *Ioannes Baptiſta Sabellus Romanus, Protonotarius Apoſtolicus, Diaconus Cardinalis ſancti Nicolai in carcere Tulliano, qui à Sixto Papa Quarto Cardinalis creatus fuit, anno Domini 1486.* Poſt Sabellum Archipresbyteratum Ioannes Baptiſta Vrſinus tenuit Diaconus Cardinalis, tituli ſanctæ Mariæ nouæ, *Ioannes Baptiſta Vrſinus Domicellus Romanus, Clericus Cameræ Apoſtolicæ, Protonotarius Apoſtolicus, Diaconus Cardinalis ſanctæ Mariæ nouæ, poſt Presbyter ſanctorum Ioannis, & Pauli, qui à Sixto Papa Quarto, in ſeptima ſua Cardinalium promotione in ſacrum Presbyterorum*

Ciaccon. in vita Caliſti Papæ Tertij, & in vita Alexãdri vi. qui optimè prænotauit.

Vide Sixtum iv. Pont. qui in ſua prima Cardinalium creatione Diaconum Cardinalem ordinauit anno 1480. obijt anno 1498 Alexãdri Sexti, anno 7.

Vide etiã Ciacconium in vita Alexandri vi. Vide Ciacco. & Honuphr. in vita Sixti iv. obijt anno 1503. ſepultus ad S. Petrum, die 22. Februarij.

rum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum Collegium aſſociatus fuit, anno Dom. 1483. *Pontificatus decimotertio, Romæ ſeptimo Kalendas Ianuarij*. In Archiuio ſanctæ Mariæ maioris inuenimus hunc Cardinalem Vrſinum Archipresbyteratū cæpiſſe, per obitū Ioannis Baptiſtæ Sabelli, anno Domini 1498. die 25. Septembris. Huius locum poſt Sabellum Cardinalem Iulianus Cæſarinus obtinuit Diaconus Cardinalis, tituli ſanctorum Sergij, & Bacchi, anno 1503. velut in Archiuio legimus, & apud eos, qui Cardinalium res geſtas annotarunt: *Iulianus Iunior Cæſarinus Romanus Protonotarius Apoſtolicus electus Epiſcopus Aſcolanus, Diaconus Cardinalis ſanctorū Sergij, & Bacchi, poſtea ſancti Angeli, qui ab Alexandro Sexto in ampliſſimorum Patrum ordinem annumeratus fuit in ſecunda Cardinalium creatione, currente anno* 1493. *qui obijt Romæ ſabatho, die prima Maij, anno Domini* 1510. Nos in Archiuio Archipresbyterum fuiſſe inuenimus, vt per quoddam Inſtrumentum poſſeſſionis, die quinta Martij. 1503. ſedente Iulio Secundo. Poſt Cæſarinum Cardinalem in Archipresbyteratus dignitatem Petrus Ludouicus Borgia conſcendit, Diaconus Cardinalis, tituli ſāctorum Nerei, & Achillei: *Petrus Ludouicus Borgia Diaconus Cardinalis ſanctorū Nerei, & Achillei, mox presbyter tituli ſancti Marcelli, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ maior Pœnitentiarius, qui ab Alexandro Papa Sexto Cardinalis creatus fuit in octaua ſua Cardinalium creatione, anno Domini* 1500. *Pontificatus octauo, Kalendis Octobris, qui obijt currente anno Domini* 1511. *Neapoli*. In Archiuij Inſtrumento Archipresbyterum inuenimus, Anno Domini 1508. Borgia defuncto Archipresbyteri gradum tenuit Petrus Iſualis, Siculus Mamertinus, Cardinalis tituli ſancti Cyriaci in thermis ſingulari virtute illuſtris. *Petrus Iſualis Meſſinenſis Siculus, Archiepiſcopus Rheginus, presbyter Cardinalis, tituli ſancti Cyriaci in Thermis Sedis Apoſtolicæ, ſub Alexandro Sexto in Vngaria, & ſub Iulio Secundo Pontificibus, Bononiæ Legatus, anno* 1511. *moritur Ceſenæ, die Lunæ, 22. Septembris, cuius cadauer Romam in ædem ſanctæ Mariæ maioris, cuius erat Archipresbyter, translatum eſt*. Nos in Baſilicæ Archiuio tali pacto ſcriptum inuenimus: *Petrus tituli ſancti Cyriaci in Thermis Presbyter Cardinalis, Meſſanenſis, & Archiepiſcopus Rheginus, cæpit eſſe Archipresbyter anno* 1510. *die quarta menſis Maij, vt in Inſtrumento poſſeſſionis, quod habetur in ſupradicto Archiuio*. Quare prædicti Auctores errarunt de tempore mortis Petri Ludouici Borgiæ, dum aiunt diem

Vide Ciaccon. et Panuin. in vita Alexand. Papæ Sexti, vſque ad Iulium Secundum.

Vide Honuphr. & Ciaccon. qui dicunt creatum fuiſſe Card. ab Alexand. vi. in ſua octaua Cardin. promotione, anno 1500. Pont. viij. 4. Kalen. Octobris, Romæ.

A ſuum, anno 1511. obijſſe: etenim apud Archiuium habetur ſucceſſorem, eius obitu, Archipresbyteratum aſſumpſiſſe anno 1500. menſe Maij; niſi fortè dicant ex renunciatione contigiſſe, quo caſu quieſcerem. Leonardus Groſſus de Ruuere, Presbyter Cardinalis, tituli ſanctorum Gabini, & Suſannæ, poſt Petrum Iſualem Archipresbyteri curam ſuſcepit. *Leonardus Groſſus de Ruuere Sauonenſis legitur Epiſcopus Agennenſis, presbyter Cardinalis, tituli ſanctorum Gabini, & Suſannæ ad*
B *duas domos, maior Pœnitentiarius, à Iulio Secūdo Papa creatus in ſecunda ſua Cardinalium creatione, anno Domini* 1505. *eius Pontificatus tertio*. Ex Inſtrumentis, alijſq; Baſilicæ manuſcriptis, Archipresbyterium cæpiſſe, intelleximus, anno Dom. 1511. die 4. Octob. per obitum Petri Cardinalis Meſſanen. moritur die 1. Nouēbris, anno Domini 1520. In Leonardi locum Andreas de Valle Cardinalis, tituli ſanctæ Agnetis ſuffectus eſt. ſic enim habetur apud Auctores: *Andreas de*
C *Valle Romanus, Epiſcopus Melitenſis, presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Agnetis in Agone, & poſt tit. ſanctæ Priſcæ, à Leone Decimo ſummo Pontifice creatus, in quarta Cardinalium ordinatione, currente anno* 1517, *Pontificatus ſui quinto, Romæ Kalendis Iunij moritur, anno Domini* 1534. *pridie Idus Auguſti*.

Vide Ciacc. & Honuphr. in vita Leonis Decimi, Adriani vi. & Clem. vij.

De rebus geſtis Cardinalis de Valle, vide Honuph. Ciacc. in vita Leon. x. Adriani vi. & Clem. vij.

Nos in Archiuio Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris comperimus Archipresbyterum extitiſſe; cuius poſſeſſionem aſſumpſit, anno 1520. per obitum Leonardi, Clemente Septi
D mo ſummo Pontifice.

Poſt Cardinalem de Valle, Paulus Cæſius Romanus, Diaconus Cardinalis, tituli ſancti Nicolai in carcere, fuit Archipresbyter conſtitutus: *Paulus de Cæſis Romanus, Protonotarius Apoſtolicus, Cancellariæ Apoſtolicæ regens, Diaconus Cardinalis ſancti Nicolai inter Imagines, & poſt tit. S. Euſtachij, à Leone Decimo Pontifice Maximo, in ſua quinta Cardinalium creatione ordinatus, anno Domini* 1517. *Kalendis Iulij, nonis Auguſti obijt anno Domini* 1537.
E *& ſepultus eſt ad ſanctam Mariam maiorem, cuius erat Archipresbyter. In Archiuio huius Baſilicæ.*

Vide Honuphr. & Ciaccon. in vita Leon. x. & Pauli iij.

Cæſij Cardinalis munus Alexander Farneſius adeptus eſt, de quo legimus: *Alexander Farneſius, Pauli Tertij Pont. Max. ex filio Petro Luyſio nepos, Romanus, Diaconus Cardinalis ſancti Angeli primò, poſtea ſancti Laurentij in Damaſo, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius, Auenionenſiſque Legatus, à Paulo Tertio, in prima Cardinalium ordinatione creatus, anno Domini* 1534. *Pontificatus primo,*

Vide Ciacc. qui optimè totam huius Cardin. vitæ curſum deſcribit.
Vide etiam Honuphr. in vita Pauli iij. vſque ad Sixtum v.

primo, die Veneris, 21. Maij, Archipresbyter A
Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris prius, poſtea ſancti Petri in Vaticano, moritur anno Domini 1589. die ſexto nonas Martij. Et in Sanctæ Mariæ maioris Archiuio Inſtrumentum inuenimus, vel potius memoriam diei, in quo poſſeſſionem ſuſcepit; nimirum pridie idus Auguſti 1537. per obitum Cardinalis Cæſij. Poſt Alexandrum Archipresbyteratum tenuit Guidus Aſcanius Sfortia Cardinalis Sanctæ Floræ, ex Alexandri reſignatione, anno 1543. ſicut ex Archiuio deprehenditur. B Hoc tamen eſt annotandum, quod in abſentia à Romana Curia, pro Sedis Apoſtolicæ commodo ſuſcepta, in locum ſubſtituit Ioannem Baptiſtam Cicadam, Cardinalem ſancti Clementis: *Ioannes Baptiſta Cicada, Cardinalis ſancti Clemẽtis, ſubſtituitur in locum Guidi Sfortiæ, Cardinalis ſanctæ Floræ abſentis ab Vrbe, anno 1564. die decimaquarta Auguſti.* Poſt Sfortiam Sanctus Carolus Borromæus, moderatus eſt, Cardinalis tituli ſanctæ Praxedis; C de cuius vita paſſim monumenta teſtantur: nos tantum attingemus, quæ ad rem noſtram faciunt: *Carolus Borromæus Mediolanenſis, Papæ ex ſorore nepos, vtriuſque ſignaturæ Referendarius, Diaconus Cardinalis, ſanctorum Viti, & Modeſti, poſtea ſancti Martini in Montibus, deinde Presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Praxedis Cardinalis vocitatus, maior Pœnitentiarius, ſanctæ Mariæ Maioris Archipresbyter.* Cuius poſſeſſionem, anno 1564. ſuſceptam poſtea anno 1572. ſpontè renunciauit, D exiſtimans haud poſſe ſimul cum Archiepiſcopatu conſtare: & poſt egregios labores in cælum euolauit, anno 1585. ſedente Gregorio Decimotertio ſummo Põtifice. Et anno Domini 1610. Kalendis Nouembris, Paulus Quintus Pontifex Maximus, ſolemni pompa, atque cæremonijs in Eccleſia ſancti Petri in Vaticano, in Sanctorum ordinem redegit, maxima Chriſti fidelium veneratione. Poſtea Alexander Sfortia Presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Mariæ in Via, ex renuncia ſancti Caroli (vt diximus) E Archipresbyter eſt creatus. *Alexander Sfortia, ex Comitibus ſanctæ Floræ, Romanus Cameræ Apoſtolicæ Præſidens Clericus, Epiſcopus Parmenſis, Presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Mariæ in via, à Pio Quarto Pontifice Maximo, declaratus, anno ſalutis 1565. die duodecima Martij, Pontificatus ſexto, vita exceſſit Maceratæ, anno Domini 1581. die decimaſeptima Kalendas Iunij.* & in Archiuio legitur Archipresbyterum talis Baſilicæ fuiſſe. Poſt Alexandri obitum, Philippus Boncompagnus Cardinalis, tituli ſancti Sixti, & Gregorij Decimitertij nepos, ad Archipresbyteratũ peruenit: *Philippus Boncompagnus Bononienſis, Gregorij Decimitertij Papæ ex fratre Boncompagno Senatore nepos, Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Sixti, ſanctæ Mariæ maioris Archipresbyter, ab ipſo Gregorio Decimotertio Pontifice ordinatus anno Chriſti 1572. die ſecunda Iunij, Pontificatus primo. Obijt Romæ anno à Virginis partu 1586. die ſeptima Idus Iunij, ætatis ſuæ anno 38.*

Ciaccon. & Honuphr. in vita Pauli iij. & Pij iv. Ioannes Antonius Petramellarius in vita Pij Quarti.

Ciaccon. & Honuphr. in vita Iulij iij. & Io. Ant. Petramellar. in vita Pij Quinti.

Vide Ciacc. & Io. Ant. Petramellar. in vita Gregor. xiij.

Vide Ciacc. & Petramellar. in vita Pij iv. & Gregor. vij. xiij.

Vide Ciacc. & Petramellar. in vita Greg. xiij. & Sixti Quinti.

Sequitur Philippum Boncompagnum Decius Azzolinus, Firmanus, Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Matthæi in Merulana, velut ex Archiuio, & ex alijs Auctoribus deprehenditur, qui anno 1587. vita functus; eius locũ obtinuit Dominicus Pinellus Cardinalis, tituli ſancti Laurentij in Pane, & Perna, anno 1587. quem noſmet vidimus: & ſæpius cum illo tractauimus: *Dominicus Pinellus Genuenſis, Cameræ Apoſtolicæ Præſidens Clericus, Epiſcopus Firmanus, Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Laurentij in Pane, & Perna, Archipresbyter, & poſtea Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus, ſacrique Collegij Decanus, à Sixto Quinto ordinatus, anno 1585. Pontificatus primo, 15. Kalendas Ianuarij, in ſecunda Cardinalium creatione, qui obijt die nona Auguſti, anno 1611. & ſepultus eſt in Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris, in pauimento apud Altare maius.* Quo mortuo, Paulus Quintus Pontifex Maximus, ad hanc dignitatem Michaelem Angelum Tontum, tituli ſancti Bartholomæi in Inſula, Cardinalem Nazarenum promouit. Poſtea ſucceſſit Ioannes Garzias Mellinus, Presbyter Cardinalis, tituli ſanctorum Quatuor Coronatorum ex Michaelis reſignatione, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Vicarius, anno Domini 1614. die vigeſimaſeptima Aprilis, velut ex poſſeſſionis Inſtrumento apparet.

Vide Ciacc. & Petramellar. in vita Sixti v.

Inuenimus in Archiuio capiſſe poſſeſſionẽ Archipresbyteratus 27. Octob. 1587. per obitum Cardin. Azzolini.

DE VICARIIS IN GENERE.

Cap. IV.

POSTQVAM indicauimus quid ſit Archipresbyter, vna cum officio, ac dignitate, non ſolum generatim, ſed etiam peculiariter exprimẽdo, & præſertim de ijs ad Romanas Patriarchales ſpectantibus, qui Cardinales exiſtunt Vicarios ſubſtituunt, & ordinariam iuriſdictionem, velut Epiſcopi, pro iuſtitiæ adminiſtratione tuentur; valde eſt conueniens attingere quid Vicarij nomen importet, nec non quot ſpecies, tam in iure ciuili, quàm canonico ſe dedant. poſtmodum ad noſtræ Baſilicæ Vicarios properabimus à Cardinalibus Archipresbyteris inſtitutos. Ergo aſſerimus hanc vocem, ſimpliciter acceptam valde ſe diffundere, & quoduis ſignificare ab alio ſubſtitutum, ad quamcumque adminiſtrationem; dummodo illi iuriſdictio temporalis, & ſpiritualis ſit tradita. Etenim Magiſtratus, & quiuis Præfectus proprios Vicarios habebant, per quos ciuiles cauſas exercerent. hinc Epiſcopi, atque Archiepiſcopi plurima Vicarijs committunt; immo ſummus Pontifex Romanus, quamuis Catholicæ Eccleſiæ ſit primus, nec non Chriſti Vicarius, tamen velut Romanus Epiſcopus, Romæ Vicarium ſeruat, nimirum Cardinalem. Quamquam eſt obſeruandum in iure canonico, Vicarium dupliciter vſurpari, vno modo, vt perpetuum inſinuet, altero ad aliquod tempus, velut Azor. docet. Nos dicemus varia Vicarij genera eſſe, quorum duo præcipua cenſentur: nam aliqui abſque hominis opera, & ipſa lege conſtituuntur; aliqui verò humanum factum requirunt, ſicut Maranta diſtinguit: deinde de ijs trademus, qui poſſunt amoueri. Primi in ſex ſpecies diuiduntur, quarum prima ad ſummos Pontifices ſpectat, quibus per Dominum claues æternæ vitæ traditæ, & terreni ſimul, ac cæleſtis Imperij fuerunt iura cõmiſſa. Altera verò ad Epiſcopos ſpectat, qui Apoſtolis ſucceſſerunt, & horum loco gubernant. Tertia Presbyteros continet: nam meſſem multam videntes, operarios autem paucos, cum Dominum meſſis rogaſſent, vt mitteret operarios in meſſem ſuam, elegerunt ſeptuaginta duos Diſcipulos, quorum vicem Presbyteri agunt. Quarta ſunt Cathedrales Capituli, dum mortuo Epiſcopo ſedes vacat, quo tempore gubernant. Quinta Archidiaconos comprehendit, qui Epiſcopo abſente, ſi Vicarius deſit, ipſo iure Vicarij euadunt. Sexta Archipresbyteros includit, in Cathedralibus Vicarios appellatos, quatenus ad ſpiritualia attinet. Vicarij hominis opera conſtituti, alij ſpirituales. alij temporales putantur. Primi ex iure canonico creantur, & quidam ſemper, nonnulli ad tempus perdurant. Hic paucis de vltimis trademus, velut magis ad rem noſtram aptis; de reliquis verò poterit Azorius videri, egregiè hanc rem pertractans. Secunda igitur Vicarij ſpecies, tum in iure ciuili, tum quoque in canonico temporaria, vt per Azorium his verbis: *Vicarius verò temporarius is dicitur, qui auctoritate alicuius in locum alterius ad tempus ſuſſicitur, & ad nutum eius, qui ipſum ſubſtituit reuocari poteſt.* Et de his eloquimur, quorum Capitul. peruenit. de appellat. meminit. Quod ſi aliquis perquirat, an Vicarij Patriarchalium Vrbis, iuriſdictionem teneant, quoue pertingat, & præſertim illi ſanctæ Mariæ maioris: reſpondemus ordinariam iuriſdictionem ſeruare, velut Cardinalis Archipresbyter; nec ab illa diſtare, quam Epiſcopi Vicarij gerunt. Azorius ſic ait: *Ordinariam habere, cum nimirum eam habeat in totum territorium Epiſcopo ſubiectum.* Ita ſãctæ Mariȩ maioris Vicarius iuriſdictionem ordinariam habet in totam Baſilicam Archipresbytero ſubiectam.

Addimus Vrbis Patriarchalium Vicarios ſolere Prælatos, Epiſcopos, Archiepiſcopos eſſe, quod rarò de Epiſcoporum Vicarijs contingit. Atque hæc pro Vicarijs in genere ſatis ſit delibaſſe. Modo nonnullos Vicarios attingemus, quos fide dignis ſcripturis cognouimus.

Quid Vicarij, nomen importet.

Tit. extat de offic. Vicarij.

Varia Vicarij genera.

De primo eſt cap. extirpande, §. qui vero. de preb. c. ex parte, de offic. Vicar. & c. 2. perpetuus de fid. inſtrum. Azor. Inſtitut. moral. par. 2. libro 3. cap. 6. Mar. De ord. iudic. par. 4. diſt. 5. princ. num. 6 & Sbroz. de Vicar. Epiſc. q. 3. nu. 1. & 2. lib. 1. Capit. quamuis 41. diſt. & Can. omnes. 22. diſt, & ſunt Vicarij Chriſti, cap. vbi periculum. §. cæterum & capit. fundamenta, §. docet de elect. in 6. Capit. Legimus, 93. diſt. c. in nouo. 21. diſt. cap. quorũ vices. 69. diſt. & c. 1. § per frontis. de ſacra vnct.

Gloſſ. in c. vnico. 2. not. de maior. & obed. in 6. & Innoc. in cap. cam te, num. 4. & ſeq. de reſcript.

Cap. 1. vbi gloſ. & Bart. et Can. ad hoc. §. ſecundum, & §. item epiſ. extra de offic. Archipresb.

Hoſtien. de off. Archipresb. & Sbroz. d. q. 3 à num. 8. vſque ad num. 15. Abb. in dict. c. extirpãde §. qui vero. num. 4. de preb.

Vide Io. Franc. Leon. in ſuo theſauro praxis de chiepiſc. de off. Vicar. cap. 10.

Innoc. Hoſt. & Abb. in cap. tua nobis. de off. Vic. Io. Franc. Leon. de Vicar. c. 10. par. 1. in theſau. Eccleſ.

DE

DE S. MARIAE MAIORIS VICARIIS.

Caput V.

HÆc Baſilica quamplurimos Vicarios habuit, qui numerum à nobis inuentum excedunt, quamuis magna cura ſimus perſcrutati, ſed temporis iniuria, quæ ad reliqua manauit, etiam monumenta extinxit, quibus ij annotabantur.

Primus igitur à nobis repertus eſt Matthæus Columna, anno 1318. die 28. Maij, ad id munus traductus à Iacobo Columna Cardinali, & Baſilicæ Archipresbytero. Eundem legimus Vicarium ſub Petro Columna Cardinali Archipresbytero, anno 1325. die 3. Octobris, ſic enim in Archiuio: *Matthæus de Colũna Vicarius Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris, de anno 1318. ſub die 28. Maij,* C *pro Iacobo Cardinali de Columna Archipresbytero.* Eundem Petro Cardinali de Columna Archipresbytero, Vicarium inuenimus, die tertia Octobris, anno 1325.

In Archiuio in libro Instrum. Ciaccon. & Honuphr. in vita Vrbani Sexti.

Legitur in inſtrumento Stephanum Paloſium Canonicum, & Vicarium fuiſſe anno 1365. die vltima Martij. *R. P. D. Stephanus Paloſius Vicarius, & Canonicus huius Baſilicæ pro D. Petro ſanctæ Mariæ nouæ Diacono Cardinali Archipresbytero, poſtea verò ipſe Stephanus ab Vrbano Sexto Cardinalis creatus fuit,* D *tituli ſancti Marcelli.*

Idem etiam teſtamur de Siluestro de Lauroncellis, anno 1373. die 23. Aprilis, Gregorij XI. Pontificatus anno tertio.

Vidimus quoddam inſtrumentũ, in quo habetur Stephanum de Sardis Vicarium extitiſſe anno 1388. Pontificatus Vrbani Sexti anno nono.

Inuenimus eodẽ pacto in Archiuio Angelum Magnacutiam Vicarium anno 1399. die quarta Iulij, Pontifice Bonifacio Nono. E

Hoc etiam teſtamur de Angelo Toſcanella, de anno 1403. die 23. Maij.

Franciſcus de Fabijs Canonicus, & Vicarius fuit, vt in Archiuio his verbis: *R. P. D. Franciſcus de Fabijs Vicarius ſanctæ Mariæ maioris Baſilicæ ſub die 18. Septembris 1422. Pontific. Martini Papæ Quinti, anno quinto.* Idem quoque in inſtrumento adeſt, anno 1423. condito, & in Bulla Martini Quinti, anno eius ſexto, apud S. Mariam maiorem.

Gundiſaluum Portugalliæ Epiſcopum pro A Cardinali Eſtouteuilla Vicarium reperimus anno 1448.

Ioannes Baptiſta pro Cardinali Rothomagenſi Vicarium ſe geſſit anno 1463. die ſexta Septembris.

Pluribus locis reperimus in Baſilicæ Archiuio Canonicum, & Vicarium Ioannem Priorem, pro eodem Rothomagenſi, ſic enim adeſt in inſtrumento: *R. P. D. Ioannis Prioris Decretorũ Doctor in Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris Canonicus, & Vicarius* B *& cauſarum ſacri Palatij, & Cameræ Apoſtolicæ Auditor, de anno 1472. die vigeſimatertia Septembris, ſedente Sixto Papa IV. pro Card. Rothomag.*

Idem etiã inuenimus an. 1481. Põt. Sixti Papæ Quarti, anno 4. die 29. Iunij, pro eodem Cardinali, huius Baſilicæ Archipresb.

Et Bellum de Caranzonibus, pariter Canonicum, & Vicarium, anno 1481. Pontificatus Sixti Quarti, anno quarto. Quem etiam Vicarium pro Cardinali Borgia Archipresb. legimus anno 1483.

Petrus de Vicentia Epiſcopus Caſſenaten. & Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Vicarius fuit anno 1489. & obijt anno 1504.

Iacobus Epiſcopus Alatrinus pro Io. Baptiſta Sabello Diacono Cardinali, tituli S. Nicolai in carcere Tulliano, anno 1494. octaua die Martij, Alexandro VI. Pont.

Comperimus huius Baſilicæ Vicarium Georgium Epiſcopum Hortanum, anno 1498 & 1502. Sarnenſis Epiſcopus eſt creatus.

Iulianus de Monſignoribus Canon. & Vicarius pro Iuliano Cæſarino Diacono Cardinali, Archipresbytero anno 1503.

Habetur etiam Aloyſium Epiſc. Interãnen. Vicarium fuiſſe pro Petro Card. Regino anno 1510. die 7. Martij.

Hieronymus Archiepiſc. Tranen. pro Leonardo Groſſo de Ruuere Card. & Archipresbytero, die 4. Octobris. 1511. Iulio Secundo Pontifice.

Reperimus Petrum de Serris Cortonen. pro eodem Leonardo Card. Vic. anno 1513.

Item Petrum de Ceſis pro eodem Vicarium anno 1517.

Ludouicum Ariuaenum, pro eodem Leonardo, anno 1518. die 25. Nouembris.

Inuenimus Hieronymum de Paula Cathanodis Epiſcopum, die 20. Auguſti, 1520.

Felicem Moronum die 21. Decembris, 1525.

Franciſcum Recanatenſem, anno 1533. die 16. Ianuarij.

Corradum de Graſſis S. Petri in Vaticano Canon. Vic. pro Paulo de Cæſis, an. 1537.

D Ber-

Bernardum de Comitibus, Canonicum Papien. Protonotarium, & Referendarium Apoſtolicum Epiſcopum Alatrin. huius Baſilicæ Vicarium pro Alexãdro Cardinali Farneſio, anno 1537.

Thomam de Tanis, ſacræ Rotæ Auditorem, anno 1539. die 2. Septembr. propter dicti Bernardini ab Vrbe abſentiam.

Sebaſtianum Delium, Epiſcopum Bitontin. pro Alexandro Cardinali Farneſio, die 17. Martij, anno 1539.

Proſperum Sanctacrucium, Palatij Apoſt. Auditorem, & Baſilicæ Vicarium pro eodem Card. anno 1543. die 28. Ianuarij.

Legitur, Ludouicum Epiſcopum Aſſiſinaten. Vicarium extitiſſe, anno 1543. die prima Nouembris.

Federicum Pratenſem die octaua Nouẽbris, anno 1550.

Ludouicum Simonettam, Epiſcopum Piſaurien. anno 1555. pro Guido Aſcanio Sfortia Cardinali, & Archipresb.

Romulum de Valentibus, Epiſcopum Conuerſanum, anno 1559. die 29. Aprilis.

Franciſcum Bonhomum, anno 1564. die decimaoctaua Octobris, pro ſancto Carolo Cardinali Borromæo.

Bernardinum Cirillum pro eodem ſancto die 31. Auguſti, anno 1565.

Ioannem Frãciſcum Boſſium Mediolanen. Protonotarium Apoſtolicũ, & vtriuſque Signaturæ Referendarium pro eodẽ ſancto, die 5. Martij, anno 1567.

Gulielmum ..... Epiſcopum Dũzanen. pro eodem ſancto, die vigeſimaquarta Decẽbris, anno 1566.

Cæſarem Spetianum Mediolanen. Presbyterum, & Protonotarium Apoſtolicum pro eodem Sancto, anno 1569. die decimaquarta Decembris.

Fileſium de Cittadinis Interamnen. Epiſcopum Muran. pro eodem Sancto, die 30. Nouembris, anno 1571.

Marcellum de Bubalis Romanum, Rotæ Auditorem, pro Alexandro Card. Sfortia, die 3. Aprilis, anno 1573.

Camillus Burgheſius Vicarius poſtea Cardin. creatus, & ad Pontificatum euectus nomine Paulus V.

Comperimus etiam Camillum Burgheſium vtriuſque Signaturæ Referendarium huius Baſilicæ Vicarium geſſiſſe pro eodem Cardinali, anno 1577. die 12. Auguſti, in quo munere circiter vndecim annos perſeuerauit, poſtea Cardinalis eſt creatus, & ad ſummum Pontificatũ euectus nomine Paulus Quintus.

Horatium Burgheſium Fratrem pro Dominico Card. Pinello, die 15. Octobr. 1588.

A Ioſephum Ferreriũ Ianicen. vtriuſq; ſignaturæ Referendarium pro eodem Cardinali, 1590. Kalen. Ianuarij.

Innocentium Bubalum vtriuſque Signaturæ Referendarium, anno 1594. die 3. Ianuarij, poſtea verò fuit à Clemente Papa Octauo Cardinalis creatus.

Dominicum Marinum Genuen. vtriuſque Signat. Referend. pro eodem Card. Pinello, die 14. Septembris, anno 1594.

Horatium Matthæium Rom. vtriuſq; Sign.
B Referend. pro eodem Cardinali, die ſexta Februarij, 1595.

Anaſtaſium Germonium Taurin. vtr. Sign. Refer. pro eodem Card. die 12. Maij, anno 1597. vacauit ex promotione ad Archiepiſc. Tarantaſiæ, anno 1608.

Raymundum Ianuen. Cam. Apoſt. Clericũ, anno 1608. die 29. Iulij.

Alphonſum Sacratum Ferrarien. vtr. Sign. Referen. pro eodem Card. anno 1610.

Ludouicum Saregam Veronen. pro eodem Cardinali, die 30. Octobr. anno 1610.

C Paulum de Curt. Neapolitan. Eſernien. Epiſcopum.

DE CANONICIS IN GENERE.

Caput VI.

Quid Canonici nomē ſignificet.

ADHVC de huius Baſilicæ Archipresbyteris, & Vicarijs peregimus. modo ſequitur
D tractandum de Canonicis, ſed breuiter. Ante omnia eſt explicandum, vnde nam Canonici nomen emanet, de quo ſic Azor inquit: *Vnde ſint dicti Canonici. à Canonica pẽſione; hoc eſt ab annona ordinaria, & regulari, quæ in eos tãquam merces, & ſtipendium diſtribui ſolebat: hæc enim penſio canonica, & annona ijs tantum præbebatur, qui erant in Canonicorum numerum cooptati, & admiſſi. cæteris miniſtris Eccleſiæ, & inferioribus Clericis aliquid pro cuiuſque merito ero-*
E *gari ſolebat ex oblationibus piorum hominum incertis, quæ in Eccleſia fiebant; cum tamen Canonicis portio certa, & ordinaria præberetur. Hinc duo ſunt orta, quorum adhuc veſtigia nonnulla videmus. Vnum eſt, vt nemo in numerum Canonicorum recipiatur, niſi ſuffragijs ipſorum Canonicorum, & Epiſcopi delectus: nam eo ipſo, quo quis erat in Canonicum admiſſus, ius acquirebat ad portionem illam ordinariam, & regularẽ Canonicis debitam. ius item ille habebat ſuffragium, & ſententiam ferendi in Canonicorum Collegio in con-*

Vide In. Azorium Inſtit. mor. par. 2. lib. 3. c. 11.

A *in conſeſſu, & comitijs, habebat quoq; inter Canonicos ſedem. Alterum eſt, vt meritò Canones, & iura Canonicatum, à præbenda diſtinguant. Nam Canonicatū appellant ius percipiendi præbendam, hoc eſt, portionē certam, & ordinariam Canonicis dari ſolitam, vel ſaltem ius ferendi ſuffragium, vel ſententiam in ipſo Canonicorum Collegio, & habendi ſedem in choro, & recipiendi quotidianas diſtributiones, vt dicam inferius. Et præbendam vocant ipſam portionē fructuum, quæ Canonicis datur, vt colligitur ex Abbate, & alijs in cap. rudioribus. de præben. nu. 4.* B *Aliquando tamen hæc duo confunduntur in iure: ita ut præbēdæ nomine ipſum ius, Canonicatū accipiat: & voce Canonicatus, portionē certam fructuum Canonico obuenientium. Poteſt igitur quis in Canonicum recipi ſine præbenda. Nam olim Canonici erant abſque vllo præbendarum diſtincto numero, vt teſtantur Innoc. in cap. vlt. de Cler. non reſid. Io. And. Abb. Anton. & alij in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit. &c.* Hactenus Azorius. Quamquā eſt aduertendum plures Canonicorum ordines inueniri, ac proinde Be- C neficiorum, qui Canonicatus appellantur. & quidem primum Canonici, & Canonicatus exiſtunt in Eccleſijs Cathedralibus. Secundo in Eccleſijs Collegiatis, qui minorem dignitatem gerunt, vt per Innoc. c. fratern. extra de ſepult. in fine. Tertio quædam ſodalitates adſunt, qui Canonici Regulares appellantur, velut S. Mariæ Pacis de Vrbe, Saluatoris de Lauro, &c. in præſentia nec de Regularibus, nec de Collegiatis loquemur; ſed tantum de illis, qui Cathedrali Eccleſiæ, immo Patriar- D chali miniſtrāt. Ergo haud præter rem diximus id, quod Azorius inquit, afferre, dum Canonicos diſtinguit: *Quæritur quotuplex ſit Canonicus? reſpondeo duplicem eſſe, aut enim eſt Canonicus in Eccleſia, quæ dicitur Cathedralis, aut in ea, quæ Collegiata appellatur. Canonici in Eccleſia Cathedrali conſtituti ſunt cæteris Clericis, & Canonicis digniores, eo quod Cathedralis Eccleſia Collegiatam honore vincit, & ſuperat dignitate. Boerius in tractatu de ordin. grad. vtr. for. in penultima parte, numero 24. & ſe-* E *quentibus. Quapropter Pontifex Maximus eis cauſas delegare ſolet, non minus quàm alijs Clericis dignitate præditis, cap. Statutum. de reſcript. in 6. ita Panormitanus in cap. cauſam quæ. de Iudic. quamuis Archidiac. Ancharan. & Domin. oppoſitum doceant in cap. Statutum. de reſcript. in ſexto.*

Quotuplex ſit Canonicus. Lib. 3. par. 2. cap. 11. quæſt. 2.

DE HVIVS BASILICAE CANONICIS.

Caput VII.

HACTENVS diximus quid ſit Canonicus, differentiam indicantes. Sequitur peculiariter dicere de Capitulo, & ſanctæ Mariæ Maioris Canonicis, qui ante Innocentium Papam Quartum circa annum 1254. maiori numero conſtabant, quàm hodie cernamus; nec fortè alia de cauſa, niſi ob indeterminatum numerum, qui illo tēpore erat: quod proſpiciens, quantavè damna poſſet afferre, ad ſtatum numerum redegit, expreſsè præcipiens, ne ſexdecim excedant; ſic enim habetur. *Innocentius Quartus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ S. Mariæ maioris de* C *Vrbe ſalutem, & Apoſt. benedictionem. Volentes Eccleſiæ ueſtræ, quā inter cæteras Eccleſias priuilegio amoris colimus ſingulari, ne ſuperfluo grauetur Canonicorum numero præcaucre: Vniuerſitati veſtræ præsētiū auctoritate diſtrictius inhibemus nè abſque noſtro ſpeciali mandato fauente plenā, & expreſſam de verbo ad verbum de hac inhibitione, ac prædicta Eccleſia mentionem, aliquem in fratrem, & Canonicum recipere, vel alicui ordinato, ſiue ordinando in ipſa Eccleſia portionem concedere præſumatis, donec ad ſextumde-* D *cimum Canonicorum numerum portionem habentium redacti fueritis, à vobis iuramento firmatum. Si quis autem veſtrum contra huius noſtræ inhibitionis tenorem præſumpſerit aliquid attentare, nos eum ex nunc decernimus ipſo facto, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiæ ſubiacere. Datum Lateran. vndecimo Kalendas Nouembris, Pontificatus noſtri anno vndecimo, anno 1254.* Anno verò Domini 1265. Clemente Papa Quinto ſedente, Capitulum inſtituit, vt Canonici ſexdecim nu- E merum non excederent, iuxta Innocentij Quarti conſtitutionem. etenim Otho Bonus Cardinalis, & Eccleſiæ Archipresb. ex Capituli conſenſu obtinuit, vt ad vigintiduos aſcenderent. Quare cum reditus non ſatisfacerent, ſimul congregati ſtatuta compoſuerunt, ex quibus dignoſceretur, quo pacto eſſet deinceps dictæ Baſilicæ ſeruiendum. Quæ omnia, vt per Clementem Pont. approbarentur, poſtularunt, ſicuti ex his apparet: *Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Capitulo Baſilicæ Sanctæ Mariæ*

De Capitulo, et Canonicis ante Innocen. Papam Quartum, circa ann. 1254.

Vide manuſcriptum huius Baſilicæ vbi ita legitur Clemens Papa 4. anno. 1266. ſtatuit numerum Canonicorum & Prebendarum debere eſſe 16. vbi etiam ſequitur tali pacto: Innocentius Sextus. de anno 1362. decreuit non teneri Canonicos ſupradictū numerum quēquā recipere, ſed prouiſum debere expectare vacationem. Et paulo inferius Gregorius 11. per bullas prohibet ne quis admittatur in Canonicū qui patiatur defectum nataliū de anno 1375. Vide etiam in eodem loco vbi per ipſum Greg. Vndecimū de anno 1362. cōcedit Vicario Archipresbytero ſi præſens & Sacerdos fuerit alias Priori Canonicorum vt poſſit Eccleſiam & Cœmiterium violatum per effuſionem ſanguinis vel ſeminis aut per excommunicatikumationem reconciliare.

Legitur etiam qualiter Capitulum & Archipresbyter per hebdomadas habēt poteſtatem conferendi Beneficiatos & Clericatus inſtar aliarum Baſilicarū. Vide etiam bullam erectionis Beneficiatorum ſub Pio 4. ann. 1561. die 21. Dec. vbi intelligitur el are hæc hiſtoria.

Approbatio Clementis Papæ, nē numerus Canonicorum ſit vltra ſextodenarium.

 Maio-

maioris de Vrbe ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Deſiderijs veſtris in his affectu beneuolo debemus annuere, quæ vos dignè poſſint à diſpendijs præſeruare. Sanè petitio veſtra nobis exhibita continet, quod vos vltra ſextodenarium Canonicorum numerum, pro Baſilica veſtra ſtatutum, firmatum iuramento, & per Sedem Apoſtolicam confirmatum ad mandatum ſedis ipſius ſex inferiores, & Canonicos recepiſtis, ac de prouentibus ipſius Baſilicæ, in qua non erat tunc præbendarum diſtributio portiones, ſicut cuilibet ex alijs Canonicis eiſdem Baſilicæ aſſignaſtis eiuſdem. Poſt modum autem vos prouidè attendentes, quod negligebatur prouentus, ac reditus Baſilicæ ſupradictæ ex poſſeſſionibus, reditibus, & prouentibus dictæ Baſilicæ, de licentia, & voluntate dilecti filij noſtri Domini ſancti Adriani Diaconi Cardinalis prædictæ Eccleſiæ Archipresbyteri viginti duos in præfata Baſilica ordinaſtis, & diſtinxiſtis præbendas, cum vigintiduo Canonici eſſent in Baſilica ſupradictæ, & circa hoc quædam alia ordinaſtis, prout in litteris inde confectis, ſigillatis ſigillo noſtro Capitulum plenius continetur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc factum eſt ratum, & firmum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; nihilominus ſtatuentes, vt præmiſſis veris exiſtentibus, aliquid vltra dictũ ſexto denarium numerum in Baſilica ipſa ſtatutum firmatum iuramento, & per ſedem confirmatum eandem, prout ſuperius eſt expreſſum recipere, & aſſignare ſibi præbendam minimè teneamini, donec numerus Canonicorum dictæ Baſilicæ ad prædictum ſextodenarium numerum ſit redactus, & quod cedentibus, vel decedentibus Canonicis præfatæ Baſilicæ, qui ſupradictum ſextodenarium excedunt, præbendæ ipſorum conuertantur in communes vſus veſtros, ita quod loco eorum, nulli alij recipiantur in Baſilica memorata. Tenorem autem litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, qui talis eſt. In nomine Domini Ieſu Chriſti Amen. Cum Domum Domini pro diuinis myſterijs conſtitutam inter cætera pacis, ex quietis decorari virtutibus, eiuſque ſtatum de bono in melius reformari optemus: Idcircò nos Petrus Saxonis Prior, Bartholomæus Carantionis, Ioannes Capuccius, Philippus Alexij, Oliuerius Presbyter Montanarius, Petrus de Curia, Andreas Maccibella, Angelus Albonis, Iacobus Arcionis, Omnis ſanctus, Magiſter Henricus, Leonardus, Presbyter Angelus, Capitulum Baſilicæ S. Mariæ maioris de Vrbe, qui ibidem, licet indigni, ſumus eius ſeruitijs ſpecialiter deputati, diligẽtius intuentes, quod in prædictis ſpecia-

A *les ſui exiſtimus debitores, & volentes animarum, & corporum prouidere ſaluti, diligenti præhabita deliberatione, de mandato, & licentia ſpeciali nobis oretenus facto à R. P. D. Ottho Bono S. Adriani Diacono Cardinali, & Archipresbytero noſtro, ſtatuimus, ordinamus, ac etiam feruenter ſtabilimus, quod ſecundum ſextumdecimum Canonicorum numerũ, per nos ordinatum in ea, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ roboratum dicta Baſilica ſextodecimo gaudeat numero præbendarum in poſſeſſionibus conſiſtentium, quarum*

B *quinque ſint poſitæ, & ſitæ in territorio Turris de Porcinis, prout ſuis finibus concludentur, &c.*

In prædicta cõſtitutione omnium bonorum catalogus Baſilicæ conſequitur, cum alijs ordinibus ad rectam moderationẽ adiuuantibus. Nos tantum finem oſtendemus, tãquam ad rem noſtram facientẽ hoc pacto. *Itaque rei certitudine, & cautela præſens ſcriptum fieri fecimus, & ſigillo dictæ noſtræ Baſilicæ communiri. Actum Romæ in præfata Baſilica, anno Domini 1265. Pontificatus Domini*

C *Clementis Papæ Quarti, anno primo, Indictione nona, menſe Nouembris, die quinta. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & ſtatuti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, Indignationẽ omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij, decimoquarto Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.* Poſtquam numerum Canonicorum deteximus, in præſentia ordine diſpo-

D nemus nomina, cognomina, patrias, nimirũ quo ad vires noſtræ pertingent. Nihil verò addimus de tempore, quo cæperunt in hac Eccleſia eſſe, quando (vt antea indicauimus) creditur tempore Liberij Pontificis, vel Sixti Tertij inchoaſſe.

Primus igitur Canon. erit Ioannes Card. anno 1153. velut in inſtrumento ſub Eugenio Tertio, anno Pontificatus octauo. anno verò 1193. Cæleſtini Tertij Pontificatu, in Archiuio hæc comperimus.

Primus Canon. Ioan. Cardin. anno 1153.

E Presbyter Adematius.

Presbyter Thiodemarius.

Presbyter Raynerius.

Presbyter Romanus.

Presbyter Petrus Bonalingua.

Pincius, vel Cynthius Sabellus, qui fuit Americi filius; poſtea Honorius Tertius, qui in hac Eccleſia quieſcit.

De hac hiſtoria vide Plat. Panuin. Ciacc. & omnes, qui de vitis, rebuſque geſtis ſummorum Pontific. ſcripſerunt in vita Honorij Tertij.

Franciſcus Viterbienſis Canonicus, qui mortuus eſt anno 1223.

Ioannes Peroſicius Canonicus, & Sanctæ Mariæ maioris Oeconomus, anno 1224. die

In Archiuio S. Mariæ maioris, legitur in inſtrumento pergameno.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

die ſeptima Maij, ſedente Honorio III. A
Cynthius Conſ. Canonicus.
Philippus Romanus, Vincentij filius.
In quodam inſtrumento dicti Archiuij. Stephanus Canonicus. Apparent anno Domini 1240. Gregorio Nono Pontifice.
Iacobus Petri filius.
Vide has Bullas quæ habentur in dicto Archiuio. Nicolaus Bonifatius Romanus, poſſeſſionē Canonicatus eſt ingreſſus, Alexandro IV. ſedente, Pontificatus anno 1. velut ex Bulla Alexandri, anno 1255. 22. die Septēb. & ex Bulla 1. die Octobris eiuſdem anni.
Montanus Canonicus. B
Laurentius Canonicus.
Magiſter Henricus, Pontificatu Alexandri Quarti, anno Domini 1258.
Petrus Saxon Prior huius Baſilicæ, poſtea Cardinalis, & Archipresbyter.
Vide Bullam ſupracitatam ſtatutorum eiuſdē Eccleſiæ. Bartholomæus Carancianus.
Ioannes Capoccius.
Philippus Alexius.
Oliuerius.
Presbyter Montanarius.
Petrus de Curia. C
Andreas Buccabella.
Angelus Alzonus.
Iacobus Arcionus.
Ogniſanctus.
Henricus.
Leonardus.
Presbyter Angelus, qui ordine leguntur, prout ex Bulla ſtatutorum, & reformationis per Clementem Papam IV. an. 1266. die 19. Martij, Pontificatus anno 2.
Petrus Paulus Paparonus Romanus Canon. D vt per inſtrumentum, anno 1272. octaua die Iulij, Gregorio X. ſedente.
Ogniſanctus de Fuſcis de Berta Canonicus, ſic in inſtrumento pergameno, die duodecima Octobris, anno 1273.
Presbyter Nicolaus Frangipanus.
Presbyter Iacobus Carabellus.
Presbyter Angelus de Venanenio.
Hoc inſtrumentum habetur in Archiuio. Magiſter Pandulphus, velut hi quatuor in inſtrumēto pergameno apparēt, an. 1291.
Presbyter Ioannes Blaſij, vt in Archiuio, anno 1293. E
Petrus Archionus Canonicus moritur, anno Domini 1304. die 9. Auguſti.
Presbyter Silueſter de Thedaldinis.
Stephanus de Porcarijs.
Iordanus Bertuldus.
Bobonus de Columna Protonot. Apoſt.
Bartholomæus de Mancellis.
Franciſcus de Viterbio.
Nicolaus de Vellio.
Bartholomæus de Iudice.

Hi omnes in inſtrumento notantur, anno 1318. die vigeſimaoctaua Maij, à Canonicis ſanctæ Pudentianæ confecto; in quo hi octo Canonici in teſtes adhibentur.
Oddus de Palumbara.
Franciſcus de S. Alberto.
Matthæus de Columna.
Andreas Paparonus.
Ioannes Archionus in quadam ſententia notantur, anno 1321. die vigeſimaprima Februarij.
Petrus de Laurētijs, mortuus eſt anno 1330 decimaquarta Maij, & fuit in hac Baſilica ſepultus.
Ioannes Roambabunus, mortuus eſt anno 1335. die nona Nouembris, & in hac Eccleſia ſepellitur.
Gratianus de Perleonibus, anno 1336. die vltimo Decembris moritur, & in hac Eccleſia eſt ſepultus.
Franciſcus de Caſtro Rocchus, 1345. die decima Iulij moritur, & in hac Eccleſia ſepellitur.
Laurentius de ſancto Alberto, moritur anno 1348. die prima Septembris, & in hac Baſilica ſepultus.
Petrus...... Canonicus, & anno Domini 1354. eſt mortuus, tertia Maij, & in tali Eccleſia quieſcit.
Stephanus Paloſius Canon. & talis Baſilicæ Vicarius, Epiſcopus Tudertinus, & Presbyter Cardinalis, tituli S. Marcelli. *Vide quemdam libellum proceſſuum in pergameno in eodem Archiuio.*
Angelus Granuicia Prior.
Stephanus de Surdis, Canonicus, & Vicarius.
Stephanus, vel Stephanellus de Paulis Canonicus.
Octauianus de Vaſchis Canonicus.
Stephanus Lanuccius, vel Ranuccius de Columna Canonicus.
Petrus de S. Alberto Canonicus.
Ioannes de Scantrilegia Canonicus.
Laurentius Theobaldus Canon.
Silueſter de Laurencellis Canonicus, mortuus eſt anno 1381. die vndecima Iulij & in hac Eccleſia humatus.
Antonius de Petro Baratta, Canonicus ſanctæ Mariæ maioris, & ſancti Agapiti, vt in teſtamento per ipſum condito, die vigeſimaquarta Aprilis, anno Domini 1390. Bonifacio Nono Pontifice. Et hi omnes Canonici pluribus inſtrumentis notantur, die vigeſimaſecunda Octobris, anno 1364. & in alijs 1393. die decimaquarta Decembris.

Antonius de Pitonibus, Martini Papæ Quinti Acolytus: moritur anno 1420. die vigeſima Septembris, & in tali Baſilica ſepellitur.

Paulus Ioannes Baratta.

Paulus Mannus.

Antonius Paloſij.

Ioannes Malagruma.

Paulus Surdus, vt per inſtrumentum in Archiuio ſanctæ Mariæ maioris, anno 1366 die 14. Decembris.

Ioannes de Galganis.

Petrus Ioannes Pulſonius.

Paulus Ioannes Aliſius, ſicut in inſtrumento pergameno, anno 1369. die vigeſima Iunij, Indictione ſeptima, Sedente Vrbano Papa Quinto.

Petrus Paulus Scantrilegia.

Andreas de Roccha de Botte.

Angelus de Marmoribus, moritur anno 1394. die decima Ianuarij. Qui tres Canonici inſtrumento Archiuij cernuntur, anno 1373. die 23. Aprilis, Pontifice Gregorio Vndecimo.

Andreas Angelotti filius de Nomandris, Canonicus, extinctus eſt, anno Domini 1383. vltima die Septembris, & in hac Eccleſia ſepellitur.

Nicolaus Antonij Paloſcius.

Angelus de Tuſcanella.

Ioannes de Cornetis, moritur anno 1390. die 30. Octobris. & hi tres Canonici in inſtrumento pergameno leguntur, anno 1387. die 25. Iulij. Vrbano Sexto Pontifice.

Nicolaus Laurentij Canonicus, & Protector Bonifacio Nono Pontifice, his verbis legitur: *Venerabilis vir, Canonicus Sanctæ Mariæ maioris, & Protector Capituli, anno 1390. die 30. Maij: fuit etiam Capituli Camerarius.*

Iacobus de Falconinis Canonicus.

Ioannes de Tybure Canonicus.

Antonius de Cotollanis Canonicus.

Franciſcus Magiſtri Laurentij de Fabijs Canonicus, & Baſilicæ Vicarius. Hi quatuor Canonici pluribus inſtrumentis Archiuij leguntur, ſed præſertim in vno rogato anno Domini 1393. die 14. Decēbris, & in alio rogato, anno 1399. die quarta Iulij.

Petrus de Surdis Canonicus, moritur anno 1400. & in Eccleſia ſanctæ Cæciliæ in Tranſtiberim humatur die decimaſexta Aprilis.

Bonnannus de Pontianis.

A Laurentius Macchabæus.

Angelus de Archionibus.

Paulus de Cancellarijs, vt in inſtrumento, anno 1403. die 23. Maij, Bonifacio Nono ſedente. *Inſtrumentum habetur in Archiuio.*

Ioannes de Cincijs.

Hieronymus de Fuſcijs.

Antonius de Belleonibus.

Ioannes de Caffarellis.

Baptiſta de Venecinis.

Paulus de Viterbio.

B Angelus Nicolai de Valle.

Baptiſta de Griffonibus.

Et hi octo leguntur in inſtrumentis, & præſertim in quodam cōdito anno 1422. 18. die Septembris, Pontificatus Martini Quinti, anno quinto.

Blaſius Petri.

Iacobus Sermonetæ.

Hieronymus Ioannis Paloſij. Sic in Bulla Martini Quinti, 20. die Maij, apud ſanctam Mariam maiorem.

C Petrus de Anguillaria, vt ex poſſeſſionis inſtrumento per Ioannem Baptiſtam Vrſinum, Sancti Petri in Vaticano Canonicum ſuſceptæ, anno 1432. die 30. Martij, Eugenij Quarti anno ſecundo.

Antonius de Bucientis Canonicus, & Prior, vt per inſtrumentum in Archiuio, anno 1437. die prima Ianuarij.

Ioãnes de Fuccijs Canonicus, & Prior, velut ex Bulla Eugenij Quarti, eiuſdem Archiuij, die 14. Februarij, 1439.

D Angelus Velitrenſis, cuius ſepulchrum in tali Baſilica notatur, ante Cæſiorum Sacellum.

Iacobus de Aquila.

Iacobus de Sabellis.

Mutius de Marcellinis Camerarius.

Petrus de Viterbio.

Hi quinque Canonici varijs inſtrumētis, & ſententijs cernuntur; ſed præſertim in vno, condito anno 1440. die 26. Aprilis, Eugenio Quarto Pontifice, & in alio

E anno 1453. die vigeſima Auguſti, veluti in Archiuio.

Petrus de Viterbio, anno 1468. moritur die prima Auguſti.

Articuus de Panicalis, vt ex Bulla Pij Secundi, 1458. die 29. Nouembris, in qua cernitur Capellanum, & Pontificis Cubicularium extitiſſe.

Rubertus de Francia.

Altus de Archionibus.

Rodulphus de Galleria.

Laurentius de Sarugonibus, mortuus eſt anno

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

anno 1479. menſe Septembris.
Baptiſta de Sabellis, qui ſuum Canon. in Iulianum de Blondo reſignauit.
Petrus Paulus de Gregorijs.
Sabba de Luca.
Petrucciolus de Vulpicellis Romanus, mortuus eſt anno 1493.
Baptiſta Latinus de Benimbene.
Iacobus de Mancinis, mortuus eſt anno 1483. die decima Februarij.
Benedictus Panicalis.
Marcellus de Plãca, mortuus eſt anno 1485. die decimaquarta Iunij.
Angelus de Ciuita.
Amicus de Aquila.

Hi omnes Canonici pluribus inſtrumentis, & tabellis notantur eorum ſepulchris inſculptis; ſed præſertim in inſtrumento, anno 1463. ſexta Octobris.

Rubertus de Plenaſilua, Canonicus, moritur anno 1469. & in hac Eccleſia ſepellitur.
Iacobus de Buccabacijs Canon.
Ioannes Baptiſta de Capranica Canonicus, & Protonot.
Gregorius de Caroſinis, extinctus eſt anno 1480. die vigeſimatertia Septembris. Hic fuit Cardinalis Rhotomagenſis, Archipreſbyteri familiaris.
Laurẽtius de Fabijs, mortuus eſt anno 1483. die decimaquarta Septembris.
Franciſcus de Matuccijs.
Ioannes de Guerradia Canonicus, & Prior Cameræ Apoſtolicæ Auditor, obijt anno Domini 1485. die 22. Decembris, & in hac Baſilica humatus fuit.
Iacobus de Capuccinis, qui Canonicatum Stephano de Capuccinis reſignauit, anno 1484. die 21. Octobris.
Stephanus de Caſſarijs Canonicus.

Hi omnes pluribus locis notantur, ſed præſertim in inſtrumento ſub die vigeſimaſecunda Septembris, anno 1470.

Bellus de Caranzonibus Canonicus, & Vicarius, extinctus eſt anno 1493. quarta die Iunij: adeſt etiam in Archiuio Stephanus de Caſſarijs, & Bellus de Caranzonibus, anno 1472. die 23. Septembris, Põtificatu Sixti Quarti.
Paulus Porcius poeta laureatus Canonicus, vt in Archiuio, die octaua Decembris, anno 1475.
Petrus de Thebaldinis, in hac Eccleſia ſepultus.
Carolus de Verona.
Franciſcus de Senis.

A Baptiſta de Ruſticis.
Dominicus de Reate.
Franciſcus de Iennazzano.
Chriſtophorus de Ruggerijs.
Ludouicus.......
Iacobus de Caſſarellis.
Euerſus de Comitibus Protonotarius.
Matthias de Sorcinis, ſeu Sorcijs.
Marcellus de Clodijs.
Antonius de Planca.
Vincentius de Cincijs.
B Tuccius de Ligna.
Marius de Ruggerijs.

Qui ſexdecim Canonici in Archiuio, atque Epitaphijs deprehenduntur abſque vlla temporis notatione, quod etiam nos tranſegimus.

Franciſcus de Amideis Senenſis Canonicus, mortuus eſt anno 1479. die vigeſimaſecunda Martij.
Antonius de Bubalo de Cancellarijs, moritur anno 1483. die 29. Maij.
Iacobus Ponicalius, anno 1479.
C Iulianus de Philippinis Canonicus, vt per inſtrumentum de poſſeſſione, menſe Martij ſuſcepta. 1479. extinctus eſt anno 1481. die quinta Aprilis.
Petrus de Lenis, qui Ioanni Baptiſtæ de Lenis reſignauit anno 1480.
Iulianus de Biunno, poſſeſſionem adiuit anno 1480. die 14. Decembris ex Ioannis Baptiſtæ Sabelli reſignatione.
Antonius de Cecchinis Canonicus, anno 1480. die 27. Octobris.
D Bartholomæus Ballionus de Stabia Canonicus, anno 1480. menſe Iunij, mortuus eſt anno 1483. die 11. Octobris, & in tali Baſilica eſt humatus.
Ludouicus Turra, ſicut in Archiuio.
Baptiſta de Lenis, qui poſſeſsionem adiuit ex reſignatione Petri de Lenis, anno 1480. cum à ſummo Pontifice de ſancti Petri in Vaticano fuerit Canonicatu prouiſus anno 1491. in eius locum
Lucretius de Lenis intrauit.
E Antonius de Bellhominibus Canonicus, & Vicarius, extinctus eſt anno 1487. menſe Maij.
Cinacus vel Cyriacus de Lenis Canonicus, vt ex Bulla Sixti Quarti, anno quarto 1481. die vigeſimanona Iulij, moritur anno 1485. die 12. Auguſti.
Lucas de Lenis, velut de Archiuio.
Bernardinus de Militibus, vel de Caualerijs, vt ex inſtrumento, anno 1482.
Felix de Anagnia, anno 1482. menſe Ianuarij,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nuarij, obijt anno 1483. & in tali Baſilica fuit humatus in ſepulchro Oliuerij Carafæ Cardinalis, velut eius cliens.

Antonius Capizuccus, anno 1483. die decima Februarij.

Ioannes Baptiſta Latinus, Camilli de Benimbene filius, Canonicus, anno 1483. extinctus eſt eodem anno, die decimaquinta Iunij.

Bernardinus de Toſciolis, die 22. Iunij.

Ludouicus de Maraſchi Segobienſis Canonicus, anno 1483. die 14. Octobris, obijt 1488.

Petrus Paulus de Stephanuccijs Canonicus.

Franciſcus de Mattheuccijs Canonicus, anno 1483.

Benedictus Panicalis Romanus Canonicus poſſeſſionem ingreſſus eſt die decimaſexta Februarij, qui reſignauit Petro de Senis anno 1517. moritur anno 1519. die 10. Nouembris, velut ex bullis.

Ludouicus de Aſtallis Canonicus, an. 1494. die 3. Auguſti.

Paulus Iuuenalis Canonicus.

Ludouicus Pinius, vel de Pina Canonic. qui prædicti Canonici omnes poſſeſſionem adepti ſunt, anno Domini 1483. vti in Archiuio.

Bartholomæus de Bencadutis Canonicus, 1485. die 27. Martij.

Paulus de Porcarijs Canonicus, anno Domini 1485.

Stephanus de Canoccijs, Canonicus, anno 1484. die vigeſimaprima Octobris, ex reſignatione Iacobi de Capuccinis, obijt anno 1495. die decimaſexta Nouembris.

Petrus Buccaccius Canonicus.

Lucas de Lenis, vtriuſque Signaturæ Referendarius, Canonicus, anno 1485. die 21. Auguſti.

Bartholomæus de Benauadubus Canonicus, anno 1485. die 27. Martij, ex reſignatione Ludouici Pini, moritur anno 1506. die ſexta Februarij.

Iſaacus Argiropilus Canonicus.

Angelus de Ciuetta Canonicus, anno 1485. die tertia Auguſti.

Iulianus Blondus Canonicus, anno 1485. ſepultus fuit in parua naui, ante Sacellum Pauli Quinti ſummi Pontificis,

Iulianus de Bonſignoribus Romanus, anno 1485. menſe Martij, extinguitur anno 1509. prima die Nouembris.

Angelus Gabriel de Neſpianis Canonic. anno 1485. menſe Maij, obijt anno 1504. die decima Maij.

A Iulianus de Monda Canonicus.

Paulus Coronatus de Planca, Conciſtorialis Aduocatus, Canonicus, anno 1486. velut in Archiuio.

Antonius Coronatus de Planca, Canonicus anno 1487.

Franciſcus de Barberinis Canonicus, anno 1486.

Petrus Paulus de Piccionibus Canonic. anno 1487.

Franciſcus de Gracchis Canonicus, anno 1486. menſe Ianuarij.

B Dominicus Agapitus de Capranica, Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & huius Baſilicæ Canonicus, anno 1487.

Antonius Coronatus de Planca Canonicus, anno 1487. die 18. Martij, ex reſignatione Pauli Coronati de Planca.

Baptiſta Frãcus de Bubalo Canonicus, anno 1488. die decimanona Septembris.

Petrus Paulus de Stephanuccijs, vel de Alberteſchis Canonicus, anno 1488. die 4. Octobris.

C Lucretius de Lenis Canonicus, anno 1491. die 21. Aprilis.

Andreas de Gracchis Canonicus, an. 1491. die 28. Ianuarij.

Iulianus Doms Canon. an. 1491. mẽſe Aug.

Virgilius de Totijs Canonicus, anno 1492. ex Dominici Capranicæ reſignatione, qui moritur anno 1499. die vigeſimaquinta Auguſti.

Ludouicus Gabriel Sclaue de Thedallinis Canonicus, anno Domini 1493. obijt

D anno 1535.

Paulus Lælius Iuuenalis de Mannettis Canonicus, anno 1496, extinctus eſt anno 1516.

Magiſter Matthæus Canonicus anno 1494 menſe Iulij.

Baptiſta Epiſcopus Aquinas Canonicatum Ioanni Baptiſtæ Caſali reſignauit, anno 1495. quarta die Decembris.

Proſper Buccatius de Vrſis Canonicus, anno 1495. mortuus eſt anno 1498.

E Euangeliſta de Mancinis Canonicus, anno 1498. ex reſignatione Lucretij de Lenis, obijt die 18. Martij, anno Domini 1512.

Bernardinus Stephanellius Canonicus, mortuus eſt anno 1497. die 6. Maij.

Ioannes Auguſtinus de Cinellis Canonicus, anno 1497.

Euangeliſta de Maximis Canonicus.

Petrus Paulus de Piccionibus Canon. anno 1494. die octaua Martij, moritur anno 1502.

Andreas de Marganis Canonicus anno 1494 die 8. Martij, extinctus eſt anno 1515. die ſexta Iunij. A

Antonius de Lũnacis Canonicus anno 1499

Auguſtinus de Hieronymis Canonicus anno 1499. die vigeſimaſexta Decembris, ex reſignatione Antonij Lumnaci, obijt anno 1517. die vigeſimaquinta Aprilis.

Chriſtophorus Piccionus Canonicus anno 1499. obijt anno 1508. die decimanona Septembris.

Iacobus Epiſcopus Alatrinus Canonicus, anno 1499. die vndecima Octobris. B

Auguſtinus de Magiſtris Canonicus, anno 1500.

Antonius Laurentius de Cincijs Canonicus anno 1500. die decimanona Martij ex reſignatione Dominici Capranicæ, mortuus eſt 12. Nouembris, 1503.

Chriſtophorus de Scarſis Canonicus, anno 1500.

Auguſtinus de Comitibus anno 1501. die 23. Decembris, mortuus eſt anno 1515. die ſeptima Nouembris. C

Sebaſtianus de Buccamatijs Canonicus, anno 1502. die decimaſeptima Septembris, ex reſignatione Ioannis Baptiſtæ de Ceſſaris.

Iulius Caſtellanus Canonicus, anno 1502. die 28. Aprilis, moritur anno 1511. die decimaquinta Iulij.

Paulus de Forniceis Canonicus, anno 1503. die octaua Iulij.

Hieronymus de Vecchia Canonicus, die 20. Nouembris, 1503. D

Tranquillinus de Leonibus de Maccarotijs, Epiſcopus Florentinus Canonicus, anno 1504. die decimaſexta Maij, reſignauit Iacobo de Graſſis, mortuus eſt anno 1547. ſexta Aprilis.

Iſaach Argopopulus vtriuſque Signaturæ Referendarius Canonicus, anno 1506. die 12. Februarij. moritur anno 1508. die quinta Septembris.

Tiberius de Mutis, Cardinalis Cæſarini huius Eccleſiæ tunc Archipresbyteri nepos, Epiſcopus Tracenſis Canonicus, anno 1508. die vigeſimaprima Decembris, reſignauit Proſpero de Cincijs, anno 1521. die decimaquarta Octobris. E

Laurentius Cyprianus Canonicus, an. 1508. die prima Octobris.

Franciſcus de Pallauicinis Canonicus, anno 1508. ex reſignatione Laurentij de Cyprianis, obijt eodem anno.

Franciſcus Argentinus de Venetia Epiſcopus Concordienſis Iulij Secundi Datarius Cardinalis Canonicus.

Fabritius de Bonſignoribus Canonicus, anno 1509. die nona Decembris, ex reſignatione Franciſci Argentini Veneti, moritur anno 1541. die 21. Septembris.

Bernardinus de Viuianis Canonicus, anno 1511. die 22. Iulij.

Federicus Petruccius Senenſis Canonicus, anno 1512. die 18. Martij.

Petrus Thaddęus de Zeffiris Amerinus Canonicus, anno 1513. die 12. Iulij.

Petrus Paulus de Cincijs Romanus, Canon. anno 1515. die 12. Nouẽbr. ex reſignatione Ioannis Auguſtini de Comitibus.

Iacobus de Graſſis de Palumbaria Canonicus, anno 1515. die 26. Ianuarij, ex reſignatione Tranquillini de Leonibus de Maccarocijs Epiſcopi Florentini.

Iulius de Marganis Canonicus, anno 1515. die 15. Iunij.

Ioannes Paulus de Marcheſanis de Anguillaria Canonicus, anno 1516. decimaquarta Decembris.

Petrus de Lernijs de Cortona, ex reſignatione Benedicti de Panicalis.

Marganus de Aſtallis Canonicus, die quarta Maij, anno 1513.

Antonius de Puttinis Romanus Canonicus, anno 1517. die 12. Nouembris, ex reſignatione Tiberij de Mutis.

Iulius de Magiſtris de Ricco, Romanus Canonicus, anno 1518. die vigeſimatertia Februarij, ex reſignatione Hieronymi de Vecchia.

Auguſtinus Fabronus Canonicus, velut ex manuſcripto apud Proſperum Cincium, anno 1518.

Ludouicus Ariuabenus Canonicus, & Vicarius, anno 1519.

Gentilis Carlenus Canonicus, anno 1519. die vigeſimaoctaua Iunij, ex reſignatione Franciſci de Pallauicinis.

Proſper Ludouicus de Cincijs Canonicus, anno 1521. ex reſignatione Tiberij de Mutis.

Siluius Paſſerinus de Cortona Protonotarius Apoſtolicus, & Papæ Datarius, & à Papa Leone X. ad Cardinalatum tranſlatus, Canonicus, anno 1521.

Gregorius de Carrarijs Canonicus, anno 1521. duodecima martij, ex reſignatione Cardinalis Paſſarini.

Girardus Renutius Cibo Clericus Ianuenſis Canonicus, anno 1521.

Federicus de Petruccijs, Canon. anno 1522.

Alexan-

Alexander de Gentilibus Canonicus, anno 1522. A

Laurentius de Lenis, Canonicus.

Ioannes Paulus de Caualleriјs, aliàs de Anguillaria, Canonicus, moritur anno 1527.

Alexander de Creſcentijs, Canonicus, anno 1527. die 15. Octobris.

Pompeius de Scarſis, Canonicus, anno Domini 1529.

Dominicus Capoccius Canonicus, an. 1530. die 24. Nouembris.

Marius de Roſſellis, vel de Roſarijs Canonicus, anno 1530. die 10. Februarij. B

Valerianus de Vecciarijs de Coſceris, Canonicus, anno 1531.

Vincentius Sanctinus Romanus, Canonicus, anno 1531. moritur anno 1590. die 15. Septembris.

Alexander de Gentilibus de Triuio, Canonicus, ex reſignatione Girardi Cibo, anno 1532. die 25. Ianuarij.

Nicolaus de Tanis de Prato Canonicus, anno 1535.

N....... de Saxis, Canonicus, anno 1535. Menſe Octobris. C

Andreas Cyprianus, Canonicus, anno 1535. die 12. Iulij.

Ioannes Baptiſta Cyprianus Canonicus, anno 1535.

Chriſtophorus de Spiritibus, Epiſcopus Cóſenaten. Canonicus, anno 1535. die vltima Maij.

Octauius de Sanctis, Canonicus, anno 1537. die 28. Martij.

Bernardinus Maffæus Canonicus, die 20. Decembris, anno 1537. D

Marius de Comitibus, Canonicus, anno 1537. obijt anno 1573.

Gabriel de Federicis, Canonicus, anno Domini 1537.

Iacobus Sabellus Protonotarius Apoſtolicus Canonicus, anno 1538. ex reſignatione Gabrielis de Federicis.

Vincentius Solinus Romanus, Canonicus, ex reſignatione Tiberij de Mutis, anno 1539. die vltima Iulij. E

Leonardus Valtrinus Protonotarius Apoſtolicus, Canonicus, ex reſignatione Marij de Roſſellis, anno 1539. die vigeſima Nouembris, extinctus eſt die vltima Iulij, anno 1544.

Franciſcus Fer de Cortona, Canonicus, anno 1540. die quinta Maij.

Flaminius Palellus Canonicus, anno 1541. die 20. Septembris.

Hieronymus Recinas de Capoferro, Pauli Tertij Datarius, Canonicus, anno 1541. die 24. Aprilis.

Rocchus de Pellegrinis, Canonicus, anno 1541. die 22. Decembris.

Flaminius Palellus Neapolitanus, Canonicus, anno 1541. die decimaoctaua Decembris.

Rocchus Biancalana Lucanus Canonicus, ex reſignatione Palelli, anno 1543. die prima Decembris.

Pompeius Floridus, Canonicus, die 20. Ianuarij, anno 1543.

Bernardinus Benebeius, Canonicus.

Nicolaus de Pallis Canonicus.

Laurentius de Iacobellis, Canon. anno 1544. die 6. Februarij.

Iacobus Nona, Canonicus, anno 1544. die 22. Martij.

Iacobus Sabellus Protonotarius Apoſtolicus, Cardinalis Canonicus, ex reſignatione Bernardini Maffæi, anno 1544.

Franciſcus Pallauicinus Canon. anno 1544. die decimaoctaua Maij.

Hieronymus Martellus Canonicus, anno 1540. die 10. Auguſti.

Pompilius, aliàs Thomas Floridus Canonicus ex reſignatione Hieronymi Manelli, anno 1544. die 20. Ianuarij.

Ioannes Baptiſta Balbus, Canonicus, anno 1547.

Marcellus Creſcentius Canonicus, poſtea Cardinalis Sancti Marcelli, anno 1548.

Cæſar Iacomellus Canonicus, anno 1548. die prima Aprilis.

Ioannes Maria de Caretuſio, Canonicus, anno 1552. die 17. Septembris.

Alexander Guidottus, Canonicus, per obitum Dominici Capoccij, anno 1553. die 11. Nouembris.

Ioannes Franciſcus Binus, Iulij Secundi, Marcelli Secundi, & Pauli Quarti ſummorum Pontificum Secretarius, Canonicus, anno 1548. die prima Aprilis, obijt anno 1556.

Petrus Chriſtophorus de Spiritibus Epiſcopus Cæſenatenſ. & Hieroſolymitanus Patriarcha, Canonicus, anno Domini 1556. die octaua Auguſti, per obitum Ioannis Franciſci Bini.

Tarquinius Druſellinus, Canonicus, anno 1556.

Franciſcus Ferrus Canonicus, anno 1556. moritur anno 1557. die 22. Ianuarij.

Siluius Druſellinus, Canonicus ex reſignatione Tarquinij Druſellini, anno 1557. die 6. Februarij.

Bernar-

Bernardinus Cinellus, Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia Præceptor Canonicus, an. 1556. die 15. Septembris.

Ioannes Paulus Cerillus, Canonicus, anno 1558.

Io. Franciſcus Paſqualinus Canonicus, ex reſignatione Rocchi Biancalanæ, an. 1560. die 29. Ianuarij.

Gregorius de Caluis Canonicus, anno 1560. die 29. Ianuarij, per obitum Alexandri Guidotti.

Borſius Merlus Regien. Epiſcopus Bobienſ. Canonicus, ex reſignatione Valeriani de Coſciaris, anno 1560. die vigeſima Decembris.

Horatius de Victorijs Romanus Canonicus, ex reſignatione Mariani de Aſtallis, anno 1561. die 24. Maij.

Ioannes Paulus Cirillus Aquilanus, Canonicus, Coadiutor Bernardini Cirilli cum futura ſucceſſione, an. 1562. die 15. Septẽbris, in cuius locum ſubſtituitur, an. 1575. die 20. Iulij.

Io. Franciſcus Merlus Canonicus, an. 1563. die 14. Septembris.

Ioannes Petrus Mandellus Canonicus, anno 1565. die 29. Maij, per obitum Ioannis Mariæ Cantutij.

Ioannes Franciſcus Pallauicinus Clericus Piſanus, Canonicus ex reſignatione Iacobi de Nona, anno 1566. die decimaoctaua Maij.

Io. Daddeus Vercellenſis Canon. anno 1567 die 12. Nouembris, per obitum Io. Franciſci Merli.

Marcus Antonius Piccolomineus Senenſis, Canonicus ex reſignatione Ioannis Petri Mandelli, anno 1569. die duodecima Martij.

Ludouicus Cerasola Canonicus, anno 1569. die trigeſima Nouembris, per obitum Thomæ Floridi.

Iulius Ottonellus Firmanus, Canonicus, anno 1570. die 13. Iulij per obitum Rocchi Pellegrini.

Alexander Victorius Romanus, Canonicus ex reſignatione Horatij de Victorijs, anno 1571. die 30. Nouembris.

Thomas Sancaſcianus Piſanus Canonicus, ex reſignatione Ioannis Franciſci Pallauicini anno Domini 1572. die vigeſimaprima Martij.

Lælius Paſqualinus Bononienſis, Canonicus ex reſignatione Franciſci Paſqualini, anno 1572. die 16. Auguſti.

Ioannes Franciſcus Cecchinus Sabinenſis, Gregorij Decimitertij Cappellanus, Canonicus, anno 1573. die 3. Martij, per obitum Marij de Comitibus.

Petrus Paulus Iuſtinus de Ciuitate Caſtellana Canonicus, anno 1577. die vigeſimaſecunda Aprilis, per obitum Cæſaris Iacomelli.

Ioannes Baptiſta Petramellarius Bononienſis, Canonicus, ex reſignatione Marci Antonij Piccolominei, anno 1577. die 20. Maij.

Eturis Mutinus Romanus Canonicus, de anno 1577. die 9. Nouembris, per obitũ Alexandri de Victorijs.

Marcellus Creſcentius Romanus, Canon. anno 1578. die 25. Aprilis.

Curtius Cinquinus Romanus, Canonicus, 1578. die duodecima Octobris, per obitum Thomæ Sancaſciani.

Hippolytus Scarſius Canonicus, ex reſignatione Pompeij Scarſij, anno 1578. die vltima Octobris.

Iulianus Mancinus Romanus, Canonicus, anno 1581. die 6. Nouembris, per obitum Baptiſtæ Petramellarij.

Stephanus de Bubalo Romanus, Canonicus, de anno 1581. die 27. Nouembris, per obitum Petri Pauli Iuſtini.

Comes Ludouicus Boſchetti, Gregorij XIII. intimus Cubicularius, Canonicus, anno 1585. die 4. Februarij, per obitum Ioannis Franciſci Cecchini.

Antonius Meliorius Canonicus, an. 1585. die decimatertia Octobris, per obitum Iuliani Mancini.

Nicolaus Surretinus Mediolanen. Canonic. anno 1586. die 28. Octobris.

Chriſtophorus de Bubalo, Canonicus, ex reſignatione Stephani de Bubalo eius fratris, anno 1586. die 18. Septembris.

Dominicus Belloculus, Sixti V. Pincerna, Canonicus, anno 1586. die 21. Septembris, per obitum Andreæ Cypriani.

Benedictus Maffęus Romanus, Canonicus, anno 1587. die 21. martij.

Ruſticuccius de Ruſticuccijs Fanen. Canon. anno 1587. die 20. Nouembris.

Annibal Capriata Romanus, Canonicus, anno 1591. die prima Ianuarij, per obitum Vincentij Sanctini.

Sanctinus Silua Bononienſis Canonicus, anno 1591. menſe Nouembris, per obitum Ludouici Ceraſolæ.

Cornelius Compagnus Cremonenſis, Canonicus, anno 1591. die 3. Octobris, per obitum Benedicti Maffęi.

Marcel-

Marcellus Vitelleſcus Romanus Canonicus, anno 1591. die vigeſimaprima Decembris. A

Mutius Cinquinus Canonicus, anno 1592. die decimaquinta Martij, per obitum Curtij Cinquini eius fratris.

Didacus de Campo, Clementis Papæ Octaui intimus Cubicularius Canonicus, anno 1592. die decimanona Aprilis, per obitum Comitis Ludouici Boſchetti Bonienſis.

Antonius Silua Bononienſis Canonicus, ex reſignatione Sanctini de Silua, an. 1592. die decimaquinta Iulij. B

Laurentius de Bernardinis Lucanus Canonicus, anno 1592.

Marcus Antonius Mutus Romanus Canonicus, anno 1592.

Ioannes Dominicus Placidus Aquinas Canonicus, ex reſignatione Ioannis Pauli Cirilli, anno 1593. die 11. Iunij.

Ioannes Baptiſta Saſſatellus Clementis Papæ Octaui familiaris, intimusq́ue Cubicularius Canonicus, anno 2593. die ſexta Iulij. C

Fabritius Thedellinus Romanus Canonicus anno 1593. die 8. Nouembris.

Hieronymus Abruſca Reatinus Clementis Papæ Octaui familiaris, atque Eleemoſynarius Canonicus, anno 1593. die 14. Nouembris.

Innocentius Valentinus Canonicus, ex reſignatione Laurentij de Bernardinis, anno 1594. die 8. Decembris.

Chriſtophorus Daddeus Vercellenſis Canonicus, anno 1596. die 11. Aprilis. D

Laurentius Amatorius Canonicus, an. 1597 die 3. Martij.

Aſcanius Sellarius Spoletanus Canonicus, anno 1596. die 8. Septembris.

Franciſcus de Gaddijs de Foroliuio Canonicus, ex reſignatione Ioannis Baptiſtæ Saſſatelli, anno 1600. die decimatertia Februarij.

Franciſcus de Caluis Romanus Canonicus, anno Domini 1600. die vigeſimaquinta Aprilis.

Marcellus Alberinus Romanus Canonicus, ex reſignatione Franciſci de Caluis, anno 1600. die 22. Octobris.

Bartholomæus à Porta Romanus Canonicus anno 1601. die 7. Septembris.

Ioannes Baptiſta Vannius de Vrbino Canonicus, anno 1602. die vigeſimaquarta Februarij.

Ioannes Baptiſta Thedellinus Romanus Canonicus, de anno 1602. die vigeſimaſeptima Octobris.

Odoardus Sanctarellus Canonicus, de anno 1603. die vigeſimaquinta Maij.

Pompeius de Angelis Romanus Canonicus, anno 1604. die 18. Iulij.

Septimius Rubertus Pauli Quinti Pontificis Maximi Pincerna Canonicus, an. 1605. die 17. Iulij.

Iulius Cæſar Sterbinus Pauli Quinti Pontificis Maximi Caudatarius Canonicus, anno 1608.

Seranus Neſinus Vicentinus, Pauli Quinti Pontificis Max. intimus Cubicularius Canonicus, anno 1609.

Robertus Cinquinus Romanus Canonicus, anno Domini 1609. die vigeſimaoctaua Iulij.

Pompeius Paſqualinus Bononienſis Canonicus, ex reſignatione Lælij Paſqualini, anno 1610. die prima Auguſti.

Ioannes Angelus Frumentius Com. Canonicus, anno Domini 1612. die vigeſimaſeptima Ianuarij.

Galeottus Offreducius Fanenſis, Pauli Quinti Pont. Max. intimus Cubicularius Canonicus, anno 1613. die decimaſexta Aprilis, in loco Serrani Neſini tranſlati ad Canonicatum S. Petri in Vaticano.

Ioannes Baptiſta Coſtagutus Clauarenſis, Pauli Quinti maior Furerius, anno ſal. 1615. die 18. Ianuarij, per obitum Iulij Cæſaris Sterbini.

FINIS LIBRI TERTII.

BASI-

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER QVARTVS.

AVCTORE ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE BENEFICIATIS, CAPPELLANIS, CLER. &c. CAPVT PRIMVM.

HACTENVS de S. Mariæ Maioris Canonicis egimus: ſequitur, vt dicamus de Beneficiatis eiuſdem Eccleſiæ. Vt autẽ omnia probè ſuccedãt, eſt attẽdendũ, in Cathedralibus, & Collegiatis pręter Canonicos, etiã Clericos Beneficiatos eſſe, qui vnà cum Canonicis aſſiſtũt; quãquam nec in cõgregationibus, nec in negocijs ad Canonicos ſpectantibus ſe admiſcent; nec in publicis functionibus ſedent ſimul cũ Canonicis, vel cũ illis incedũt. Quod verò ad reditus ſpectat, quibuſdã in locis, tam Cathedrales, quàm Collegiatę ſimul illos adunant; cũ hoc tamen diſcrimine, quod Beneficiatus tantum vnã portionẽ, at Canonicus duas recipit. in alijs locis fructus diuiduntur, velut in hac Baſilica, in qua etiam in reditibus Canonici à Beneficiatis ſegregantur. Eſt obſeruandũ dictæ Baſilicæ Beneficiatos, atq; adeò aliarum teneri ad reſidendum, velut ſi Canonici eſſent, ſic in Conc. Trid. *Obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis, dignitates, Canonicatus, aut portiones, non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti,* A *aut cõſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſijs quolibet anno abeſſe, ſaluis nihilominus earum Eccleſiarũ conſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus requirunt.* Et inferius: *Omnes uerò diuina per ſe, & non per ſubſtitutos cõpellantur obire officia; & Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti aſſiſtere, & inſeruire, atq; in choro ad pſallendum inſtituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuoteq; laudare.*

Beneficiati, nec in congregationibus, nec in negocijs ad Canonicos ſpectantibus ſe admiſcẽt.

Innocen. in cap. fraternit. extra de ſepult.

Quod ad reditus ſpectat, &c. *Apoſtill. in gloſ. in c. licet extra de præb. in verb. diſtribut.*

De offi. & digni. Cler. lo. Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 3. cap. 10. & 11.

Innoc in c. Cleric. nu. 1. extra de Cler. non reſid.

Cap. licet extra de præb.

Conc. Trid. Seſſ. 24. capit. 12. de reform.

Beneficiatos teneri ad reſidendum.

DE ORIGINE B BENEFICIATORVM S. Mariæ Maioris Baſilicæ. Caput II.

IN hac Eccleſia plurimi Cappellani aderant à diuerſis Principibus, & alijs hominibus conſtituti; quorum pars non ſolũ obligata erat in proprijs Sacellis ſacra facere, ſed etiã in choro cum Canonicis adeſſe. Alij verò tantum ea obligatione tenebantur, vt Miſſas celebrarent. Hi omnes cum

ob ægeſtatẽ ex choro exẽpti eſſent, Alexãdro VI. Pont. Max. ſedente, Pius IV. Beneficiatos, & Clericos inſtituit. Quarè S. Carolus Borromæus Card. & Archipresb. cuius precibus Pontifex id præſtiterat, cernens nõ omnia illo decoro, & dignitate peragi, quã ipſe ad Dei gloriã optabat, Pium IV. Patruũ rogauit, vt omnes reditus Cappellanorũ vniret, ex quibus pars altera ſtato Beneficiatorũ numero, altera Clericis, & ijs, qui canerẽt, tribueretur: vt choro aſſiſterent, eodẽ prorſus modo, quo in S. Io. Laterano, & S. Petro in Vaticano cernitur. ſic ex Bulla didicimus, quã ad veritatẽ, & declarationem notauimus: *Pius Epiſc. ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perp. rei mem. Quarũlibet præſertim Cathedraliũ inſignium almæ Vrbis, et perſonarum in illis diuinis laudibus inſiſtentium cõmodum, & utilitatẽ intendens, nonnunquã beneficia in eis conſiſtentia ad diuini cultus, & miniſtrorũ Eccleſiaſt. augmẽtum, ac Eccleſiarum earundẽ ampliorem decorem, & venuſtatem ſupprimit, & extinguit; et illorum loco alia erigit, & inſtituit, ac deſuper diſponit, & ordinat, prout cõpenſatis circunſtantijs in Domino cõſpicit ſalubriter expedire. Cum itaq́ ſicut nobis plenè innotuit, licet alias fel. record. Alexander Papa VI. prædeceſſor noſter attendens, quod nonnulli ex perpetuis Cappellanis in Eccl. S. Mariæ maioris de dicta Vrbe, prout tenebantur in dicta Eccleſia nõ reſidebant, nec in illius choro deſeruiebant; ac præmiſſis occurrere volens, inter alia ſtatuerit, & ordinauerit, quod ex tunc de cætero perpetuis futuris tẽporibus tertia pars omnium, & ſingulorũ fructuum, redituum, & prouentuum Cappellaniarum in dicta Eccl. per illius Cappellanos, inibi non reſidẽtes obtẽtarum, inter reſidẽtes, ac diuinis officijs intereſſentes diuideretur, & illis aſſignaretur. Et poſt modum, quod tertia pars fructuum, redituum, & prouentuum huiuſmodi Cãtoribus dictæ Eccleſiæ pro eorum ſubſtentatione, & ſalario iuxta ipſius Eccleſiæ conſuetudinẽ daretur, & per eoſdẽ Canonicos perciperetur, ac conſuetudo huiuſmodi perpetuò obſeruaretur auctor. Apoſtol. decretum fuerit. Nihilominus tertia pars fructuũ, quæ eiſdem Cathedralibus integrè perſoluta non fuerit, neq́ perſoluatur, & dicti Cappellani, prout debent, et tenentur eidem Eccl. deſeruire, & apud illã reſidere, ac diuinis intereſſe nõ curent; Et propterea dicta Eccl. non modicũ detrimentum, & diuini cultus diminutionem patiatur. Nos attendentes, quod ſi dictæ Eccl. per Beneficiatos, & Clericos nuncupatos, vt Baſilicæ Principis Apoſt. & Eccl. S. Io. Lateran. de Vrbe deſeruitur, deſeruiretur, et in illa beneficia etiã Clericatus nuncupata, prout in Baſil. et Eccl. S. Ioannis huiuſmodi exiſtunt, erigerentur, & inſtituerentur; profecto in Eccl. ipſa S. Mariæ decẽ-*

S. Carol. Borromæus rogauit Pium Quartum vt reditus Cappellanorum vniret.

Bulla Pij IV.

Alexandri Sexti decretum de Cappellanijs huius Templi per Cappellanos nõ reſidẽtes obtentis.

Inſtitutio Beneficiatorum, & Clericorum, prout in Baſilica, & Eccleſia S. Ioannis.

tius, & laudabilius deſeruiretur, et diuinus cultus nec nõ miniſtrorũ numerus ad diuini nominis laudem, et gloriã augeretur. Nos qui dudũ inter alia voluimus, quod ſemper in vnionibus cõmiſſio fieret ad partes vocatis quorũ intereſſet, quiq́ dictã Eccl. S. Mariæ non minori deuotione, quàm Baſilicam, & Eccl. S. Ioannis huiuſmodi proſequimur illius diuinus cultus augmento, ac decori, et venuſtati conſulere volentes, motu proprio, nõ ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra vera deliberatione, & Apoſt. poteſtatis plenitudine, Vnã de Capuccinis ſub S. Laurentij, & S. Barbaræ per ſex, & aliam de Vaſchis ſub S. Hieronymi per tres, & aliã Dõna ſub SS. Angeli, & Petri ad Vincula per duos, ac aliã ſub S. Franciſci etiã per tres perpetuos Cappellanos regi ſolitas, & aliã de Ruſticis ſub eiuſdẽ S. Hieron. ac aliã del Preſepio, ac aliã Strigon. ſub ipſius S. Hieron. nec non aliã ſub SS. Iacobi, et Sebaſt. & aliã ſub S. Nicolai, et aliã ſub Viſitationis, & aliã ſub S. Luciæ, & aliã ſub eiuſdẽ S. Mariæ, et S. Helenæ, et aliã ſub S. Andreæ, et aliã ſub S. Saluatoris, et aliã ſub ipſius S. Mariæ, aliàs della Madõna, et aliã ſub eiuſdẽ S. Angeli, et aliã ſub S. Matthæi et aliã ſub S. uel eiuſdẽ B. Mariæ della neue nuncupatã, et aliã ſub S. Annæ, et aliã ſub S. Ioan. decollati nuncupat. et aliã ſub ipſius Cõceptionis, necnon reliquã ſub SS. Iacobi, et Sebaſt. inuocationibus perpetuas ſine cura Cappellanias in dicta Eccl. S. Mariæ, per quoſcunq́, et quibuſuis modis, et formis fundatas, et inſtitutas; quorũ omnium ueriores inuocationes, qualitates, denominationes, nec nõ fructuum, redituũ, et prouentuum ſecundũ communẽ æſtimationem veros annuos valores, illarumq́ fundatorũ, & illas ad præſens obtinentium nomina, & cognomina, gradus, & qualitates etiamſi eorum aliqui S. Rom. Eccleſ. Cardinales fuerint præſentibus haberi volumus pro expreſſis etiamſi, &c. ac illarũ loco in eadẽ Eccleſia S. Mariæ ex de Capuccinis, & Vaſchis nuncupatis tria, ac ex ſub S. Franciſci etiã tria, & ex ſub SS. Iacobi, & Sebaſtiani vnũ, et ex ſub S. Nicolai etiã unum, & ex Dõna nũcupata duo, & ex ſub Viſitationis ſimiliter vnum, & ex ſub S. Luciæ etiã vnum Beneficiata, & ex de Ruſticis nuncupata vnum. & ex ſub eiuſdẽ S. Mariæ, & S. Helenæ unum, & ex ſub S. Andreæ vnũ, & ex ſub S. Saluatoris vnum, & in ſub ipſius B. Mariæ, aliàs della Madõna vnũ, & ex del Preſepio vnum, & ex Strigon. nuncupatis vnũ, et ex ſub S. Bernardini, et ex ſub S. Mariæ Magd. vnũ, & ex ſub S. Angeli, et ex ſub S. Matthæi vnũ, et ex ſub S. Mariæ della neue, et ex ſub S. Annæ, et ex ſub S. Ioan. decollati nuncupat. & ex ſub Conceptionis vnũ, & ex ſub S. Iacobi, & ex ſub S. Sebaſtiani inuocationibus Cappellanijs prædictis etiã vnum alia

Pius IV. Alexandri decreta reuocat, & nouum condit.

Cleri-

*Clericatus nuncupanda perpetua ſimplicia benefi-
cia Eccleſiaſtica pro totidē Clericis in ea perpetuis
beneficiatis, Clericis nuncupandis, ac in eadē Ec-
cleſia S. Mariæ vltra illius menſam capitularem
vnā Miſſam omnium, & ſingulorū fructuum,
&c. pro diſtributionibus Beneficiatorū in Eccle-
ſia S. Mariæ huiuſmodi auctoritate, & tenore
prædictis erigimus, & inſtituimus, ac illa pro do-
te, ac ſubſtentatione, ac diſtributionibus quotidia-
nis huiuſmodi omnia, & ſingula fructus, reditus,
&c. Cappellaniarum huiuſmodi, ac alia earum,
res, & bona etiā immobilia applicamus, & appro
priamus, &c. Quodq́ collatio, & prouiſio, et quæ-
uis alia diſpoſitio beneficiorū huiuſmodi pro dua-
bus tertijs, & pro alia partibus ad eoſdē Capitulū
ſpectent, & pertineāt. Ita quod ille pro duabus per
Archipresbyterū, & pro alia hebdomadis per Ca-
pitulū prædictis fieri debeant. Hæc verò omnimo-
da iuriſdictio, & ſuperioritas in ſpiritualibus, &
tēporalibus in Beneficiatos etiā Clericos nuncupa-
tos eiuſdē Eccleſiæ S. Mariæ pro tempore exiſten-
tes, ac illorum correctio, & viſitatio ad Archipre
sbyterum, & Capitulum præfatos, prout Benefi-
ciatorum, & Clericorum nuncupatorum in dicta
Baſilica cōmotio, & viſitatio, ac iuriſdictio, &
ſuperioritas in eos ad illius Archipresbyterum pro
tēpore exiſtentem, & dilectos filios Capitulū perti
nent, pertineant auctoritate, & tenore prædictis
etiā perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, & Archi
presbytero pro tēpore exiſtenti, ac Capitulo Eccleſiæ
S. Mariæ, huiuſmodi ad inſtar Archipresbyteri,
& Capituli Baſilicæ S. Petri huiuſmodi ſuper præ-
miſſis omnibus, & ſingulis, nec non circa diuino-
rum celebrationē, & aliorum adminiſtrationem
in eadē Eccleſia, ac qualitatē Beneficiatorum etiā
Clericalium nuncupatorū, & officialiū prædicto-
rum illorum perſonas, nec non diſtributiones fru-
ctuum, & diſtributionū quotidianarum, nec non
dictorum Officialium, & aliorum Miniſtrorum
ſalaria, & emolumenta, ac alia Beneficiatos, &
Clericos nuncupatur huiuſmodi cōuenientia quæ-
cunq́ ſtatuta, & ordinationes licitas, & honeſtas
condendi, & promulgandi, ac prout qualitas tēpo-
rum exegerit, & expediens viſum fuerit refor-
mandi, & innouādi, eaq́ de nouo faciendi plenā,
& liberā facultatē cōcedimus. Nec nō quaſcunq́
collationes, prouiſiones, vniones, & alias diſpoſi-
tiones de beneficijs de nouo erectis, huiuſmodi pro
tempore vacantibus etiā per nos, aut Rom. Pont.
pro tempore exiſtentem, aut ſedē præfatam, etiam
cum præſentes renouari, ſuſpendi, annullari, aut
de ſurreptionis, vel obreptionis vitio in toto, vel
in parte notari non poſſe, neq́ debere, ſed validas,
& efficaces exiſtere, ſuosq́ effectus ſortiri etiam
abſq́ patronorū, & Cappellanorum ipſas Cappel-
lanias nunc, & pro tempore obtinentium conſenſu*

Applicatio fructuum, & redituum Cappellaniarum, ac aliarum rerum, & bonorum etiam immobilium ipſis Beneficiatis, & Clericis.

A *etiam ſi ipſi patroni, & Cappellani iam præmiſſis
contradixerint, vel in futurum contradicant, ac
præmiſſa, quoquomodo inpugnauerint, ſeu in fu-
turum impugnent, aut aliquam litem mouerint,
vel in futurū moueant, &c. ſublata eis quauis
aliter iudicandi, & interpretandi facultate, &
auctoritate iudicari, & definiri debere. Quocirca
Venerab. Fratribus noſtris Muran. & Amerin.
ac Feltren. Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta motu
ſimili mādamus, quatenus ipſi, uel duo, aut vnus
eorum per ſe, vel aliū, ſeu alios præſentes literas,*
B *ac in eis contenta huiuſmodi, vbi & quādo opus
fuerit, ac quoties pro parte Archipresbyteri, & Ca
pituli prædictorum, & aliorum, quos ipſæ præſen-
tes litteræ concernunt, & concernent in futurum
ſolemniter publicantes, &c. faciāt auctoritate no
ſtra litteras, & in eis contenta huiuſmodi firmiter
obſeruari. Nulli ergo omninò hominum liceat hāc
paginā noſtræ erectionis, inſtitutionis, applicatio-
nis, appropriationis, decretorum conceſſionis ....
caßationis, irritationis, euacuationis, declaratio-
nis, mandati, ſuſpenſionis, & derogationis infrin-*
C *gere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē
hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipo
tentis Dei, & Beatorū Petri, & Pauli Apoſtol.
eius ſe nouerit incurſurū. Datū Romæ apud S. Pe-
trū, anno Incarn. Dom. 1561. 12. Kal. Ianua-
rij, Pont. noſtri anno 2.* Plura de Beneficiatis, &
Clericis non tràdemus, ab illorū nominibus
abſtinentes, cum pars Capituli nō exiſtant.

DE CAPPELLANIS, ET EORVM MVNERE.

D
Caput III.

POSTEAQVAM oſtēdimus
quid ſit Beneficiatus, illud
conſequitur, vt breuiter di-
camus, quid ſit Cappellanus,
nonnihil de munere attin-
gentes. Igitur eſt intelligendum plura eſſe
Cappellaniarum genera, cum in Cathedra-
libus, tum in Collegiatis, Oratorijs, & id
genus alijs. Nam quidam non ſolum Miſ-
E ſam celebrare, ſed etiā ſtatutis diebus reſidere
debent. Alij tantum ſtatutis tēporibus ad rē
ſacrā celebrandam incūbere debent. Alij ali-
ter. De qua re vide Azoriū, qui tali pacto lo-
quitur: *Quærat aliquis quid miniſterij, &
officij obeat Cappellanus? Reſpondeo: Cappella-
nos in Eccleſijs, in quibus ſunt inſtituti, ſa-
cra facere, aut facienda curare certis hebdo-
madæ diebus, aut etiam ſingulis quibuſque,
vt Cappellæ inſtitutio poſtulat, aut ipſa conſue-
tudo requirit.* Huius Baſilicę Cappellani olim
fuerunt, vt diximus, extincti; poſtea an. 1587.

*Azor. inſt. mor. par 2. lib. 3. c. 8. q. 5. lit. E.
Gloſſ. in c. concedimus, de conſecrat. diſt. 1. cappellam.
Gloſſ. in Clem. 2. de decim.
Gloſſ. in Clem. in agro de ſtatu Monach.*

De Sixti Papæ Quinti Sacello, vide lib. 10.

Sixtus V. Pont. in Sacello Præſepij à ſe conſtructo, quatuor Cappellanos vnà cum quatuor Clericis Sacriſta, & Præpoſito ſuperiori conſtituit, velut ex Bullæ verbis deprehenditur: *Motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtra, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine in Cappella noſtra prædicta vnam Præpoſiturã, quæ in ipſa Baſilica, ſecunda dignitas exiſtat, hoc eſt, prima poſt Archipresbyteralẽ pro vno Præpoſito; vtriusq; vel alterius Iurium Doctore, ſeu in Theologia magiſtro, & Presbyteratus ordine conſtituto, ac vnã Sacriſtiã pro uno Sacriſta, & quatuor perpetuas ſine cura Cappellanias pro quatuor perpetuis Cappellanis Presbyteris, & quatuor alia Clericatus nũcupanda perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica pro totidẽ alijs Clericis nuncupandis perpetuis Beneficiatis, quorũ ſiquidẽ Sacriſtæ, Cappellanorũ, & Beneficiatorũ, qui Clerici nuncupantur, dictus Præpoſitus caput exiſtat, ac in rebus, negotijs, & actibus per eos tractandis, & faciendis primũ, & digniorẽ locũ habeat. ibidemq; præſit, ac tã ipſe, quàm prædicti Sacriſta, Cappellani, & Beneficiati dictæ Cappellæ, prout inferius deſcriptũ erit, deſeruiant, Apoſt. auctoritate tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus.* De priuilegijs immunitatibus, reditibus & alijs ad fauorẽ pertinentibus ſatis dicta Bulla nos edocet: *Sixtus Epiſc. ſeruus ſeruorũ Dei. Glorioſæ, & ſemper Virg. genitricis Mariæ ſalutiferã fœcunditatẽ humiliter venerantes, &c. Datũ Romæ, apud S. Marcũ, anno Incarn. Dom. 1587. 5. Idus Iunij, Pont. noſtri anno 3.*

Inſignis Card. Toleti erga hãc Baſilicã pietas, & liberalitas.

Card. Toletus heredẽ hanc Eccleſiã inſtituit hac conditione, vt quæcunq; habebat, venderentur, & eorũ pretio tot locis mõtis non vacabilibus coëptis Cappellaniæ aliquot ad honorẽ glorioſæ Virg. erigerentur; ita tamen, vt quiuis ad centumaureos reditus aſcenderet. Sic enim in eius teſtamento: *In omnibus autem, & ſingulis ſuis bonis mobilibus, & ſtabilibus, præſentibus, & futuris, pecuniarum ſummis, ac reditibus Eccleſiaſticis, tã exactis, quàm non exactis, eidẽ tamen Illuſtriſ. D. teſtatori debitis, & deniq; vniuerſa hereditate ſua eius heredẽ vniuerſalẽ inſtituit, eſſeq; voluit, ac ore proprio nominauit Glorioſiſſimã Virg. Dei genitricẽ Mariã, & eius ſacratiſſimã imaginẽ exiſtentẽ in Baſilica S. Mariæ maioris de Vrbe, erga quã in omni ſua vita peculiarem geſſit deuotionis affectũ. Voluit, & mandauit, vt vniuerſa eius bona vnà cum tota ſupellectili in eius hereditate reperienda vendantur, & redigantur in pecunijs, quæ inueſtiantur in tot locis montium non vacabilium. Ex quorũ fructibus voluit, quod erigantur*

A *tot Cappellaniæ ſcutorum 100. monetæ in reditibus pro qualibet annuatim, ad quas præſentari debeant Clerici Sacerdotes bonæ exiſtimationis, & famæ ad electionem, & præſentationem Capituli dictæ Eccleſiæ, abſque interuentu alicuius alterius perſonæ, nec etiã Archipresbyteri nunc, & pro tẽpore exiſtentis dictæ Eccleſiæ: qui quidẽ Cappellani ad prædictas Cappellanias eligendi, & præſentandi teneantur, & debeant Miſſas celebrare, & in Altari, ac Eccleſia dictæ B. Mariæ maioris arbitrio dictorũ Capituli, & Canonicorũ deſerui-* B *re, & per ſeipſos quando potuerunt, vel ipſis legitimè impeditis arbitrio Capituli, & Canonicorum præfatorũ, per alios ab ipſis ſubſtituendos, & à dictis Capitulo, & Canonicis approbandos, celebrare tot Miſſas de B. Maria, quot idẽ Capitulũ ſtatuerit ad honorem tamen, & laudem eiuſdem B. Mariæ Virg. & pro refrigerio animarũ in purgatorio exiſtentium, ac ſalute animæ ipſius Illuſtriſ. Dom. Teſtatoris.* Poſtea an. Dom. 1597. menſe Maij. Capitulũ legitimè congregatũ Cappellanorũ numerũ cõſtituit, vna de one- C ribus determinans hoc pacto: *Nos Capitulum, & Canonici Baſilicæ S. Mariæ maioris de Vrbe, capitulariter in Domino cõgregati, Eccleſiæ ſeruitiũ ante oculos habentes iuxta Illuſtriſ. & Reuerendiſ. D. Franciſci Cardin. Toleti teſtatoris mentem, & præſentis bullæ D. noſtri D. Papæ Clem. VIII. diſpoſitionẽ, facultatẽq; nobis traditã infraſcripta decernimus. In primis ſacri Concilij Trid. decreto cohærentes, quia oportet Clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre, vt per decentiã habitus extrinſeci morum honeſtatẽ* D *intrinſecã oſtendant: Ideo ſtatuimus, vt quilibet Cappellanus deferat tonſurã, & honeſtũ habitum Clericalẽ ordini, & dignitati ſacerdotali congruentẽ, alioquin arbitrio noſtro iuxta ſacrorũ Canonũ, & Conciliorũ decreta puniatur. Itẽ ſtatuimus, ut ſinguli Cappellani quolibet mẽſe, ſaltẽ quindecim Miſſas ad honorẽ B. Dei genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ, & pro ſalute Illuſtriſſ. D. Frãciſci Card Toleti, animarumq; in purgatorio exiſtentiũ refrigerio, alternatim per hebdomadas celebrare teneantur.* Itidẽ Capizuccorũ familiæ Sacellũ, E veluti accepimus, Cappellanũ habet. nec non illud S. Leonis Papæ ad Ferrerios pertinens, quod ex Bulla Sixti V. apparet. Iulia Colũna Zagarolæ Dux, Altari Annũciatæ Cappellanũ inſtituit. Hic omittimus Sfortiæ, atq; Cæſiæ familiæ Cappellanos; nec non illũ Patriciorũ; atque duodecim Cappellanos vnà cũ Præpoſito, quatuor Clericos, & alios Miniſtros, magnificè à Paulo V. Pont. conſtitutos pro B. Virg. Sacello, ab ipſo à fundamẽtis extructo; nã ſuo loco ſingillatim attingemus.

Præclarum huius Baſilicæ Capituli, & Canonicorũ ad Cardinalis voluntatẽ exequendam ſtatutum.

FINIS LIBRI QVARTI.

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER QVINTVS.

AVCTORE
ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE VETERI, NOVOQVE HVIVS Baſilicæ ſitu, ac conſtitutione.

CAPVT PRIMVM.

DE Archipresbyteris, atque Vicarijs, & Canonicis negocio abſoluto, nec nō Beneficiatis vnà cum reliquis; ſuccedit, vt priſcam Baſilicæ formam, ſimul cum Sacellis oſtendamus, quò in delineatione deprehendantur. Poſtea vetera cœnobia, & Eccleſias deſcribemus vnà cū pijs locis, qui circa hanc Baſilicam extiterūt. Hinc ad præſentem illius ſtatum properabimus, formam explanantes, ad quam Paulus Quintus Pontifex maximus redegit. & quidem primo externa quatuor partium attingemus. tum interna ingreſſi, ante omnia de maiori naui agemus; poſtea de duabus minoribus, ſimul Sacella oſtendendo, quæ ibi reperiuntur, vnà

A cum Auctoribus; quod etiam de antiquis fiet ſuis ſub numeris, quò in delineationibus reperiantur; nec non etiam Pontificum Romanorum, atque Cardinalium ſepulchra. Hic non agetur de ijs, qui fabricis hanc Eccleſiam auxerunt, ſed ad eum locum reijcimus, in quo præſentis ſtatum explanabimus.

Anterior Templi facies.

Ergo, vt initium faciamus: Hæc Baſilica Orientem verſus reſpicit: in cuius anteriori parte celeberrimum niuis miraculum, quod Liberio Papa ſedente contigit, veteris operis elegantia, multiplici colorum varietate,
B auroque reſplendet. ad illam per amplam porticum ingredimur, in qua ad leuam turris ſeſe campanarum attollit, quæ Baſilicæ adiuncta, Canonicis olim, alijsque Presbyteris hoſpitium præbebat. Ad dextrum latus pariter ædes ad idem cernuntur. Sed olim

Turris campanarum.

 amplio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A ampliores fuerunt, ſicut etiam circa Baſilicam. Aditus per tres portas datur, quæ omnes maiori naui reſpondent. quanquam eſt aduertendum in medio Baſilicæ, olim Portam fuiſſe nomine, Reginam, nimirum quia per multos annos ſuper ipſam glorioſæ Virginis imago à Sancto Luca depicta ſtetit, eodem in loco, quo hodie Sancti Leonis Papæ aram intuemur. Hæc Baſilica in tres naues diuiſa, quadraginta magnis columnis ex vario marmore conſtantibus exornatur: quarum venuſtatem, ac ſplendorem auget B pauimentum his temporibus elegantiſſimè ſtratum. In nauis maioris medio duo ſuggeſtus extiterunt; in quorum altero Epiſtolam decantabant, in altero Euangelium, quos & ipſi vidimus; nec ab ijs diſcrepabant, qui hodie in Sancto Laurentio extra muros cernuntur; perpolitè conſtructi ex marmoribus, & porphyreticis lapidibus, quos Sixtus Quintus auferri iuſſit. Addit Honuphrius fuiſſe ab Alexandro Tertio conditos. *Pulpita in medio Eccleſiæ lapidea varijs marmoribus* C *porphyreticis viridibus lacedæmonijs ornata pro Epiſtola, & Euangelio decantandis, Alexander Tertius Senenſis fabricauit*. Ex his ad Presbyterium ibant, olim ante aram maiorem poſitum, & maioris nauis latitudinem occupabat, atque intus duo ciboria includebat, quæ poſtea fuerunt extructa; & vſque ad hæc tempora chori ſitus apparet, qui gradu vno ſupra pauimentum ſe effert. In maioris nauis capite Baſilicæ Crux eminebat, per quam ad maius Altare ex vtraque minori naui ibat, D Tribunam vndique diuiſam relinquentes; in cuius prima parte Archipresbyteri ſedes, vel Cardinalis celebrantis perſtabat: & ex ea parte, in qua noſtra tempeſtate duo oſtia cernuntur, quæ Vrbem reſpiciunt, olim duo Altaria aderant. atque hæc ſatis ſit de veteri conſtitutione delibaſſe. Illud tamen eſt addendum ante Calliſti Tertij, & Alexandri Sexti Pontificatus, nunquam tectum habuiſſe tabulis, atque auro exornatum; E nec in minoribus nauibus concamerationes apparuerunt ante Cardinalem Rothomagenſem.

Præter tres portas, quæ hodie cernuntur, quarta etiam olim fuit, cui nomen Regina.

Suggeſtus ad Epiſt. Euangeliumque decantandum.

De ſeptem Eccleſ. Vrb.

DE HVIVS BASILICAE

ANTIQVIS SACELLIS,

Oratorijs, Aediculis, atque Altaribus.

Caput II.

LIBERIVS PAPA occaſione conſecrationis Eccleſiæ, à fundamentis Præſepij Sacellum extruxit; ſicut in antiquo libro manuſcripto legimus, cuius titulus eſt; Liber paſſionum Sanctorum Martyrum: in eo fœnum, & Præſepij partem reponens, in qua Chriſtus infans collocatus fuit. ex quo intelligitur, Præſepis Sacellum eodem tempore fabricatum eſſe, quo ædificata, & conſecrata Eccleſia fuit Ioannis Patritij, & vxoris expenſis, quod ad confirmationem ſic demonſtrant: *Quam Baſilicam præfatam idem Pontifex in honorem Dei, & Beatiſſimæ Mariæ Virginis conſecrauit; in qua quidem Præſepium, cunabula, fœnum, & pannos noſtri Redemptoris in eiuſdem Præſepis Altari miro ordine reuerenter cum multis alijs Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum reliquijs, quorum nomina ſuperuacaneum eſt nominare, collocauit.*

Poſtea circa annum Domini 498. Symmachus Oratorium ędificauit ad Martyrum Coſmi, & Damiani honorem, ſicut Anaſtaſius teſtatur: *Idem ad Sanctam Mariam Oratorium Sanctorum Coſmi, & Damiani à fundamento conſtruxit*. Hic eſt obſeruandum temporum iniuria, aliud monumentum ad nos Sacellorum, Altarium, &c. non perueniſſe vſque ad annum 1321. in quo Iacobus Cardinalis Columna floruit, qui non planè contentus, dum viueret, hanc Eccleſiam amplificare, etiam poſt mortem auxit, velut ex teſtamento deprehenditur, in quo illam omnium prorſus, quæ ſui iuris erant, heredem inſtituit: quod ex manuſcriptis in Archiuio patet: *Prædia quoque ſuburbana bona obtulit, ac vineas, aliaque bona in Vrbe, & Caſtrum Pyri in Romandiola*. Ex quibus etiam cognoſcitur varia Sacella à fundamentis erexiſſe: *Iacobus, & Petrus de Columnis Cardinales primam Eccleſiæ extructionem exprimentes, multaque Sacella, ac alia ornamenta piè extruxerunt. Tantum onus impoſuit, vt Capitulum, & Canonici perpetuò ſex Sacerdotes*

Præſepis Sacellum Liberius extruxit.

Symmachus oratorium ædificauit.

In vita Symmachi Papæ.

Iacobus Cardinalis Columna etiam post mortem, auxit hanc Eccleſiam.

Vide teſtamentum Iacobi Card. in Archiuio huius Baſilicæ. De vita Iacobi Card. in vita Bonifacij Octaui.

dotes alerent; quorum quatuor ſacrificium quotidie celebrarent in ſancti Ioannis Sacello ab ipſo constructo; reliqui quotidie ſacra facerent in Nicolai Quarti Sacello ab, eodem Iacobo Cardinali condito, quod eſt Baſilicæ Tribuna, & pro choro inſeruit, qui ante in medio maioris nauis per ſtabat. Quę omnia diſtincte ex teſtamẽto cernuntur: *Quod præfatum Capitulum, & Canonici perpetuò in dicta Baſilica habebunt, & tenebunt, & habere, & tenere teneantur ſex Presbyteros, quorum quatuor teneantur quotidie celebrare Miſſas in Cappella dicti Domini Cardinalis. Alij verò duo celebrare quotidie teneantur in Cappella ſanctæ memoriæ quondam Sanctiſſimi Patris Domini Nicolai Papæ Quarti, quam dictus Dominus Cardinalis ædificari fecit ob reuerentiam, & memoriam prædicti Sanctiſſimi Patris Domini Papæ, vt continuò celebretur ibi Miſſa pro anima ſua. Reſiduum namq; quod ſupereſt ex fructibus, prouentibus, redditibus dictorum Caſtri Caſalis detractis, & deductis ex ſuis beneficijs, cum fructibus, redditibus, & prouentibus, dictis ſex Presbyteris distribuantur, & diſpenſentur pro anniuerſario faciendo annuatim pro anima dicti Domini Cardinalis.*

Ciaccon. in vita Clemen. VI. à quo fuit creatus Card. in 4. Cardin. creatione, an. 1350. obijt 7. Kal. Augusti, 1368. Vrb. V. anno 6.
Nicolaus Cardinalis Capoccius ædificauit Sacellum S. Laurentij.

Nicolaus Cardinalis Capoccius, qui fundauit, & dotauit Collegium appellatum Peruſina ſapientia; in eadem Eccleſia Sacellum Sancti Laurentij Martyris ædificauit, nec non duodecim Cappellanis ditauit, atque alijs ornamentis diuino cultui accommodatis: velut ex teſtamento, quod in Archiuio conſeruatur: *In nomine Domini Amen. Anno Domini 1373. die verò vndecima menſis Nouembris, Ego Ioannes Ferandi executor bonæ memoriæ D. Nicolai Cardinalis Capoccij, hic inuentarium de infraſcriptis paramentis, & alijs ornamentis, quæ ſunt deputata ad ſeruitium diuini cultus Cappellæ constructæ, ſiue dotatæ in hac ſacra Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris, ſub vocabulo ſancti Laurentij, per præfatum bonæ memoriæ Cardinalem ſupradictum, ſcribi feci, ad perpetuam rei memoriam.*

Agapitus Card. Columna duos Sacerdotes conſtituit.
Teſtamentum habetur in Archiuio huius Baſilicæ.
De rebus geſtis huius Card. vide Ciacc. in vita Vrbani VI. à quo fuit creatus Card. an. 1378. in prima creatione, obijt Idibus Octobr. an. 1380

Nec Agapitus Columna Cardinalis, tit. S. Priſcæ, ſuorum veſtigia deſeruit; quando etiam ipſe duos Sacerdotes Virginis Altari conſtituit: *Item volo, & mando, quod infraſcripti mei executores, ac meæ vltimæ voluntatis teneantur, & debeant vendere de bonis meis hereditarijs tantum, quantum poſſent, ex pretio inde recipiendo, emere tot poſſeſſiones, & bona, quod in Altari illo, quod eſt ſubtus imaginem Virginis poſſint, & debeant viuere duo Cappellani perpetui, quorum quilibet habeat ad minus in redditibus annuis florenos auri quadraginta. Item volo, & mando quod præſentatio ipſorum Cappellanorum fiat, & fieri debeat per executores meos, dum viuent, & poſt mortem eorum præſentatio pertineat ad Priorem ſanctæ Mariæ Maioris.*

Franciſcus Landus Card. Sacellum conſtruxit.
De reb. geſt. Cardin. Landi. vide Ciacc. in vita Ioan. xxij. dicti xxiij. à quo creatus fuit Card. in prima ordin. anno 1411. obijt Romæ, 7. Kalen. Ianuarij. 1423. ſub Papa Martino Quinto.

Franciſcus Landus Cardinalis Venetus, tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem, pari pietate Sacellum conſtruxit ſanctiſſimæ Aſſumptioni, & ſancto Franciſco Confeſſori dicatum: *Sepulturam mei corporis, dum ab hac luce me migrare contigerit, in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe eligo, ſepulchrum vnum, in quo corpus meum, poſtquam ab hac luce deceſſerit, reponi iubeo, atque volo fabricari, & ædificari. & inſuper poteſtate Apoſtolica prædicta deſiderans, vt in ipſa Eccleſia diuinus cultus augeatur, ad laudem, & gloriam, & honorem indiuiduæ Trinitatis, glorioſiſſimæque Virginis Mariæ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ac Franciſci Confeſſoris prædictorum, totiuſque cæleſtis Curiæ fieri feci vnã Cappellam, cum Altari, iuxta Altare maius dictæ Eccleſiæ verſus latus ſiniſtrum, quo Euangelium cantatur; ipſamque Cappellam ſub nomine, & vocabulo Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & ſancti Franciſci Confeſſoris decreui intitulandam fore, & ex nunc tenore præſentium intitulo. Pro cuius Cappellæ dote, & fundatione conſenſu, & voluntate ſimilibus præcedentibus volui, & ordinaui, prout ordino, & volo ea, quæ ſequuntur. Primò volo, & ordino, quod in eadem Cappella ſint duæ Cappellaniæ perpetuæ per duos Cappellanos, vt infra dicetur præſentandos, inſtituendoſque, perpetuis futuris temporibus deſeruiendæ, vt in præfata Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris cultus diuinus, vt dictum eſt, augeatur; Pro quarum quidem Cappellæ, & Cappellaniarum dotatione conceſſi, & aſſignaui, ac præſentium tenore dono, concedo, & aſſigno domos infraſcriptas per me emptas, videlicet vnam Domum terrenam, &c. cum cameris infra ſe, & Portigali cooperto ante ſe cum horto poſitam in Campo Floræ, in Parrochia Sanctorum Laurentij, & Damaſi. Item vnam aliam domum terrenam ſolaratam, & tegolatam, cum cameris, &c. poſitam in loco, qui dicitur in Mercato equorum. Item vnam aliam domum in Parrochia .... in Platea Iudæorum, &c.*

Cappella ſub nomine Aſſumptionis B. Virg. & S. Franciſci.

Duæ Cappellaniæ perpetuæ per duos Cappellanos.

Sacella quatuor à Columnenſibus conſtructa.

In quatuor Baſilicæ angulis, quatuor Sacella viſebantur à Colũnenſibus fabricata, vt in manuſcripto apparet, cũ de ſepulchro Nicolai Quarti pertractat: *Nicolaus Quartus iacebat in terra propè portã minorem à latere Tribunæ: in hoc loco non erat porta, ſed Sacellum Dominorum Columnenſium, ſicut & in alijs*

tribus

Cardinalis Rothomagen. Sacellū extruxit.

tribus angulis Baſilicæ. Gulielmus Eſtouteuilla Cardinalis Rothomagenſis, an. 1483. à fundamentis conſtruxit Sacellum, atque dotauit, varijs hiſtorijs, & marmoribus adornans, quod etiam hodie cernitur: *Gulielmus Eſtouteuilla Cardinalis Rothomagenſis, anno 1483. in hac Baſilica Cappellam fundauit, ornauit, dotauitque*. Ioannes Archiepiſcopus Strigon. inſtituit, & dotauit Cappellanū pro Altari, & Sacello Sancti Hieronymi, nimirum vt perpetuò ibi ſacra faceret: *Ioannes Archiepiſcopus Strigonien. perpetui Cappellani do tem conſtituit, qui ad Altare Sancti Hieronymi celebraret*.

Ioan. Archiep. Strigon. perpetuam Cappellano dotem aſſignat.

Sacellum S. Hieron. dicatū liberalitate Stephani de Vaſchis extructum.

Stephanus Pauli Octauiani de Vaſchis Sacellum extruxit, & dotauit ſancto Hieronymo dicatum: *Stephanus Pauli Octauiani de Vaſchis fundauit, & dotauit Cappellam in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, ſub inuocatione Sancti Hieronymi, de anno circiter 1400. huius valoris ſcutorum centum viginti pro dote*.

Legimus pariter in hac Baſilica Sacellum Sancto Michaeli, & Petro ad Vincula extitiſſe: *Fuit in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe Cappella ſub inuocatione Sāцti Michaelis, & Sancti Petri ad Vincula*.

Nicolaus Viuianus. In Archiuio ſanctæ Mariæ ad Præſepe.

Nicolaus Viuianus Epiſcop. Theatinus, Sacellum fabricauit, atque dotauit ad honorem Viſitationis Beatæ Virginis: *Nicolaus de Viuianis Epiſc. Theatinus ædificauit, & dotauit Cappellam ad honorem Viſitationis Beatæ*

A *Mariæ Virginis, anno 1424. relicto Iurepatronatus familiæ ſuæ*.

Egregia Io. de Stephanis Normandi, eiuſque filiæ, erga B. Virginem liberalitas.
In Archiuio ſanctæ Mariæ maioris.

Ioannes de Stephanis de Normandis, teſtamento reliquit quingentos aureos florenos, vt in tali Eccleſia Sacellum conderent Sancto Siluestro dicatum, in quo pro ipſo ſemper celebrarent: & Thomaſa eiuſdem filia, eidem Sacello omnia iura dotis reliquit, velut ex Archiuio notatur: *Ioannes quondam Stephani de Normandis reliquit Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris florenos auri 500. de*
B *anno 1304. vt in ea fieret Cappella ſub nomine Sancti Siluestri, in qua celebraretur per proprium Cappellanum pro ipſius anima. Et Thomaſa item filia ipſius quondam Ioannis ex teſtamento reliquit omnia ſua dotalia pro dicta Cappella, de anno 1348*.

Altare vnà cum ciborio, in quo reliquiæ aſſeruantur, à Iacobo Capoccio conditum.

Altare, in quo reliquiæ aſſeruantur Iacobus Ioannis Capoccij, vnà cum ciborio extruxit:

IACOBVS IOANNIS CAPOCCII, ET VINIA VXOR EIVS FECERVNT
C FIERI HOC OPVS PRO REDEMPTIONE ANIMARVM SVARVM, ANNO DOMINI M. CC. LVI.

Sancti Gregorij Altare, vnà cum ciborio, in quo Seruatoris cunabula aſſeruantur, S.P.Q.R. condidit, vt infra.

Hactenus de veteri Baſilicæ conſtitutione ſimul cum alijs ad id ſpectantibus. modò de cœnobijs, & cæteris dicemus, quæ olim circa hanc Baſilicam fuerunt.

DE MO-

VETERIS LIBERIANÆ BASILICÆ ADIVNCTORVMQVE ÆDIFICIORVM VESTIGIVM
cum antiquo pauimento





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

568

VETERIS LIBERIANÆ BASILICÆ ADIVNCTORVMQVE ÆDIFICIORVM VESTIGIVM

DE MONASTERIIS,

ECCLESIIS, ET ALIIS SACRIS,

Pÿſque locis apud S. Mariæ Maioris Baſilicam.

Cap. III.

Vide Anaſtaſ. in vita Simplic. pag. 40. Onup. Platin. in vita ipſius. Baron. to. 6. ad annos 483

HÆc Baſilica à multis ſummis Pontificibus fuit Cænobis, atque Eccleſijs vndique decorata, vna cum pluribus Sacerdotibus, qui die, ac noctu in illa laudes matri Dei canerent: quod ex Simplicio Papa primo apparet, anno 467. vſque ad annum, 483. Etenim vbi hodie S. Antonij Abbatis Xenodochium cernimus, à fundamentis Eccleſiam S. Andreæ erexit. Licet autem nihil Auctores meminerint, tamen inſtitutum conſiderantes, ſatis probabile cenſemus, etiã Monaſterium ædificaſſe, de quo Anaſtaſius in vita Gregorij ſecundi, qui vixit anno 714 vſque ad 731. *Hic Gerontocomium, quod poſt Abſidem ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe ſitum eſt, Monaſterium inſtituit ſancti Andreæ Apoſtoli, quod Barbaræ nuncupatur, ad nimiam deductum deſertionem, in quo nè vnus quidem habebatur Monachus, adſcitis Monachis ordinauit, vt vtraque Monaſteria ad ſanctam Dei genitricem ſingulis d'ebus, atque noctibus Deo laudes canerent.*

Anaſt. Onuph. Plat. & manuſcript. Vatic. in vita Greg. II. Baron. tom. 9. ad ann. 716. in princ. nu. 6. Panuin. de ſept. Eccl. pag. 241. de illo Monaſt. loquens adducit Anaſt. Gerontocomiũ, & sãcti Andreæ Monaſterium.

Hadrianus Pontifex, anno 778. determinauit vt Monaſteria circa hanc Eccleſiam ædificata die ac noctu diuinas laudes decantarent. exquo colligitur talem Baſilicam varijs Oratorijs, & Eccleſijs circũdatam fuiſſe: & Anaſtaſius in vita Hadriani deſignat. *Et conſtituit in Baſilica ſanctæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ ad Præſepe, & in cæteris Monaſterijs ibidem conſtitutis, Deo die, nocteque canentes ſolitas dicere laudes.*

Anaſt. Honuph. & Plat. in vita Hadriani Papæ. Baron. tomo 9. ann. 778.

De his duobus Cænobijs vix aliquem ad huc qui meminerit inuenimus; & Onuphrius Panuinus, qui ab hinc quadraginta annis de ſeptem Vrbis Eccleſijs ſcripſit, dum ad hæc peruenit, inquit nihil memoria dignum eruiſſe; vbi etiam veſtigia oſtendit his verbis: *De quibus Monachis nihil præterea memoratu dignum inueni. Horum Monaſteriorum adhuc veſtigia ſuperſunt.*

Panuin. de ſept. Eccl. pag. 241.

At nos, haud exigua diligentia adhibita, quo magis veritas pateret, cõperimus ſancti Andreæ Apoſtoli templum à Simplicio conſtructum vnà cum Monaſterio. Noſtris temporibus cernitur locatum eſſe in S. Andreæ Hoſpitali, haud longè à Baſilica, velut in Tribuna opere muſiuco legitur, quamquam ſatis eroſis carminibus. Quia verò Platina, dum viueret integra adnotauit, ex illo hic tranſcripſimus.

Platina in vita Simplicij.

HÆC TIBI MENS VALIDE DECREVIT PRÆDIA CHRISTE,
CVI TESTATOR OPES DETVLIT ILLE SVAS.
SIMPLICIVSQVE PAPA SACRIS CÆLESTIBVS APTANS
EFFECIT VERE MVNERIS ESSE TVI.
NEQVOD APOSTOLICI DEESSENT LIMINA NOBIS
MARTYRIS ANDREÆ NOMINE COMPOSVIT
VTITVR HÆC HÆRES TITVLIS ECCLESIA IVSTIS,
SVCCEDENSQVE DOMO MISTICA IVRA LOCAT.
PLEBS DEVOTA VENI, PERQVE HÆC COMMERCIA DISCE
TERRENO CENSV REGNA SVPERNA PETI.

Nos cum de hac Eccleſia & eius conſtitutione in libro Militiæ Eccleſiæ Romanæ dicturi ſimus, duximus prætereundum, illo tantum contenti, ſi oſtenderimus, talem Eccleſiam S. Franciſci tempeſtate pro Xenodochio deſeruiſſe; in quo ipſe fuit humaniter vnà cum ſocijs exceptus, ſub Innocentio III. Pontifice. Atque etiam nunc perdurat, eiuſq. dominium, & regimen regulares Canonici Viennenſes à Bonifacio Octauo conceſſum, anno 1297. tuentur.

Alterum Monaſterium per Gregorium ſecundum Pontificem fabricatum, de quo ſæpius eſt dictum, noſtra tempeſtate vidimus, cuius ſitum partim ijdem Canonici Viennenſes vna cum Eccleſia à Petro Card. Capoccio ædificata, partim Horti Cardinalis Montalti retinent. Fuit etiam olim Monialium Cænobium ordinis S. Damiani ſub titulo S. Andreæ de frattis, circa annum Domini 1272. ab Ottobono Cardinali fundatum, cum Græcos Romam confugientes exciperet, & rebus ad victum neceſſarijs foueret. Sic ex publico Archiuij Inſtrumento, vel certè bulla erectionis huius Monaſterij. *Sanctus Andreas de Frattis prope ſanctam Mariam Maiorem. In hac Eccleſia fuit olim Mona-*

Anaſt. in vita Gregorij Secundi. Onuphr. in loco citato. Card. Sirlet. in tract. huius Baſilicæ.

Monialium cœnobium ab Otho Bono Car. ædif.

Monaſterium Monialium ordinis S. Damiani, quæ Moniales fuerunt ibi collocatæ ab Othobono Cardinali tit. S. Adriani, cum fugiſſent Romam de Romania circa ann. Domini 1272.

Eodem anno orta eſt lis inter Moniales ordinis S. Damiani ac fratres minores, occaſione ex regula S. Damiani deſumpta; cuius exitus fuit, vt eas Gregorius X. ad illam S. Auguſtini transtulerit, quam S. Sixti Moniales retinebant. Inſtrumentum vel Bulla huius translationis in Archiuio S. Mariæ Maioris conſeruatur. quo tempore itidẽ Monaſterium fuit Othobono commendatum, & eius curæ commiſſum. Quare eodem tempore auctoritate Apoſtolica erector & protector extitit. Bullæ ſententia hæc eſt. *Cum inter Moniales ordinis ſancti Damiani & fratres minores orta fuiſſet lis occaſione dictæ regulæ S. Damiani, fuerunt à Gregorio Decimo translatæ ad regulam S. Auguſtini, quam obſeruabant Moniales S. Sixti, vt legitur in Inſtrumento reperto in Archiuio S. Mariæ Maioris, confecto de anno 1272. & conſtitutæ ſunt ſub protectione dicti Octoboni Cardinalis.*

Ex Inſtrumento ſeu Bulla in Archiuio S. Mariæ Maioris.

DE ALIQVIBVS ECCLESIIS, ATQVE

Cœnobijs ad hanc Baſilicam ſpectantibus.

Caput IIII.

Eccleſiæ ſanctæ Luciæ in ſilice, eiuſque redituum conceſſio huic Baſilicæ à Greg. XI. Auenione facta.

GREGORIVS pariter Vndecimus, maxima dum viueret hác Baſilicam reuerentia proſequebatur; Etenim dum Auenione eſſet, ei Sanctæ Luciæ in Silice Eccleſiam, redituſque conceſſit: *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis, prudentia circumſpecta ad ea ex Apoſtol. ſeruitutis officio libenter intendit, per quæ Eccleſiarum vtilitatibus prouidetur. Cum igitur Eccleſia ſine cura ſanctæ Luciæ ſita iuxta Eccleſiam Beatæ Mariæ Maioris, de Vrbe, quam Venerabilis frater noſter Stephanus Epiſcopus Brixien. tẽpore promotionis per nos factæ de ipſo ad Eccleſiam Brixen. tunc vacãtem obtinebat, per huius modi promotionem & munus conſecrationis eidem Stephano de mandato noſtro apud Sedem Apoſtolicam impenſum vacauerit, & vacet ad præſens, nullusque præter nos hac vice de dicta Eccleſia S. Luciæ diſponere potuerit, neq; poſſit pro eo quod nos diu ante vacationem huiuſmodi omnes Eccleſias, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, tunc apud ſedem prædictam vacantia, & in antea vacatura collationi & diſpoſitioni reſeruãtes, decreuimus, &c. ſicut accepimus in dicta Eccleſia officia diuina minimè celebrentur, dictaque Eccleſia ſanctæ Mariæ minetur ruinam, & ad eius reparationem propriæ ipſius Eccleſiæ facultates, &c. Nos dilectorum filiorum Prioris, & Capituli Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſupradictæ, quæ ſæcularis eſt, ſupplicationibus inclinati, prædictam Eccleſiam S. Luciæ ſic vacantem, cuius fructus, reditus, & prouentus duodecim florenorum auri circiter valorem annuatim, vt aſſeritur, non excedunt, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, iiſdem Priori, & Capitulo, ac Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris, ex nunc auctoritate Apoſtolica incorporamus, annectimus perpetuò, & vnimus, ita quod liceat eiſdem Priori, & Capitulo corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ ſanctæ Luciæ, & pertinentiarum prædictarum per ſe, vel alium, ſeu alios auctoritate propria apprehendere, & retinere; ipſamque Eccleſiam Sanctæ Luciæ licitè in perpetuum retinere, fructuſque ipſius in vtilitatem ipſius Eccleſiæ maioris conuertere, cuiuſcunque licentia minimè requiſita. Non obſtantibus felicis recordationis Vrbani Papæ Sexti prædeceſſoris noſtri, & alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis contrarijs, &c. Datum Auenione, nono Kalendas Nouembris, Pontificatus noſtri, anno primo.*

Fuit huius Baſilicæ etiam S. Pudentianæ Eccleſia vnà cum domicilijs ad eam ſpectantibus, quamquã antiquitus titulus Cardinalium eſſet, & ſi nonnullis credimus iam inde à S. Petri temporibus. & ſane quod hanc Eccleſiam tenuerit vſq; ad tertium Pij Quinti Pontificis annum, id clare ex Bulla colligitur, per quam idem Pontifex à Capitulo bona, & Eccleſiam aufert, atque Pænitentiarijs adſcribit: ſic enim loquitur. *Vt autem ipſis ſex Pœnitentiarijs, & duobus Conuerſis de communi, & quantum fieri poſſit propinqua habitatione conſulatur, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ædes, quæ intrantibus à dextra parte Eccleſiæ Sanctæ Potentianæ conſtant, & ad ſeptentrionem ſpectant, quas nuper in eos vſus aptandas curauimus cum veſtibulis, & viridario ad valuas dictæ Eccleſiæ, ac omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis à reliqua proprietate, & rebus menſæ Capitularis prædictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris, ipſiuſque Eccleſiæ, & ſingulorum illius beneficiorum, & præbendarum pro perpetuo vſu, & habitatione prædictorum ſex Pænitentiariorum, & duorum Conuerſorum, ſeu Tertiariorum etiam ſine conſenſu*

Pius Quintus S. Pudentianæ Eccleſiam capitulo ſanctæ Mariæ Maioris ademit.

Habebat apud Pœnitentiarios huius Baſilicæ.

Hæc Eccleſia S. Pudentianæ à Paulo III. Papa fuit eidem capitulo ſimul cum Eccleſia S. Euphemiæ per bullam conceſſa eiuſdem Pontificis.

ſenſu

ſenſu dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli eiuſdem Eccleſiæ, ac ipſis omninò contradicentibus perpetuò diſmembramus, & ſeparamus, illaſque cum eiuſdem veſtibulo, viridario iuribus, & pertinentijs prædictis ſex Pœnitentiarijs, & duobus Conuerſis, aut Tertiarijs pro huiuſmodi habitatione, & vſu perpetuò concedimus, &c.

Aucti huius Baſilicæ reditus noua S. Bibianæ Eccleſiæ eiuſque redituum acceſſione.

Anno Domini 1439. Eugenius Papa Tertius, cum iuſtis, ac pijs de cauſis diſpoſuiſſet, vt ſanctæ Bibianæ Cœnobium extingueretur, Sanctæ Mariæ Maiori Eccleſiam & reditus conceſſit; quamuis prius idem beneficium in Monaſterium Sancti Sebaſtiani extra muros fuerit tranſlatum. Quarum rerum hucuſque poſſeſſionem conſeruat. nos ad rei cõfirmationem aliqua ex reſcripto annotabimus: *Nos in quorum manibus hodie dilectus filius Franciſcus Abbas præfati Monaſterij ſancti Sebaſtiani ex certis rationabilibus cauſis ad id animum ſuum mouentibus, applicationi, conceſſioni, donationi, & appropriationi poſſeſſionum, terrarum, caſalium, vinearum, domorum, pratorum, bonorum, ac cenſuum huiuſmodi illorum per eum poſſeſſione non adepta, ac tranſlatione per Epiſcopum huiuſmodi minimè facta, per dilectum filium Bartholomæum de Verſis, Canonicum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris ſponte, & liberè ceſſit; quique ceſſionem huiuſmodi ducimus admittendam, tenore præſentium ex certa ſcientia ſuppreſſionem, extinctionem, ac reſeruationem confirmantes, & in ſuo robore permanere debere decernentes, nec non applicationem, conceſſionem, donationem, & appropriationem prædictas reuocantes, ac ſuper præmiſſis ſtatui, & conuerſationi dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſalubriter prouidere volentes, Nicolai Cardinalis, ac Capituli præfatorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus diſpoſitis circa ſtatum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ huiuſmodi dumtaxat auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem ipſam vera eſſe reperieris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, omnia, & ſingula terras, poſſeſſiones, caſalia, vineas, domos, prata, bona, atque cenſus, Monaſterio ſancti Sebaſtiani donata, conceſſa, & applicata huiuſmodi; quæ omnia per eorum qualitates, quantitates, valores, vocabula, atque confines præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quorumcunque centum & quinquaginta eidem menſæ Capitulari, cuius ducentorum, & quinquaginta florenorum auri de Camera, fructus, reditus, & prouentus ſecundum communem æſtimationem valorẽ annuum vt ipſi aſſerunt, non excedunt, pro ſupplemento defectus quotidianarum diſtributionum Canonicis dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, &c. Ita quod liceat ex tunc præfatis Capitulo per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem omnium, & ſingulorum menſæ tunc conceſſorum, & donatorum huiuſmodi auctoritate propria liberè apprehendere, & perpetuò retinere, &c. Datum Florentiæ, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, ſextodecimo Kalendas Martij, Pontificatus Noſtri anno nono.*

Guido Aſcanius Sforzia de huius Templi ædificatione optimè meritus.

Neque verò Guido Aſcanius Sfortia Cardinalis cernens Eccleſiæ indigentiam, piam manum abſtinuit. Si quidem voluit ſolita munificentia Archipresbyteralem Prębendam vnire, quæ illa ſanctæ Pudentianæ erat. de qua re cum Paulo Tertio Põtifice patruo agens, illum precibus exorans, gratiam obtinuit, quod ex Bulla comprehenditur. *Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, &c. Conſpicimus ſalubriter expedire ſanè vt dilectus filius Guido Aſcanius Sfortia ſancti Euſtachij Diaconus Cardinalis de ſancta Flora nuncupatus, Camerarius noſter, qui Archipresbyteratum Eccleſiæ Beatæ Mariæ Maioris eiuſdem Vrbis ex diſpenſatione Apoſtolica obtinet, nobis nuper expoſuit reditus, & prouentus fabricæ ipſius Eccleſiæ adeò tenues exiſtant, vt ad illius reparationem, & manutentionem non ſufficiant, ſi omnes, & ſinguli ſanctæ Pudentianæ, & ſanctæ Euphemiæ Eccleſiarum etiam de Vrbe, & illis forſan annexorum fructus, reditus, & prouentus dudum eidem Archipresbyteratui Apoſtolica auctoritate perpetuò applicati, & appropriati, ab eodem Archipresbyteratu ſepararentur, & diſmembrarentur, ac Eccleſiæ Beatæ Mariæ, & illius fabricæ huiuſmodi in reparationem, & manutentionem, ac decus, & ornamentum eiuſdem Eccleſiæ, ac diuini cultus in ea augmentum, nec non manutentionem Cantorum, & puerorum inibi diuinas laudes Altiſſimo decantantium per dilectos filios Capitulum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ conuertendi, perpetuò applicarentur, & appropriarentur; profectò ipſius Eccleſiæ Beatæ Mariæ decori, & ornamento, ac vtilitati, & neceſſitatibus opportunè prouideretur; cultuſque diuinus non ſolum in ea manuteneretur, ſed etiam non modicum ſuciperet incrementum. Quarè cum Guido Aſcanius Cardinalis, & Camerarius ſupplicauit, & præfati Capitulum nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt omnes, & ſingulos fructus, reditus, & prouentus huiuſmodi, qui trecentorum ducatorum auri de*

Camera,

Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, vt Guido Aſcanius Cardinalis, & Camerarius, ac Capitulum præfati aſſerunt, non excedunt, ab eodem Archipresbyteratu ſeparare, & diſmembrare, aliasque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica alijs vniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum æſtimationem prædictam etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret; & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſſet, Capitulum præfatos, & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, &c. Nec non fructuum, redituum, & prouentuum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, & fabricæ prædictarum veros annuos valores præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnes, & ſingulos fructus, reditus, & prouentus applicatos huiuſmodi ab eodem Archipresbyteratu, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ipſius Guidonis Aſcanij Cardinalis, & Camerarij ad hoc expreſſo accedente conſenſu, perpetuò ſeparamus, ac diſmembramus; ac Eccleſiæ Beatæ Mariæ, & fabricæ prædictis pro reparatione, decore, ac ornamento, ac illius, & Cantorum, nec non puerorum inibi diuinas laudes decantantium manutentione, diuinique cultus augmento perpetuò applicamus, & appropriamus, ita quod liceat Capitulo, & Canonicitis præfatis per ſe, vel alium, ſeu alios; omnes, & ſingulos fructus reditus, & prouentus ſanctæ Pudentianæ, & Euphemiæ Eccleſiarum, & annexorum eorumdem propria auctoritate liberè percipere, & perpetuò retinere; illoſque in reparationem, & manutentionem, decus, & ornamentum, nec non vtilitatem Eccleſiæ Beatæ Mariæ, & fabricæ, & Cantorum, & puerorum prædictorum manutentionem, & alios eis beneuiſos vſus conuertere cuiuſuis licentia ſuper hoc minimè requiſita, &c. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, anno Incarnationis Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, decimotertio Kalendas Iulij, Pontific. noſtri anno vndecimo.

DE PRÆSENTI BASILICÆ LIBERIANÆ CONSTITVTIONE

Vnà cum nouis ædificijs, quibus eam hac noſtra ætate Paulus Quintus Pont. Max. magnificentiſſimè auxit, atque exornauit.

Caput V.

PRIMVM de ſtatu, in quo in præſenti hæc Baſilica conſiſtit, vnà cum partibus externis dicemus; nec non ijs, qui beneficijs auxerunt. Poſtea ad interna pergemus, de maiori naui ſimul cum ſpectantibus ad ipſam. Tertio de vtraque minori naui trademus, Sacella deſcribentes vnà cum Auctoribus.

Præcipua Baſilicæ facies ad Orientem reſpicit; in qua muſiuo opere, vt libri initio ſcribere cœpimus, elegantiſſimè expreſſum niuis miraculum cernitur, ex quo huius Eccleſiæ origo effluxit; præclarum Iacobi, & Petri Columnæ Cardinalium eximiæ erga ſanctiſſimam Virginem pietatis, monumentum: *Iacobus, & Petrus de Columna Cardinales, & alter eorum, ideſt Petrus Archipresbyter faciem anteriorem Baſilicæ muſiuo opere exornarunt.* Idem etiam oſtendit vtriuſque Cardinalis ſanctiſſimam Matrem, eiuſque Filium ſuppliciter venerantis effigies, mira arte, conſuetoque Cardinalium ornatu conſpicua. Sub opere muſiuo amplã porticum cernimus, paulò maiori naui longiorem, octo pulcherrimis columnis ſuffultam, quam Eugenius Tertius fabricauit; ſicuti carmina in eius coronide inciſa teſtantur.

Liberianæ domus faciem muſiuo opere Petrus & Iacobus Columna Cardinales exornar.

TERTIVS EVGENIVS ROMANVS
PAPA BENIGNVS
OBTVLIT HOC MVNVS VIRGO
MARIA TIBI.

Porticum ab Eugenio III. fabricatam oſtendunt Epigramma.

QVÆ MATER CHRISTI FIERI
MERITO MERVISTI
SALVA PERPETVA VIRGINITATE TIBI

ES VIA, VITA, SALVS, TOTIVS
GLORIA MVNDI,
DA VENIAM CVLPIS VIRGINITATIS HONOS.

Et Ho-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Honuph. de ſep. Eccl.

Et Honuphrius: *Porticum ante Baſilicam cum columnis, & epiſtilio marmoreo fecit Eugenius Tertius Papa, Piſanus, ordinis Ciſtercienſis, ex Abbate Trium fontium ſummus Pontifex factus, vt verſiculi indicant*. Platina verò: *Eius autem iuſſu, & impenſa extructa eſt porticus, vel reſtituta potius ſanctæ Mariæ ad Præſepe, quemadmodum ex inſcriptione apparet*. Anno poſtea 1575. Gregorius XIII. reſtaurauit, velut ibi legitur.

Platin. in vita Eugen. III.

Eugenij porticũ prope ruentem Greg. XIII. reſtitues ad Lateranum viam aperuit.

GREGORIVS XIII. PONT. MAX. EVGENII LABENTEM PORTICVM DEIECIT, ET MAGNIFICENTIVS RESTITVIT, VIAM AD LATERANVM APERVIT.

ANNO IVBILEI.

M. D LXXV.

Ad læuam Porticus, Turris Campanarum ſe extollit, Baſilicæ adiuncta, tercentum palmorum altitudinem concludens, ſtructura, atque elegãtia omnes alias Romanas antecellens. & nonnulli affirmant à Gregorio Vndecimo conditam: qui Auenione diſcedens Petri ſedem Romam reportauit, anno Domini 1376. idibus Ianuarijs, Pontificatus ſui ſeptimo. Inter hos Platina: *Indigebant omnia aduentu Pontificis: nam & mænia, & Baſilicæ, & public*a*, ac priuata ædificia vbique ruinam minabantur, quæ certè magna ex parte reſtituit, vt Turris ſuo iuſſu ædificata ad ſanctam Mariam Maiorem indicat*. Et Onuphrius: *Gregorius Vndecimus Turrim Campanariam reſtituit*. Atque huius Pontificis etiam nunc inſignia pario marmore inſculpta cernuntur. Anno demum ſuperiori, M. DC XV. cum ſemel atque iterum fuiſſet è cælo tacta, Paulus Quintus Pontifex Maximus, vt ruinæ, quam minabatur, ſuccurreret, Liberianæ domus religione inuitatus, proprijs ſumptibus eam refici, tectum, ac faſtigium plumbeis laminis circuntegi, munirique imperauit. Quia verò maior Campana fuerat effracta, ſuis impenſis reſtituendam curauit. Illique hæc inſcripta tribus ordinibus exiſtunt.

Plat. in vita Gregor. XI.

Turris campanarum à Greg. XI. excitata, cũ bis cœlo tacta fuiſſet, Pauli V. prouidentia ſeruata fuit, ne rueret.

Illuſtre ac plene inſigne Pauli V. in Deiparam religionis ad poſteros monumentum.

✠ MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM DEO GLORIAM, ET PATRIAE LIBERATIONEM ✠

PAVLVS V. PONT. MAX. CAMPANAM HANC VITIO AFFECTAM IN HONOREM MARIÆ VIRGINIS REFICI IVSSIT, ANNO DOM. M. DC. XIV. PONT. X.

SANCTISSIMA DEI GENITRIX CHRISTIANI GENERIS ADVOCATA ORA PRO NOBIS.

Huius Turris Campanæ, omnes alias, quæ Romæ audiuntur, ſoni excellentia præcellunt. Ex hac Turri ad ſiniſtrum Eugenianæ porticus, latus, noua, magnificaque ſacri veſtiarij facies, nouaque Canonicorum domicilia cernuntur. quæ omnia Paulus Quintus à fundamentis extruxit impenſis nonaginta millium ſcutorum, & Capitulo donauit. Augent faciei decorem mirum in modum gentilitia Burgheſiorum inſignia, duobus Angelis adnixa, ex politiſſimis marmoribus expreſſa, vnà cum marmorea tabula graphicè exornata, in qua hoc breue elogium.

PAVLVS V. PONT. MAX.
PONTIF. SVI ANNO I.
SALVT. M. DC V.

A dextro latere, quod itidē in ſecunda facie cernitur, quoddam domicilium adeſt Canonico deſeruiens; nos verò in delineatione ſic effinximus, vt ſimilitudinem illius, in qua ſacriſtia adeſt, exprimat; ſperantes, ab eo-
A dem ſummo Pontifice, vti eſt egregiè pius, aliquando præſtitum iri, vnà cum alterius Turris conſtructione, ad faciei ornamentum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOBILIS SACELLI ÆDIVMQVE PERELEGANTIVM AD DEXTERAM PORTICVS
VSDEM SANCTISS. DOMNI ERGA DEIPARAM EXIMIA PIETATE VT SPES EST RESPONDEBVNT

In Plateæ medio baſim fabricauit, atque columnam ſuperpoſuit miræ altitudinis, & craſſitiei; nimirum ex illis, quæ in templo Pacis apud Forum Romanum aderant à Tito Veſpeſiano ædificato, nobili Periſtylio exornans, atque glorioſæ Virginis imaginem Saluatorem geſtantis collocans, vndique auro nitentes. Ad columnæ baſim aquam conduxit, & fontem communi vtilitati condidit. In columnæ baſi, qua Baſilicam reſpicit, hæc ſunt impreſſa. A

De hac hiſtoria Veſpeſiani vide Ioſeph. de bello Iud. lib. 7. c. 24. Baron. tomo 1. ad annus 73.

B

PAVLVS V. PONT. MAX.
COLVMNAM VETERIS MAGNIFICENTIÆ MONVMENTVM INFORMI SITV OBDVCTAM NEGLECTAMQVE EX IMMANIBVS TEMPLI RVINIS QVOD VESPESIANVS AVGVSTVS ACTO DE IVDÆIS TRIVMPHO ET REIPVBL. STATV CONFIRMATO PACI DICAVERAT IN HANC SPLENDIDIDISSIMAM SEDEM AD BASIL. LIBERIANÆ DECOREM AVGENDVM SVO IVSSV EXPORTATAM ET PRISTINO NITORI RESTITVTAM BEATISSIMÆ VIRGINI EX CVIVS VISCERIBVS PRINCEPS VERÆ PACIS GENITVS EST DONVM DEDIT ÆNEAMQVE EIVSDEM VIRGINIS STATVAM FASTIGIO IMPOSVIT.
ANNO SAL. M. DC XIV. PONTIFICATVS IX. C

Ad dexteram baſis partem hos iambos ſenarios leges.

IMPVRA FALSI TEMPLA QVONDAM NVMINIS
IVBENTE MOESTA SVSTINEBAM CAESARE
NVNC LAETA VERI PERFERENS MATREM DEI
TE PAVLE NVLLIS OBTICEBO SAECVLIS

Auerſa à Baſilicæ parte ſic perge legere.

IGNIS COLVMNA PRAETVLIT LVMEN PIIS
DESERTA NOCTV VT PERMEARENT INVIA
SECVRI AD ARCES HÆC RECLVDIT IGNEAS
MONSTRANTE AB ALTA SEDE CALLEM VIRGINE.

Ad ſiniſtram eiuſdem baſis partem hos inciſos iambos ſpectabis.

VASTA COLVMNAM MOLE, QVAE STETIT DIV
PACIS PROFANA IN ÆDE PAVLVS TRANSTVLIT
IN EXQVILINVM QVINTVS, ET SANCTISSIMÆ
PAX VNDE VERA EST CONSECRAVIT VIRGINI.

Ad cuius honorem, atque venerationem Paulus Quintus Pontifex Maximus hanc Indulgentiam largitus eſt.

Paulus Papa Quintus Ad perpetuam rei memoriam. Splendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementia eius ſperantium tunc præcipuè benigno fauore proſequitur, cum deuota ipſorum humilitas Sanctorum precibus, & meritis adiuuatur. Cupientes igitur ſacræ æneæ inauratæ Imagini glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, quæ ſuper marmoream Columnam de ruinis antiqui Templi Pacis, nuper à nobis in aream Baſilicæ eiuſdem Beatiſſimæ Virginis Mariæ Maioris nuncupatæ, translatam, ſtatuta eſt, debiti honoris cultum exhiberi; de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui eandem ſacram imaginem venerantes genuflexi ante illam pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quibus diebus id egerint, tres annos & totidem quadragenas de iniunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pænitentijs, in forma Eccleſiæ conſueta relaxamus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem, ſub anulo Piſcatoris, die 24. Nouembris M. DC. XIIII. Pontificatus noſtri anno decimo. D E

PAVLVS V. PONT. MAX.
COLVMNAM
VETERIS. MAGNIFICENTIÆ.
MONVMENTVM
INFORMI. SITV. OBDVCTAM
NEGLECTAMQVE
EX. IMMANIBVS. TEMPLI. RVINIS
QVOD. VESPESIANVS. AVGVSTVS
ACTO. DE. IVDÆIS. TRIVMPHO
ET. REIPVB: STATV. CONFIRMATO
PACI. DICAVERAT
IN. HANC. SPLENDIDISSIMAM. SEDEM
AD. BASILICÆ. LIBERIANÆ.
DECOREM. AVGENDVM
SVO. IVSSV. EXPORTATAM
ET. PRISTINO. NITORI. RESTITVTā
BEATISSIMÆ. VIRGINI
EX. CVIVS. VISCERIBVS
PRINCEPS. VERÆ. PACIS. GENIT.⁹ EST
DONVM. DEDIT
ÆNEAMQ. EIVSDEM. VIRGINIS
STATVAM. FASTIGIO. IMPOSVIT
ANNO. SAL. MDCXIIII. PONTIF. IX.

Auerſa a Baſilica parte sic perge legere

IGNIS. COLVMNA
PRÆTVLIT. LVMEN. PIIS
DESERTA. NOCTV
VT. PERMEARENT. IN. VIA
SECVRI. AD. ARCES
HÆC. RECLVDIT. IGNEAS
MONSTRANTE. AB. ALTA. SEDE
CALLEM. VIRGINE



Ad dextram baſis partem hos Iambos ſenarios leges

IMPVRA. FALSI. TEMPLA
QVONDAM. NVMINIS
IVBENTE. MOESTA
SVSTINEBAM. CÆSARE
NVNC. LÆTA. VERI
PERFERENS. MATREM. DEI
TE. PAVLE. NVLLIS
OBTICEBO. SÆCVLIS

Ad ſiniſtram eiusdem baſis partem hos inciſos Iambos ſpectabis

VASTA. COLVMNAM. MOLE
QVÆ. STETIT. DIV
PACIS. PROFANA. IN. ÆDE
PAVLVS. TRANSTVLIT
IN. EXQVILINVM. QVINTVS
ET. SANCTISSIMÆ
PAX. VNDE. VERA. EST
CONSECRAVIT. VIRGINI

Scala palmorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

6. LATVS AQVILONARE LIBERIANÆ BASILICÆ IDEMQ DEXTERVM AB ORTV I…
PRÆNOBILIS SACRARII A PAVLO V. EXTRVCTI AB IMO AVTEM SACELLI QVOD PRÆCIP…

ORTV INTRANTI CVI AB SVMMO VERSVS ORIENTEM PARS EXTERIOR
PRÆCIPVO SPLENDORE SIXTVS V. ÆDIFICAVIT POSTERIORES PARTES INHÆRENT.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FACIES OCCIDENTALIS LIBERIANÆ BASILICÆ ADDITA VTRINQVE ORT
MAXIMI PONTIFICES SIXTVS V. AD DEXTERAM S.MO DNI NOSTRI PRÆSEPI PAVLVS V
EPI OSTIEN CARDIN
10 20 30
Scala palmorum

ORTHOGRAPHIA LATERIS ITEM OCCIDENTALIS SACELLORVM QVÆ 66
…VLVS V. AD LÆVAM IPSI DEIPARÆ MAGNIFICO OPERE EXTRVXERVNT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Baſilicæ ſiniſtra latera Septentrionem reſpiciunt, ex quo Sacrarij reliquum vnà cum Canonicorum domicilijs ſe oſtendit, & præſertim Turris, & Sixti Quinti Sacellum, quoad externa cernitur magnificè conſtru- A ctum; quod vnà cum Sacriſtia à nobis indicata atrium definit: ex quo etiam latera, & reliqui tectum lateris Baſilicæ cernimus, velut ex delineatione.

A Baſilicæ caput ad Occidentem reſpicit, vnà cum duabus ianuis à Gulielmo Eſtouteuilla Cardinali Rothomagenſi patefactis, velut ibi eſt his verbis impreſſum.

GVLIELMVS EPISCOPVS OSTIEN.
CARDINALIS ESTOVTEVILLA ARCHIEPISCOPVS ROTHOMAGENSIS,
ARCHIPRESBYTER HVIVS BASILICAE. M. CCCC LXXIIII.

B In quo perampla Area apparet, quæ duplici via Romam verſus ducit, nimirum ad eam partem, quæ magis eſt hominibus, & ædibus frequens, à Sixto Quinto Pontifice patefacta, vt in Archiuio: *De Menſe Nouembris, magno Populi Romani plauſu viam felicem aperuit à Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris ad Eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitatis, ac viam ſancti Laurentij in Pane, & Perna in honorem eiuſdem Virginis ab eadem Baſilica ad Columnam Traianam, quam ipſe ſummus Pontifex reiecta gentilitate S. Petro conſecrarat.*

Ex hac Area etiam Sixti Quinti Sacelli latus cernitur ad Occidentem reſpiciens, per quam oculus tranſiens vtrarumque minorum nauium extrema attingit, quæ Baſilicæ Tribunam in medio claudunt; ſicut etiã dextra latera attingit Beatæ Virginis Sacelli, à Paulo V. conſtructi. In medio huius partis in facie Pauli Quinti Pont. Max. inſignia, vnà cum ijs Illuſtriſs. Cardinalis Burgheſij, & Excellentiſs. Sulmonenſ. Principis Pontificis nepotum cernuntur, cum inſcriptione in marmorea tabula.

SANCTAE VIRGINI
DEI GENITRICI MARIAE
PAVLVS PAPA V.
HVMILIS SERVVS
SACELLVM OBTVLIT
ANNO SALVTIS M. DC XI.
PONTIFIC. VI.

In Areæ

In Areæ ferè capite Obeliſcus ſe attollit, Anno Domini 1587. erectus à Sixto Quinto Pontifice Maximo, poſt longum tempus, quo obſoletus ante Diui Rochi Eccleſiam iacuit. is vnus ex ijs exiſtit, qui in Auguſti Mauſoleo erant apud dictam Eccleſiam pluribus partibus effractus. at hodie eiuſdem Pontificis opera Crucis ſignum videmus, vnà cum Pontificis inſignibus, à quatuor baſis lateribus hæc inciſa cernuntur. A

Ad Orientem.

CHRISTVS PER INVICTAM CRVCEM POPVLO PACEM PRAEBEAT, QVI AVGVSTI PACE IN PRAESEPE NASCI VOLVIT. B

Ad Meridiem Carinas verſus.

SIXTVS V. PONT. MAX. OBELISCVM AEGYPTO ADVECTVM AVGVSTO IN EIVS MAVSOLEO DICATVM, EVERSVM DEINDE AC IN PLVRES CONFRACTVM PARTES IN VIA AD S. ROCHVM IACENTEM IN PRISTINAM FACIEM RESTITVM SALVTIFERAE CRVCI FELICIVS HIC ERIGI IVSSIT. C
ANNO DOMINI M. D LXXXVII.
PONTIFICATVS III.

Ad Occidentem, viam felicem reſpiciens.

CHRISTVM DOMINVM QVEM AVGVSTVS DE VIRGINE NASCITVRVM VIVENS ADORAVIT, SEQVE DOMINVM DICI VETVIT, ADORO.

Ad Septentrionem.

CHRISTI DEI IN ÆTERNVM VIVENTIS CVNABVLA LAETISSIME COLO, QVI MORTVI SEPVLCHRO AVGVSTI TRISTIS SERVIEBAM.

Ad Obeliſci Baſim aquam Paulus Quintus Pontifex Maximus adduxit, & fontem ad communem vtilitatem extruxit.

Hinc

Meridionalis pars

SIXTVS.V.PONT.MAX.
OBELISCVM
ÆGYPTO.ADVECTVM
AVGVSTO
IN.EIVS.MAVSOLEO
DICATVM
EVERSVM.DEINDE.ET
IN.PLVRES.CONFRACTVM
PARTES
IN.VIA.AD.SANCTVM
ROCHVM.IACENTEM
IN.PRISTINAM.FACIEM
RESTITVTVM
SALVTIFERÆ.CRVCI
FELICIVS
HIC.ERIGI.IVSSIT.AN.D.
MDLXXXVII.PONT.III.

Septentrionalis pars

CHRISTI.DEI
IN.ÆTERNVM.VIVENTIS
CVNABVLA
LÆTISSIME.COLO
QVI.MORTVI
SEPVLCHRO.AVGVSTI
TRISTIS
SERVIEBAM

Orientalis pars

CHRISTVS
PER.INVICTAM
CRVCEM
POPVLO.PACEM
PRÆBEAT
QVI
AVGVSTI.PACE
IN.PRÆSEPE.NASCI
VOLVIT



Scala palmorum 10

69 LATVS BASILICÆ LIBERIANÆ AD MERIDIEM SPECTANS INTRANTI PRINCIPES
LORVM CÆSIÆ, AC SFORTIÆ GENTIVM, ET MAGNIFICENTISS.ᴵ EIVS, QVOD PAVLVS V. PONT
IDEM IN AREA PRO FORIBVS

CIPES PORTAS SINISTRVM: IN QVO POSTICAE PARTES VISVNTVR SACEL-
V. PONT. MAX. EXTRVXIT ADDITA EST COLVMNA EXIMIA, QVAM PONTIFEX
FORIBVS STATVIT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hinc ad Baſilicæ dextrum latus progredimur, ex quo cernimus Sacelli Pauli Quinti externa ſe attollere meridiem verſus Tiburtino marmore graphicè elaborato, vbi aliquot ſtatuæ reſplendent, videlicet ſancti Epaphræ Epiſcopi, ſancti Pauli Socij ſancti Matthiæ Apoſtoli, ſancti Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ, ſancti Lucæ Euangeliſtæ, ſancti Hieronymi Doctoris Eccleſiæ.

In facie, in tabula marmorea, hæc verba inciſa apparent:

A

PAVLVS V. PONT. MAX.
CELEBERRIMAM DEI GENITRICIS IMAGINEM EX MEDIA BASILICA IN SPLENDIDIOREM SEDEM A FVNDAMENTIS EXTRVCTAM TRANSTVLIT. ANN. PONTIF. VI.

Hinc etiam verſus præcipuę faciei aream pergendo, poſterior Sacelli pars ſe exerit à Sfortijs erecta; nec non quæ à Cæſijs vnà
B cum reliquo, quod ſupereminet, & huius lateris eſt tectum ad eandem Baſilicam ſpectans. A capite verò dum in aream ingredimur, domicilium & Baſilica, de quibus antea, cernuntur.

DE

DE HVIVS BASILICAE DOMO, VEL CANONICA

A Clemente Papa Tertio extructa, poſtea à Nicolao Quinto inſtaurata, & ampliata.

Cap. VI.

HACTENVS externas Baſilicæ partes deſignauimus: quia verò Ædes adſunt, olim pro Canonicis inſeruiẽtes, de quo noſtris quoque tẽporibus nomen retinent, minus ab re duximus de his nõnihil indicare, velut ad noſtrũ munus ſpectantibus. Igitur Clem. III. Alumnus & Eccleſiæ Canonicus dum Cardinalatum geſſit, proprijs impenſis ædes fabricauit, quæ hodie Canonica vocantur, Eccleſiæ adiunctas (licet noſtra tempeſtate via interiaceat à Sixto Quinto aperta, & à Paulo Quinto ampliata) quæ poſtea à Nicolao Quinto fuerunt inſtauratę, atque propagatę, tanquam illæ, in quibus, dum viueret, permanebat, & poſt ipſum aliquot Pontifices: quamquam ab eodem Clemente fuerint ad huius Baſilicæ vſum conſignatæ, velut Cęleſtinus Tertius enarrat in Bulla, per quam omnia Baſilicæ bona confirmat. nos hic partem tranſcribemus. *Cæleſtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Noſque ab huiuſmodi collationibus quatenus ibidem hactenus eſt ſeruatum, præſenti pagina duximus abſoluendos. Ad hæc, quia felicis recordationis Clemens Papa Tertius prædeceſſor noſter, dum minori officio conſtitutus Prænestinæ ſedi præſideret, in Eccleſia veſtra Palatium de proprio fecerit fabricari, Prænestino Epiſcopo, qui pro tempore fuerit, ipſum inhabitandi, aut alij concedendi, ſeu à vobis aliquid poſtulandi omnem interdixit occaſione qualibet facultatem, nec quis de noſtris ſucceſſoribus alicui palatium ipſum concedere, aut pro eo quod ipſum de proprio conſtrui fecerit, quidquam à vobis debeat poſtulare; ſed ipſum ita ad vſum communem liberè habeatis in perpetuum, ſicut alias domus proprias obtinetis. Præterea...... qualiter apud Eccleſiam veſtram à pueritia educatus fuerit, atque nutritus plurimum in veneratione, & reuerentia locum ipſum habens, cum fel. record. Eugenius Papa Tertius, de duodecim vncijs oblationum Beati Petri, & miniſteriorum tres vncias Eccleſiæ Beati Petri conceſſerit, ipſe de conſilio fratrum*

Canonicorum ædes, quas Clemens iij fabricatus fuerat, Nicolaus Quintus cæterique Pont. augent, ac laxant.

Cęleſtinus Pont. proprio diplomate, ædes à Clemente fabricatas Canonicis, addicit in perpetuum.

C

D

E

A *ſuorum de nouem vncijs earumdem oblationum, quæ ſedi Apoſtolicæ remanſerunt, vobis, & per vos Eccleſiæ ſupradictæ vnam vnciam dedit, conceſſit in perpetuum, & firmauit, detractis tamen conſuetis expenſis, quas fieri oportebit pro ipſius modulo quantitatis. Nos verò ipſius veſtigijs inhærentes, tam conſtitutionem, & conceſſionem palatij, quàm etiam donationem vnciæ ipſius ratam habemus, & eam futuris temporibus illibatam manere ſancimus. Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat, &c. Datum Lateran. per manum Aegidij ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardin. ſecundo nonas Ianuarij, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ 1191. Pontificatus verò Domini Cæleſtini Papæ Tertij, anno primo.*

B

Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Alex. Albanen. Epiſc.
Ego Ioannes Præneſtinen. Epiſc.
Ego..........
Ego..........
Ego Ioannes tit. S. Ioannis.
Ego....... tit. S. Euſebij Card.....
Ego Romanus tit. S. Anaſtaſiæ.....
Ego Vgus Presb. Cardinalis ſancti Matthæi, tituli Equitij.
Ego Ioannes tituli S. Stephani in Cælio monte, Presb. Card......
Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu, Diaconus Card.
Ego Renaldus S. Mariæ Nouæ, Diaconus Cardin.
Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmedin. Diaconus Card.

Baſilicæ manuſcriptum de tali æde tractans ſic habet: *Clemens Papa Tertius, Paulus Scolarus antea vocatus, ab ineunte ibidẽ ætate educatus Canonicus ibi fuit, Cardinalis deinde Prænestinus creatus ab Alexandro Tertio, palatium propè eam Baſilicam condidit pro ſe, ſucceſſoribuſque Epiſcopis Prænestinis, quod poſtea ab eodem Pontifice cum multis alijs rebus Baſilicæ donatum eſt.*

Nicolaus Quintus etiam ipſe magna reuerentia eſt hãc Baſilicam proſecutus, vbi ſplendidè domicilium ſummis Pontificibus extruxit, quod etiam hodie intuemur, per multos annos pro Capitulo, & huius Baſilicæ Clero, ſic Pontificibus concedentibus. Legimus pariter in manuſcriptis, idem domicilium pro Cardinali Archipresbytero conſtitutum fuiſſe. Nos verò ideò indicauimus, vt cum Pontificis pietas erga ſanctam Mariam Maiorem pateret, tum quoque vt probaretur, quidquid de Clemente III. diximus ædium Auctore, quæ vſque ad Nicolai Papæ Quinti

Palatium ... ſtolicum ... hanc Baſili... Nicolai Q... liberalitat... ctum.

In Archiuio ... S. Maria ... ioris.

Pon-

Pontificatum, inter quos 259. anni intercedunt, Canonicis ſeruiebant, de quo Nicolaus in bulla teſtatur, per quam Capitulo Conclaue aſſignat ad habitandum, his verbis: *Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Cum itaque pro erectione, & ampliatione Palatij Apoſtolici, quod nuper iuxta Eccleſiam ſanctæ Mariæ maioris de Vrbe magna ex parte ereximus, nonnullas domos Canonicales, ſiue cameras, in quibus Canonici, & Clerici dictæ Eccleſiæ reſidebant; fecerimus demoliri: & propterea nonnulli ex Canonicis, & Clericis antedictis reſidentiam nocturnam pariter, & diurnam apud memoratam Eccleſ. quodãmodo facere nequeant, vt tenentur. Nos igitur ipſius Eccleſiæ ſtatui, nec non Canonicorum, & Clericorum eorumdem commoditati in præmiſſis opportunè prouidere volentes: motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & voluntate duas domos Cappellam ſanctæ Agnetis, & in altera eorum exiſtentem in platea dictæ Eccleſiæ conſiſtentes ad Monaſterium ſanctæ Praxedis, Vallis vmbroſæ ordinis, dictæ Eccleſiæ vicinum legitimè pertinentes, à dicto Monaſterio ſeparamus, & penitus ſegregamus, illaſque cum Cappella prædicta, ac hortis iuxta eas, & omnibus alijs iuribus, & pertinentijs ſuis pro recompenſa præfatæ Eccleſiæ ad vſum Canonicorum prædictorum applicamus, vnimus, concedimus, & etiam aſſignamus, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimo ſecundo, ſeptimo Kalendas Maij, Pontificatus noſtri anno ſexto.* Et in manuſcripto ſæpius citato, ita legitur: *Nicolaus Quintus Papa, Palatium circa Baſilicam condidit, in quo noſtra tempeſtate magnus Magiſter Equitum ſancti Ioannis Hieroſolymitan. de conſenſu Canonicorum Monaſterium nobilium fæminarum eiuſdem ordinis inſtituere decreuerat, ſed ſubita morte præoccupatus deſiderium adimplere nequiuit, obijt Romæ in domo Illuſtriſſimi Cardinalis Ferrarienſis, cuius liberalitate hoſpitio ſuſceptus fuerat.*

Nicolaus Quintus Sacellum S. Agnetis, aliaſq; ædes Canonicis donat.

In Archiuio huius Baſilicæ.

Et vt plurima omittamus, quæ poſſent de controuerſijs afferri pro his ædibus ſuſceptis, anno Domini 1604. Clemens Octauus Pontifex Maximus ab Archipresbyteratu ſeiunxit, & menſæ Capitulari vniuit, Dominico Cardinali Pinello Archipresbytero renunciante: *Clemens Papa Octauus, Palatium apud ipſam Baſilicam à Dominico Cardinali Pinello Archipresbytero ad fauorem Capituli renuntiatum, ab Archipresbyteratu diſmembrat, & vnit menſæ Capitulari, anno Domini 1604.*

Palatium Apoſtolicum à Nicolao Quinto, extructum Menſæ capitulari Clementis viij authoritate adiunctum.

Inſtrumentum habetur in Archiuio huius Baſilicæ.

Sequitur, vt interiora Baſilicæ deſignemus. Antequam verò id agatur, paucis eſt repetendum, quod tum generatim, tum ſpeciatim libro 2. cap. 1. diximus, dum originem pateſaceremus.

S. MARIAE MAIORIS

INTERIORIS PARTIS

Generalis Deſcriptio.

Cap. VII.

BASILICAE ingreſſum ampla Porticus proponit, primo capitis libro indicata, per quam, ex tribus oſtijs in Eccleſiam ingredimur, quæ omnia ad Nauem maiorem ducunt. Inſunt pariter alia duo oſtia clauſa, quorum vnum, ſacrum oſtium exiſtit. Alterum in Turrim introduceret. Hanc Baſilicam tres magnificæ naues conſpicuam reddunt, quadraginta marmoreis columnis diuiſæ, nimirum ex quauis parte viginti collocatis. Ad dextrum ingreſſus latus Turris occurrit, ſuper cuius ianua Lazari miraculum cernitur egregiè depictum, dum à Chriſto Saluatore ad vitam reuocatur. Super Columnas muſiuum opus cernitur cum veteris teſtamenti hiſtorijs: & illæ exiſtunt, de quibus Adrianus Papa Primus ad Carolum magnum pro ſacris Imaginibus ſcribens meminit. ſuper hæc Virginis vita cernitur.

Haud procul à ſcala ad Chorum ducente duo Ciboria ſe dedunt, quorum vnum ſex Columnæ ſuſtentant muſiuo opere in marmore impreſſo, in quo Sacræ reliquiæ aſſeruantur. Sub hoc, Altare cernitur vndique Cancellis clauſum. In eadem Naui ad rectam lineam alterum cernitur quatuor marmoreis Columnis ſuffultum ex candido marmore, & materia intertextum, quæ muſiuo operi eſt perſimilis, auro perpolitè exornatum; in quo per plurimos annos Virginis Imago permanſit: hodie verò à Chriſti fidelibus Saluatoris Cuna veneratur. Sub hoc Ciborio Altare Virginis ineſt, à nobis Sancti Gregorij appellatum, & cancellis vndique concluſum. Ad nauis finem confeſſio reperitur, & eſt ſub maiori Altari; quo loco bipartita

partita ſcala cernitur, ipſum Altare includens, illuſtri Ciborio ex marmoribus fabricato coopertum, & varijs hiſtorijs magna ex parte inaurato; nec non quatuor porphyreticis columnis innixo. Super hoc Altare ſancti Matthiæ Apoſtolo dicatum, Maior nauis arcus ſe attollit, illam à Choro diuidens, in cuius facie muſiuum opus reſplendet, & diuerſas hiſtorias effingit ex Geneſi depromptas. in arcus capite Sixti Tertij nomen legitur. A dextra maioris Altaris naui, dum in Chorum ingredimur, organum ſe oſtentat, ſub quo muſicæ Chorus aſſeruatur. Ad rectum angulum alter Chorus ſuper Nicolai Quarti ſepulchrum adeſt, ex pario marmore vnà cum ſtatuis exculptum. Poſtquam Altare tranſiuimus, priſca Crux ſe offert, quæ medium Chorum interſecat, adhuc Clero inſeruientem; in cuius fornice quatuor Euangeliſtæ, vnà cum quatuor Doctoribus egregiè delineatis cernuntur. Hac ad Tribunam accedemus, hiſce picturis adiunctam, & priſco, ac pulcherrimo muſiuo, vnà cum hiſtorijs ad Virginem ſpectantibus inſignem.

Nicolai Quinti Sepulchrum ex pario marmore expreſſum.

Quia verò in fine libri non ſolum de his, ſed etiam de Auctore trademus, in præſenti dimittatur.

Maioris nauis pauimentum, vnà cum reliquo Baſilicæ, varijs marmoribus intertextum cernimus. Tecti Tabulatum eſt auro artificioſè diſtributo compactum, quod ad viſum pulcherrimè ſe offert. vtrque Baſilicæ minores naues concamerato opere cernuntur.

A

DE SACELLIS,

QVAE IN PRAESENTIA

In ſancta Maria Maiore conſiſtunt, vnà cum fundatoribus.

Caput VIII.

ADHVC de Sacellis attingamus, quæ in vtriſque minoribus nauibus hac tempeſtate reperiuntur, vnà cum ipſorum Auctoribus. Ac vt à dextro latere ordiamur, ſancti Franciſci ſacellum eſt ſitum, & quidem, velut ex Archiuio, ad Capizucchos iurepatronatus ſpectans, olim ſancto Bernardino dicatum. Hinc ad Sacriſtiam, & glorioſæ Virginis Sacellum peruenimus, à Paulo Quinto Pontifice Maximo à fundamentis erectum: in cuius
C ingreſſu à dextro latere ſancti Caroli Borromæi Ædicula occurrit: à ſiniſtro autem illa ſanctæ Franciſcæ Romanæ. Nos nihil de Pauli Quinti Sacello hic attingemus, ſed velut maiorem laborem poſcente, ad librum Vndecimum remittimus. Ergo in eadem Naui Aſſumptionis Sacellum ineſt per Guidonem Aſcanium Sfortiam Cardinalem ex Michaelis Angeli Bonarotæ modulo inchoatum, vt apparet.

GVIDO ASCANIVS SFORTIA DIA-
D CONVS CARDINALIS S. FLORAE, S. R. E. CAMERARIVS HVIVS BASILICAE ARCHIPRESBYTER SACELLVM HOC PIETATIS SVAE MONVMENTVM A SE DVM VIVERET INCHOATVM MORIENS LEGATA HEREDIBVS PECVNIA ABSOLVI TESTAMENTO IVSSIT. ANNO M. D LXVI.

Deinde ab Alexandro Cardinali Sfortia abſolutum, velut his verbis deprehenditur.

E ALEXANDER SFORTIA SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE PRESBYTER CARDINALIS, HVIVS BASILICAE ARCHIPRESBYTER SACELLVM A GVIDONE ASCANIO FRATRE INCHOATVM, DE SVO PERFECIT, DIVISQVE FLORAE ET LVCILLAE GENTIS SVAE PATRONIS A SE DICATVM BONIS AD SACRA FACIENDA AVXIT ORNAVITQVE ANNO M. D LXXII.

Intra

A Intra id Sacellum ſepulchra, atque Epitaphia Vidi Aſcanij Sfortiæ, & Alexandri Cardinalium legimus, de quibus ſuo loco libro nono.

15\. Eodem ordine ædicula occurrit Sancti Leoni Papæ dicata, vel potius Deiparæ, vbi olim Porta regina extitit. Sic enim in manuſcripto: *Altare dextræ nauis eſt Imago Beatæ Mariæ Virginis ſupra Portam, quæ appellatur Regina; hæc Leoni Papæ manum reſtituit: ornamento iſtius Cardinalis Ferrerius Sacellum conſtruit*. Et in libro Rationalis diuinorum: B *Hæc etiam veneranda Imago apparuit Domino Petro de Columna Cardinali, in mare periclitanti, dum Auenionem pergeret, & ſibi, ac ſuis omnibus ſalutem attulit. Hoc cum aliunde veraciter conſtet, apparet etiam ex pictura adhuc extante in vna ex columnis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris ante Portam, quæ appellatur Porta regina, ex eo, quia eadem imago appellatur Regina. ſupra eam conſeruari conſueuerat, &c.* Et innominati manuſcriptum ſic indicat: *Hæc glorioſa Imago Petro Columnæ Cardinali Legato in Galliam proficiſcenti, ac in medio mari periclitanti apparuit, à periculo eruens, ſedauit tempeſtatem.* Et credunt conſtructam, atque à Cardinali Ferrerio dotatam, vt in Bulla dotationis Sixti Quinti pro vno Sacerdote in Archiuio ſeruata.

Beatiſſimę Virginis Imago, cuius ſingulari beneficio Leoni manus eſt reſtituta.

6. par. ſub rubr. de Offic. diu. in die Paſcha vbi de nonnullis miraculis Beatiſſimæ Virginis.

Eiuſdem Imaginis beneficio Petrus Cardin. Columna dum grauiter in mari periclitaretur, euaſit incolumis.

Haud procul ab hac Sacellum apparet à Federico Cæſio Cardinali conditum, & Diuæ Catherinæ dicatum. Antequam verò hic Cardinalis fabricaret, erat antiquum Sacellum à Paulo Cardinali Cæſio, pro quatuor D Sacerdotibus dotatum: ſic enim legimus: *Paulus ſancti Euſtachij Diaconus Cardinalis de Cæſis teſtamento reliquit Cappellæ ſanctæ Catharinæ in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris exiſtenti vnum Caſale Pretella nuncupatum, cuius fructus aſcendunt ad ſcuta annua ducenta, vt ij diuidantur inter quatuor Cappellanos perpetuos, qui duas Miſſas quotidie in dicta Cappella celebrent pro ipſius anima, ſuorumque parentum, reſeruauitque iuſpatronatus, & præſentationis familiæ ſuæ de anno.*

Cæſiorum Sacellum S. Catharinæ dicatũ.

E Quid verò de Federico Cæſio ex Archiuio colligatur, ſic breuiter apparet: *Federicus Epiſcopus Portuenſis, Cardinalis de Cæſis Cappellam ſanctæ Catharinæ à fundamentis extruxit, & attribuit ei loca viginti montis farinæ, & vna cum prædictis quatuor Cappellanis, ſex omninò Cappellanos perpetuos inſtituit eodem modo, quo Paulus Cardinalis inſtituerat de anno* .... Et in Epitaphio idem adeſt.

FEDERICO CAESIO S. R. E.
EPISCOPO CARDINALI PORTVENSI, QVI IN HOC SACELLVM, ET
ALTERVM IN AEDE BEATAE MARIAE PACIS AC TEMPLVM DIVAE
CATHARINAE VIRGINVM MISERABILIVM FVNDAVIT ET DOTAVIT ANGELVS CAESIVS PAT. POS.
VIXIT ANN. LXIV. MENS. VI.
DIES XVII. OBIIT QVINTO KALENDAS FEBRVARII.
ANNO SALVTIS
M. D LXV.

Eadem Naui ſacrum oſtium occurrit, 18.
apud quod priſcum Altare vnà cum Ciborio aderat Virginis Annunciationi dicatum; nimirum vnum ex ijs, quæ à familia Columnenſi condita indicauimus, velut in manuſcripto: *Nicolaus Quartus iacebat in terra propè portam minorem à latere Tribunæ, in* C *hoc loco non erat Porta, ſed Sacellum Dominorum Columnenſium, ſicut & in alijs tribus angulis Baſilicæ*, vt ſuperius in libro quarto dictum eſt. ſed nouiter erectum, atque dotatum à Iulia Columna. Hac ad maiorem nauim tendimus, & in notatis Ianuis interiori facie, vbi olim Sixti Tertij carmina legebantur, hodie Clementis Octaui inſignia cernuntur, ſub quibus illa Dominici Cardinalis Pinelli videmus cum hac inſcriptione.

DOMINICVS SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALIS PINELLVS ARCHIPRESBYTER
ORNAVIT.
ANNO DOMINI
M. D XCIII.

Dominici Pinelli Cardinalis inſignia vna cum elogio.

Hinc ad alteram minorem nauim pergi- 20.
mus; in cuius extremo, Turris campanarum 22.
cernitur: & in eius muro parua, ſed pulcherrima ædicula ſanctæ Mariæ niuis dicata, ex marmoribus magnificè diſtinctis à Siluerio Patritio ex Patritij patrui mandato conſtructa; & ex vno latere Ioannis Patritij ſepulchro adhærens, qui Baſilicam fun-
dauit. Hæc ædicula eſt patronatus Patri- 23.
tiorum familiæ, ab ijs pro vno Sacerdote dotata.

A dextro latere huius in lidio lapide auro exornata hæc inſcriptio legitur.

D. O. M.

D. O. M.

PATRITIO DE PATRITIIS, QVI TERTIO ET SEXAGESIMO ANNO MORTEM OBIIT. DVM VIXIT SACELLVM HOC IN HONOREM BEATAE VIRGINIS ERIGI, ORNARI, AC DOTARI VOLVIT.

SOLDERIVS PATRITIVS CVNCTA DILIGENTISSIME EXECVTVS P.

ANNO M. DC XI.

Ex qua parte ad Sacriſtiæ fores peruenitur, cuius faciem hic apponimus.



In in-



INTERIOR SACRI VESTIARII FACIES A PAVLO V. PONT. MAX. A FVNDAMENTIS EXTRVCTI QVA EX IPSA BASILICA ADITVR

10 20
Scala palmorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In ingreſſu ex Baſilicæ parte, Pauli Quinti Pontificis effigies ſedens ex ære cernitur Pontificalibus veſtimentis, populum benedicentis, quam Capitulum beneficiorum, & gratiæ memor faciendam curauit, ſicut ex ibidem annotatis patet: & nos figuram hic apponimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacrum hoc veſtiarium, atque adeò ædes pro Canonicis, & alijs Miniſtris à Paulo Quinto Pontifice Maximo ædificatæ, & eidẽ Baſilicæ donatæ, velut ex Bulla deprehenditur, his verbis: *Paulus, &c. Dum præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina Cælorum Virgo Dei genitrix glorioſa ſedibus prælata ſydereis, quaſi ſtella matutina prærutilat, deuotæ conſiderationis indagine perſcrutamur: Et dum intra pectoris arcana reuoluimus, quod ipſa, vtpotè miſericordiæ mater, & gratiæ, ac pietatis amica humani generis conſolatrix pro ſalute fidelium ſedula oratrix, & peruigil apud Regem, quem genuit, intercedit: Nobis ſemper ſummè cordi fuit, nè dum ad ea, per quæ Eccleſiarum, & locorum in honorem ſui nominis dedicatorum ornamento, & decori, verum etiam perſonarum in Eccleſijs, & locis ipſis diuino cultui mancipatarum, Eccleſiaſticiſq; miniſterijs, vt ipſius Virginis laudibus aſſiduè inſiſtentium commoditatibus in primis attendere, ac in ijs opem, & operam noſtras, liberalitatiſq; effectum magis ſpecialem largiter intendere. Sane cum nuper, immò iam tum ab initio huius ſummi Pontificatus, ad cuius regimen, & onus nos, licet inſufficientia noſtra id penitus recuſaret, diuina voluit aſſumere prouidentia, ad Eccleſiam Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe, huiuſmodi titulo, ob illius inter alias ſimiles tituli Eccleſias eminentiam non immerito inſignitam, alicuius noui operis adſtructione ornandam animum applicuiſſemus: Tandem opus aggreſſi, demolita veteri ſacriſtia dictæ Eccleſiæ è conſpectu Cappellæ ſanctiſſimi Præſepij Chriſti, dudum à fel. recor. Sixto Papa Quinto, prædeceſſori noſtro inibi opere magnifico conſtructæ, ac ad illius inſtar vnam aliam Cappellam ſumptuoſa ſtructura, notabiliq; impenſa fabricari, eamque de præſenti ad eius faſtigium, penè extolli curauimus. Interim verò nè Eccleſia ipſa, in qua alias tunc in minoribus conſtituti per ſpatium quatuordecim annorum circiter Vicarij munus diuimus, & quam, ac dilectos filios eius Capitulum ſingulari affectu proſequimur, ex demolitione veteris ſacriſtiæ huiuſmodi aliquod diſpendium ſuſtineret, prouidere, ac etiam commoditatibus eorumdem Capituli ſatagentes à pede, & porticu euſdem Eccleſiæ, locoq; ad id apto aliam fabricam exorſi, eam iuxta latum ſiniſtrum dictæ Eccleſiæ vſque ad Sixtinam Cappellam firmè porreximus, & in ea vnam Cappellam pro diuinis officijs inibi celebrandis, duaſque ſacriſtias, ac diuerſas Cameras, & ſtantias, nec non pennaria, aliaque loca, & pertinentias Archiuio conſtruenda, atque habitationi dilectorum filiorum Canonicorum, & Miniſtrorum ipſius Eccleſiæ accommoda, noſtro ære conſtrui, & penitus abſolui curauimus. Cupientes igitur, vt prædicti Capitulum huiuſmodi fabricæ, prout illa Eccleſiæ ſplendori, & ornamento, nec non Canonicorum eorumdem commoditati à nobis extructa fuit, quietè, & pacificè, & abſque aliqua perturbationis moleſtia ad illorum arbitrium perpetuò vti, frui, potiri, & gaudere queant, opportunè prouidere, ipſorumque Capituli ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, &c. Motu proprio non ad eorumdem Capituli, vel alterius pro ipſis nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, deq; mera liberalitate noſtris, eandem fabricam ſic conſtructam, & abſolutam cum omnibus, & ſingulis illius Cappellis, Sacriſtijs, cameris, ſtantijs, alijſq; præmiſſis per dilectum filium noſtrum Scipionem tit. ſancti Gryſogoni, Presbyterum Cardinalem Burgheſium nuncupatum, noſtrum ſecundum carnem ex ſorore noſtra germana nepotem faciendam diſtributionem, & aſſignationem perpetuò duraturam; poſtquam dicta diſtributio facta fuerit, vſu, & habitatione habere, poſſidere, & retinere ex tunc, & in poſterum quotieſcumque Cameræ, & alia loca Canonicis hac prima voce aſſignanda huiuſmodi quouis modo vacare contigerit, Canonici tunc exiſtentes dictæ Eccleſiæ, iuxta eorum antianitatem illas optare, & prout alias domos Canonicales obtinent, habere, ac obtinere, & per ſe ipſos, non autem inquilinos inhabitare, aut alijs commodare liberè, & licitè valeant: Apoſtolica auctoritate, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium perpetuò donamus, concedimus, & liberè elargimur, eiſq; ſeu eorum ſingulorum Canonicatibus, & præbendis dictæ Eccleſiæ perpetuò adijcimus, & appropriamus. Inhibentes dilectis filijs modernis, & pro tempore futuris dictæ Cameræ Camerario, Præſidentibus, Theſaurario, Clericis, cæteriſq; officialibus, ne præmiſſorũ occaſione prædictos Capitulum ſuper libera dictæ fabricæ eis ſic donatæ poſſeſſione, & fruitione moleſtare, perturbare, aut inquietare, ſeu attento, quod nos in eadem fabrica donata magnam pecuniarum ſummam expoſuimus, quicquam ab ipſis Capitulo, & Canonicis petere, aut poſtulare quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Ac decernentes præſentes literas quauis cauſa, etiam ex eo, quod in præmiſſis intereſſe habentes ad hoc uocati non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, inualidari, aut in ius, vel controuerſiã vocari, aut aduerſus illas quodcunque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, nullatenus vnquam poſſe, neque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum etiam effectum non ſortitarum reuocationibus, ſuſpenſionibus,*

Vide S. Bernard. de Virg. laudib. ſer. 2. aduentus in ſer. 7. de verb. Apoc. 12. & in natiuit. B. Mariæ Cant. 2. & in quo explicat antiphonam Salue regina.

ſionibus, limitationibus, modificationibus, aut A
*alijs contrarijs diſpoſitionibus, quamuis etiã Apo-
ſtolica auctoritate, etiam per nos, & ſucceſſores
noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes
ad ſedem prædictam ex quauis etiam vrgenti, et
neceſſaria cauſa, etiam motu ſimili, etiam conſi-
ſtorialiter in genere, vel in ſpecie, ac alias quomo-
dolibet factis, & emanatis comprehendi, ſed ſem-
per ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt,
toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum re-
ſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac
denuò etiam ſub quauis poſteriori data per dictos* B
*Capitulum quandocumque eligenda & conceſ-
ſas, eaſq; nec non donationem, conceſſionem, &
elargitionem prædictas ſemper validas, & effica-
ces eſſe, & fore, ac ſuos plenarios, & integros ef-
fectus ſortiri, & obtinere. Sicq; per quoſcumque
Iudices, &c. Sublata eis, & eorum cuilibet, qua-
uis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,
& auctoritate, iudicari, & definiri debere; ac irri
tum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis
auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit
attentari. Quocirca Vener. fratri noſtro Epiſcopo* C
*Cæſenaten. & dilectis filijs Curiæ cauſarum Ca-
meræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Præcepto-
ri Hoſpitalis ſancti Spiritus in Saxia de Vrbe
motu ſimili per Apoſt. ſcripta mandamus, quate-
nus, &c. præſentes litteras, & in eis contenta hu-
iuſmodi, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties
pro parte Capituli prædictorum, & aliorum, quos
eædem præſentes literæ concernunt, & concernent
in futurum, fuerunt requiſiti, ſolemniter publican
tes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio
aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra ipſas præ-
ſentes, & in eis contenta prædicta firmiter obſer-
uari, non permittentes eos deſuper per quoſcumq;
indebitè moleſtari. Contradictores, &c. per ſen-
tentias, cenſuras, &c. compeſcendo, inuocato
etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcula-
ris. Non obſtantibus piæ mem. Bonifatij Papæ
Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, qua cauetur ex-
preſsè, ne quis extra ſuam Ciuit. vel Dioc. niſi in
certis tunc expreſſis caſibus, & in illis vltra vnã
dietam à fine ſuæ Dioc. ad iudicium euocetur, ſeu
nè Iudices à ſede prædicta deputati extra Ciuit.
vel Dioc. in quibus deputati fuerint contra quoſ-
cunque procedere, aut alijs vices ſuas committe-
re audeant, ſeu præſumant; & in Concilio ge-
nerali edita de duabus dietis, dummodo vltra
tres dietas aliquis auctoritate earundem præſen-
tium ad iudicium non trahatur: ac re. me. Sym-
machi, & Pauli Secundi, & Pauli Quarti, de
rebus Eccleſiæ, non alienandis, nec non Pij etiam
Quarti Rom. Pont. ſimiliter prædeceſſorum no-
ſtrorum, de regiſtrandis conſtitutionibus, &c.
ac Eccleſiæ, & Vrbis prædictarum iuramento,
confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate
alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegijs
quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, &c. Qui-
bus omnibus, &c. hac vice duntaxat motu, &
poteſtatis plenitudine paribus ſpecialiter, & ex-
preſsè derogamus, &c. Datum Romæ apud ſan-
ctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ
milleſimo ſexenteſimo decimo, nonis Nouembr.
Pontificatus noſtri, anno ſexto.*

Hinc

SACRARII QVOD AD SANCTÆ MARIÆ MAIORIS.

PAVLVS V PONT MAX

MAGNIFICO AC PERELEGANTI OPERE EXTRVXIT ORNAVITQVE SVPERSTRVCTIS AD CANONICORVM VARIOS VSVS PEROPPORTVNIS ÆDIBVS

ORTHOGRAPHIA INTERIOR.

IN DVAS IN LONGITVDINEM PARTES DIVISA,

PARS SINISTRA QVÆ BASILICAM IPSAM ET MERIDIEM RESPICIT CVM CHORO DIMIDIATA PARTE PAVIMENTI ET IMPOSITORVM CONCLAVIVM IMAGINE.



Scala palmor. X in linea diminutionum

Scala palmor. X in linea anteriori

PARS INTRANTI DEXTERA QVÆ PERETTINOS HOR-
TOS ET SEPTENTRI ONEM SPECTAT CVM CAMPANARIA TVR-
RE AC PARTE ALTE RA PAVIMENTI ET ÆDIVM SVPERPOSI-
TA RVM FIGVRA.



Scala palmor, X in linea diminutionum — *Scala palmor, X in linea anteriori*

Hinc ad Cardinalis Rothomagenſis Sacellum tendimus, olim S. Michaelis nomine
26. appellatum. *Gulielmus Eſtouteuilla Cardinalis Rothomagenſis de anno 1483. in hac Baſilica Cappellam fundauit, ornauit, dotauitque.* Se-
27. quitur poſtea Societatis Confalonis Sacellum de quo ſuperius meminimus, & etiam hodie idem nomen retinet. Eodem ordine Sixti
31. Quinti Sacellum refulget ſanctiſſimo Præſepio dicatum. Quia verò libro decimo peragemus, nihil in præſenti tradetur. Prope minorem ianuam à ſiniſtro Tribunæ latere in minori naui vetus adeſt Altare, olim ſan-
34. ctæ Luciæ dicatum.

Sacella Cardinalis Rothom. Societatis Conf. & Sixti Quinti.

In Naui maiori duo Altaria cernuntur etiam cum veteribus Ciborijs. Quia verò reſtaurata apparent, ideò nonnihil meminimus, quamuis cum antiquis deſcripſerimus. Igitur illud quod ad dextrum maioris Altaris latus cernimus, ideſt quod diximus ſancto Gregorio Papæ dicatum eſſe, & à Paulo
7. Quinto Pontifice maximo, dum Vicarium

Altare S. Greg. olim dicatum, Paulus Quint. dum Vicarij munere fungeretur pulcherrimis ornauit picturis.

A

ageret, picturis exornatum, & olim Beatæ Virginis appellabant, nimirum quia in ſuo Tabernaculo eius Imago adorabatur, ſicut ex Archiuio. *Tabernaculum, ſeu Ciborium Beatæ Virginis fecit marmoreum S. P. Q. R. In quo eſt Imago vetuſtiſſima glorioſæ Virginis à Beato Luca depicta.* Poſteaquam Pauli Quinti Pont. Max. mandato Virginis Imaginem in eius Sacellum tranſtulerunt, tale Ciborium fuit à Capitulo innouatum, & à quatuor columnis marmoreis ſuſtinetur, etiam ipſum marmore conſtructum ad muſiui operis ſimilitudinem, atque auro diſtinctum; in quo aſſeruantur Ieſu Chriſti cunæ, velut infra innoteſcet.

B

S.P.Q.R. marmoreum loculum in quo olim Sacroſancta Deiparæ aſſeruabatur effigies faciendum curauit.

✠

Recto

S. GREGORII ALTARE QVOD ANTIQVITVS BEATISSIMÆ VIRGINIS DICEBATVR VNA CVM ANTIQVISSIMO CIBORIO EX PVLCHERRIMORVM VARIETATE LAPIDVM MAXIMO CVM ARTIFICIO CONSTRVCTO IN EIVS CIBORII MEDIO DOMINI N. IESV XPI CVNA ASSERVATVR



S. GREGORII ALTARE QVOD ANTIQVITVS BEATISSIMÆ VIRGINIS DICEBATVR, VNA CVM ANTIQVISSIMO CIBORIO EX PVLCHERRIMOR VARIETATE LAPIDVM MAXIMO, CVM ARTIFICIO CONSTRVCTO, IN EIVS CIBORII MEDIO PER 300 ET AMPLIVS ANNOS VETVSTISIMA B. LVCÆ MANV DEPICTA DEIPARÆ EFFIGIES COLEBATVR.



Scala palmorum

H

Recto Ara cum Ciborio adeſt, in quo Reliquiæ Sanctorum manent, & ad ſiniſtrum maioris Aræ latus nititur. licet autem de ipſo in veteri deſcriptione ob antiquitatem dixerimus, tamen cum hodie ſatis amplificatum cernatur, haud fuit ſilentio prætereundum.
6. Igitur hoc Ciborium ſex Columnis innixum ſe attollit. & quidem quatuor porphyreticis, reliquis minoribus; albo marmore, & muſiuo opere eſt exornatum; atque præteritis annis à Baſilicæ Capitulo in meliorem formam redactum. Tale verò ciborium Iacobus Iaonnis Capoccij, atque vxor Vinia condidit, velut ex Ciborij latere apparet, in quo idem Beatæ Virgini offerũt; & nos delineationem proponimus.

Aram cum ferculo ad ſanctor. aſſeruandas Reliquias condidit Io. Capoccius ciuis Romanus.

IACOBVS IOANNIS CAPOCCII, ET VINIA VXOR EIVS FECERVNT FIERI HOC OPVS PRO REDEMPTIONE ANIMARVM SVARVM, ANNO DOMINI M. CC. LVI.

Et in Archiuio: *Tabernaculum, ſeu Ciborium Reliquiarum marmoreum, & Teſſellatum*

A *quatuor columnis porphyreticis ſuffultũ, fecerunt, Ioannes Capoccius, & vxor eius Vinia, nobiliſſimi in Vrbe Ciues, ante annos trecentum. Extant etiam huius familiæ in hac Baſilica duo Sacella. In ciborio hoc ſunt Reliquiæ Sanctorum, quæ in die Reſurrectionis ſolemniter oſtenduntur.* Et Onuphrius. *Tabernaculum, ſiue ferculum Reliquiarum marmoreum, & teſſellatum, quatuor Columnis ſuffultum, condiderunt Ioannes Capoccius, & vxor eius Vinia nobiliſſimi in Vrbe Ciues, ante annos trecentum. Quis verò id*
B *ferculum, quo Beatiſſimæ Virginis Imago clauditur, è nobili marmore factum extruxerit, mihi incompertum eſt.* Atque hæc ſunt, quæ de Sacellis hodie videmus vna cum fundatoribus, maiori Altari excepto, de quo ſimul cum Eccleſiæ benemerentibus inferius trademus.

De Sep. Po. Eccl.

C



SS. OMNIVM ALTARE CVM MARMOREO VETERE CIBORIO MVSIVO OPERE ARTIFICIOSE CONSTRVCTO
IN QVO SACRÆ RELIQVIÆ RELIGIOSE COLVNTVR



DE HOMINIBVS, QVI HANC BASILICAM *Fabricis exornarunt.*

Cap. IX.

ILLO ſtabilito, quod in ſecundo libro tradidimus de Eccleſiæ origine, ad Sixti Tertij Pontificatum properemus circa annũ octogeſimum poſt niuis miraculum, vſque ad id tempus deuenientes; in quo omnes annotabimus, qui pia manu hanc Eccleſiam fabricis, & picturis amplificarunt. Omnes ferè Auctores volunt ſanctæ Mariæ Maioris Baſilicam poſt Liberij conſtructionem denuò ædificatam, & auctam eſſe: illo præſertim innixi, quod ſupra maius Altare legitur: XISTVS EPISCOPVS PLEBI DEI. Nec non rationibus, & auctoritatibus, quas adducunt. At nos ad veritatis robur magis ſolida fundamenta adinuenimus: nimirum quod Sixtus Tertius à fundamentis innouarit, vel ſaltem fines ampliarit muſiuis hiſtorijs exornans. pro qua re carmina adducentur ex Germania ad nos allata, quæ olim illuſtris Bibliotheca aſſeruabat, & poſtea fuerunt impreſſa velut Cardinalis Sirletus, & Onuphrius affirmant. Verſus quidem muſiui ſupra portam maiorem intra Eccleſiam iam exoleſcẽtes, & ferè conſumpti, ſic: VIRGO MARIA TIBI XISTVS NOVAT. Atque id tantum alij deprehenderunt. Carmina conſequentia hæc ſunt:

Plat. Onuph. Anaſt. & cæteri de Sum. Pont. Vitis ſcriptores dicunt Pontificatum cœpiſſe, an. 432. quarto Calen. Maij & vixiſſe in Pont. ann. 7. & Menſ. XI. ac obijſſe die 28. Aprilis, anno 440. Bar. tom. 5. ad ann. 432. n. 37. & Card. Sirlet. ac Onuph.

Hanc Baſilicam Sixti III. liberalitate reſtauratam vetus Epigramma teſtatur.

VIRGO MARIA TIBI XISTVS NOVA TECTA DICAVIT
DIGNA SALVTIFERO MVNERA VENTRE TVO.
TV GENITRIX IGNARA VIRI, TE DENIQVE FÆTA
VISCERIBVS SALVIS EDITA NOSTRA SALVS.
ECCE TVI TESTES VTERI SIBI PRÆMIA PORTANT
SVB PEDIBVSQVE IACET PASSIO CVIQVE SVA.
FERRVM, FLAMMA, FERÆ, FLVVIVS, SÆVVMQVE VENENVM,
TOT TAMEN HAS MORTES VNA CORONA MANET.

A Et Anaſtaſius ſibi aduerſatur, dum ſcribit: *Hic fecit Baſilicam ſanctæ Mariæ matris Domini*. Et poſtea: *Quæ ab antiquis Liberij cognominabatur iuxta macellum Liuiæ*. At ſi olim Liberij vocabatur, illud ſuccedit, vel eandem, vel aliam Baſilicam adeſſe; quod iam dictis ſe opponit. Huic tamen pro veritate reſpondetur; Sixtum Tertium vel iterum conſtruxiſſe, vel in meliorem ſtatum redegiſſe. Talem verò Anaſtaſij ſtylum eſſe, nimirum, cum ait: *Fecit Baſilicam*, vt
B inſinuet, vel innouaſſe, vel efformaſſe. Beda: *Anno Domini 432. Sixtus Romæ Epiſcopus fecit Baſilicam Mariæ matris Domini, quæ ab antiquis Liberij cognominabatur*. Et Auctor innominatus: *Vocata etiam fuit aliquando Baſilica Sixti; Sixtus enim Tertius anno Domini 432. hanc Baſilicam inſtaurauit, vt apud Bedam, multaque dona obtulit, vt in Pontificali Romano*.

Bed. in lib. 7 ... in vita ...

Onuph. ... de ſeptem ... Eccl.

Poſtea anno Domini 732. Gregorio III. Pontifice clauum tenente, vti erat egregiè
C ſanctus, ſic præclara indicia præſtitit: ſiquidem ſuper columnas nauim maiorem ſuſtinentes, vndique coronam fecit pro luminaribus apponendis, velut olim in ſancti Petri Baſilica Vaticana cernebatur, quæ luminaria ad ſacrarum Imaginũ pedes cernebãtur, ex muſiuo fictarum, velut ſuperius diximus, & hodie cernitur ſub feneſtris inter interſtitia columnarum. Qui mos ſatis vetus apud Catholicos exiſtit. & ad rei confirmationem ſic Anaſtaſius: *Hic fecit in Eccleſia ſanctæ Dei*
D *genitricis ad Præſepe, per circuitum ſupra columnas regulare candelabrum ad inſtar Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli*. Idem Pontifex tectum reſtaurauit, velut ex citatis Auctoribus: *Mutauit etiam trabes in Eccleſia ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe numero ſex*.

Platin. Onuph. & Ciac. ... Anaſt. in vita Gregorij iij. Baron. tom. ... annum 731. ... eriam ... ipſius Pont. ... dicitque ... ſum Gregorium creatum ... ad ſummũ ... anno 731. ... 16. & anno ... quarto Cal... Nouem. ... ſui Pontif. ... ſummi ... Anaſtaſio ... Concil.

Adrianus Primus circa an. 774. cernens pluribus indigere maiori opere ſtabiliuit. Anaſtaſius: *Itẽ præcipuus Præſul Baſilicã ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe, quæ à priſcis tem-*
E *poribus tota marcuerat, vltrò, citroque reſtaurauit, & in ſarta tecta eiuſdem Eccleſiæ poſuit trabes maiores viginti*.

Onuph. ... Eccleſ. ...

Paſchalis Papa Primus, egregiè pius, circa annum Domini 818. prꝫter plurima ad Baſilicam neceſſaria, etiam marmorea ornamenta adiunxit. Anaſtaſius, qui ijs temporibus vixit, reddens pariter rationẽ, cur hic Põtifex ſedem Pontificiam in aliã partem traduxerit, illam pulcherrimis marmoribus exornans, ſcalamque adiungens; etiam inquit, pauimentum innouaſſe, & marmoribus adornaſſe: ſex columnas erexit porphyreticas

ante

ante confeſſionem; ſuper quas. Capitulos, A pario marmore collocauit ex quo conijcio nihil aliud eſſe, niſi maximæ Aræ ciborium, quod ante illud, quod in præſentia cernimus, conſtructum erat. Reſtituit itidem Presbyterium varijs marmoribus adornans. & ad rei confirmationem Anaſtaſium adducemus: *Præterea idem Pontifex diuina inſpiratione pulſatus Eccleſiam ſanctæ Mariæ Dominæ noſtræ ad Præſepe cernens tali modo conſtructam, vt poſt ſedem Pontificis mulieres ad ſacra Miſſarum ſolemnia ſtantes, propè aſſi-* B *ſtere iuxta Pontificem viderentur; ita vt ſi quid colloqui Pontifex cum ſibi aſſiſtentibus voluiſſet, ex propinqua valdè mulierum frequentia, nequaquam eis ſine illarum interuentione liceret: largum ibidem locum ineſſe, in quem ſedem mutare valeret, cerneret, dato operis ſtudio ſedem inferius poſitam, ſurſum ponere fecit, vt in eo facilius Domino preces effundere poſſet: & ornauit marmoribus, & ſcalas fecit, quibus ad eam aſcenderetur, & pauimentum pretioſis marmoribus ſtrauit, erexitque ſex columnas purpurei coloris* C *ante confeſſionem ſacri Altaris, ſuper quas candidi marmoris trabes poſuit, purpureis dextra, læuaque marmoribus nectens, illas cælaturis ſatis commodè decorauit.*

Anaſt. Onuphr. & Plat. in vita Paſchalis Bar. tom. 9. ad ann. 824. vbi legitur ad Pont. aſſumptus anno 817. 5. Cal. Februar. obijſſe prid. idus Maij anno VII. Menſ. 3. die 16. ſui Pontif.

Neque ſanè Gregorius Vndecimus à predeceſſoribus abfuit, cuius eſt indicium, quia Auenione rediens, Turrim Campanarum erexit, quæ hodie cernitur, & ex inſignibus marmoreis in pluribus illius partibus variè expreſſis deprehenditur.

Ciacco & Panu. in vita Gregor. Vndecimi.

Hi etiã duo generoſi Equites ex Illuſtriſ- D ſima olim Paparonum familia, hodie verò, vt creditur, Matthæia, vnus Scotus nomine; alter verò filius Ioannes erga hanc Baſilicam maximam pietatem oſtenderunt, quod pauimentum teſtatur pluribus hiſtorijs ex opere teſſellato, horum munificentia conſtratum. De qua re amplum teſtimonium adeſt eorum effigies equo ſuper innixa, armis decorata, & ſigna manibus geſtans, apud quos hæc verba notantur: SCOTVS PAPARONE, IOANNES PAPARONE EIVS E FILIVS. Qui Eugenij Papæ temporibus vixerunt. Panuinus: *Pauimentum Baſilicæ vermiculatũ fecerunt duo nobiles Ciues Romani, Scotus, & Ioan. ipſius filius Paparones ante annos quadringentos, tẽpore eiuſdẽ Eugenij Tertij Papæ.*

Duo Pergulæ, quæ Gregor. XIII. Pontifice in medio Baſilicæ cernebantur, ſimiles illarum ſancti Laurentij extra muros; in quarum altera olim Euangelium (in altera Epiſtolam decantabant) etiam ipſæ ex porphyreticis, & alijs marmoribus conſtructæ erãt; immò (ſi nonnullis credimus) ab Alexandro Tertio à fundamentis innouatæ, velut eius nomine cõprobatur in harum vna impreſſo, & Onuphrius affirmat: *Pulpita in medio Eccleſiæ lapidea varijs marmoribus porphyreticis viridibus, lacedæmonijs ornata pro Epiſtola, & Euangelio decantandis, Alexan. III. Senenſis fabricauit.* Et hæc circa annum 1160. extitere, Gregor. XIII. & Sixtus V. Pont. abſtulit.

De ſept. Eccleſ. Pomp. Vgon. de ſtation. pag. 67. Ciaccon. in vita Alexan. iij. qui ad ſummũ Pontificatũ aſſumptus fuit, anno 1159. nonis Septembris.

Huius Baſilicæ Tribuna ex muſiuo opere pulcherrimè refulget, nec ſolum in anteriori, ſed etiam exteriori parte pluribus figuris exornata, vel à Nicolao Papa Quarto, vel à Iacobo Cardinali Columna, mãdato eiuſdem Pontificis. Quod ex muſiuis carminibus penè eroſis cõijcimus ab huius tribunæ dextra.

QVARTVS PAPA FVIT NICOLAVS
VIRGINIS ÆDEM
HANC LAPSAM REFECIT, FITQ;
VETVSTA NOVA.
PATER APOSTOLICVM SERVET
FRANCISCVS ALVMNVM
PROTEGAT OMNIPOTENS
MATRE ROGANTE BEET.

In medio Tribunæ in maieſtatis throno Saluator cernitur, glorioſam Virginem coronans, & pedibus Sol, atque Luna ſubſtant, multique Angeli vndique ſuſtentant, & à dextra ſanctus Franciſcus vnà cum ſanctis Petro, & Paulo adeſt, ſub quibus Nicolaus Pontifex cernitur genibus flexis; quorum nomina muſiuo expreſſa leguntur. A læua ad horum rectum, ſecus Petrum Cardinalem Columnam eſt ſanctus Ioannes Baptiſta, ad quem ſequitur ſanctus Ioannes Euangeliſta, & vtrumque ſanctus Antonius de Padua, velut ex nominibus eodem modo impreſſis. Qui omnes vel palmis iunctis, vel alio pacto reſpiciunt, atque Saluatorem, & Deiparam Virginem adorant. Poſt hos vtrinque arbor ſe attollit, cuius propagines ad cacumina copulantur pluribus folijs, ac auibus ad pulchritudinem reſplendens, & Tribunam muſiuo, & pretioſo opere replens. ſub Sanctorum pedibus, atque throno hæc verba leguntur:

MARIA. VIRGO. ASSVMPTA. AD.
ETHEREVM. THALAMVM. IN.
QVO. REX. REGVM. STELLATO.
SEDET. SOLIO.
EXALTATA. EST. SANCTA. DEI. GENITRIX. SVPER. CHOROS. ANGELORVM. AD. CÆLESTIA. REGNA.

Sub coronide itidem polito muſiuo mater Dei in medio apparet, dum ex hac vita migrat ab Apoſtolis, vnà cum Angelis circumdata, & Saluator animam in cælum portat. Quo loco etiam quidam Sancti in aere ſimul cum Angelis apparent. A dextro latere, Chriſti natiuitas adeſt, glorioſa Virgo humi iacens, & Angelorum miriades ouantium. Quam picturam haud diſſimilem credo ab eo, quod ſanctus Cyprianus affirmat. *Conſuetudinem ſequens, vt legi ſatisfaceret, quaſi cum alijs mulieribus eſſet ei in hoc opere ratio ſimilis (hoc eſt in opere partus Domini) diebus deſignatis recubuit, & depoſiti oneris laſſitudinem profeſſa, oblatæ quieti paruit, & in diebus ſeparationis non ſe à thoro Ioſeph, qui eam nūquam tetigit, ſed ab ingreſſu Templi, & cæteris quæ lex prohibebat continuit.* Ad Tribunæ terminum etiam muſiuo opere eximiè laborato Beatæ Virginis Annunciatio renidet, cuius latere tranſacto, in facie, quæ Crucem conſtituit, ſanctus Hieronymus cernitur libro aperto prædicans, & ſcripturam declarans, Cardinalis habitu, atque ornamentis, quibus ea tempeſtate incedebant. ex quo munitur, quod aliqui Patres aſſeruerunt, nimirum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem extitiſſe, velut præclarè Ciaccon. *Hoc eodem tempore ſanctus Hieronymus à Damaſo Papa Presbyter Cardinalis creatur, tituli ſanctæ Anaſtaſiæ ad Platinas, deinde ſancti Laurentij in Damaſo, nouæ à ſe Baſilicæ conditæ, iuxta Theatrum Pompeianum. Quod autem fuerit Presbyter Cardinalis creatus, conſenſit Cyrillus Hieroſolymitan. Epiſcopus ſcribens ad Auguſtinum de vita ſancti Hieronymi. Et Euſebius Cremonenſis diſcipulus ſancti Hieronymi ſcribēs ad Theodomum Senatorem Romanum, & ad Damaſum Epiſcopum Portuenſem. Sanctus item Petronius Epiſcopus Bononienſis, qui floruit anno Chriſti 440. in tractatu Apophtegmatum ſelectorum Sanctorum Patrum, qui coæuus ſancto Hieronymo fuit, vtpotè qui ex hac vita migrauit anno 472. Sanctus etiam Auguſtinus in ſermone vigeſimoquinto, ad Eremitas, vel cuiuſcunque Auctoris antiqui ille ſit, & omnes fermè recentiores idem teſtantur, quos longum eſſet recenſere, inter quos eſt Nicolaus Quartus Pontifex Romanus, qui ſanctum Hieronymum habitu Cardinalitio, qualis erat ſua ætate, opere vermiculato fecit exprimi, ad Paulam, & Euſtochium ſermonem faciens. Accedit quod à Paulino Epiſcopo creatus Presbyter tertio anno Antiochiæ trigeſimonono. Romæ creatus itidem Presbyter, nequiuit fieri niſi Romæ Presbyter Cardinalis crearetur: nam non poteſt idem creari Romæ, & Antiochiæ Presbyter, niſi alter titulus Presbyterij fuiſſet ordinis, alter dignitatis; cuius rei argumentum nos peculiari libello edito, latiſſimè, & copioſè tractauimus, & comprobauimus Hieronymi Cardinalitium, Presbyteratum.*

De Chriſti operibus ſerm. de Natiuitate.

In vita Damaſi Papæ primi. Diuus Hieron. S. R. E. Card.

A ſiniſtro latere inter binas feneſtras Magi notantur, munera Chriſto Saluatori offerentes: atque prope illud Saluatoris hiſtoria cernitur, dum Simeoni offerunt, & ſancta Eccleſia Virginis Purificationem vocat. In medio, dum Tribunam terminat, Sanctus Matthias cernitur Hebræis prædicans..... Quod opus anno 1295. eſt conſtructum. Sic in angulo à ſiniſtra: ANNO DOMINI M. C C. X C V. Et à ſiniſtra Pictoris nomen legitur: IACOBVS TORRITI PICTOR HOC OPVS MOSAICEN FECIT. Et in Archiuio reperimus Iacobum Cardinalem Columnam non ſolum in interiori, ſed etiam exteriori parte varijs hiſtorijs Tribunam ornaſſe ad glorioſam Virginem ſpectantibus: *Tribunam maiorem, cui ſupereſt ornatus muſiuus in honorem Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis, ſolum Iacobum feciſſe inſpicimus.*

Matth. cap. 2.

De hac hiſtoria Onuphr. Panu. Vgon. pag. & Card. Sirlet. in manuſc. huius Baſilicæ Ciacc. in vita Nicol. 4. & dicit Nicolaū Papam eam erexiſſe anno 1288. 8. Cal. Mart. & anno 1292. pri. die non. Apri. obijſſe Romæ in Patriarch. S. Mariæ Maioris an. 4. ſui Pontificat. menſe 1. die 14. Imperante Rodulpho & Adulpho Cæſaribus.

Pauimen-

PROSPECTVS TESTVDINIS INTERIOR LIBERIANÆ BASILICÆ CVM MVSIVO OPERE PERFECTIS

Pauimentum quoque proculdubio idem conſtrauit: quod tum ex eo conijcitur, quia illorum temporum modum redolet, tum quoque ex alijs indicijs apparet: in quo ipſe quieſcit.

Aræ maximæ Ciborium Cardinalis Rothomagenſis faciendum curauit. Sic inſignia declarant, quatuor Ciborij lateribus ſuper columnarum capitulis, quæ illud ſubſtentant. id variæ hiſtoriæ pario marmore

A inſculptæ, atque aurum exornant. In cuius fronte ſub Deipara, niuis miraculum renidet; quam hiſtoriam pariter auctor innominatus aduertit: *Cardinalis Rothomagenſis Ciborium ſuper Altare maius, atque Altare ſancti Hieronymi conſtruxit.* Onuph. & Ciac. in vita Eug. 4.

✠

A leua

ARÆ MAXIMÆ HVIVS BASILICÆ VNA CVM NOBILISSIMO CIBORIO SACRAQVE CONFESSIONE DELINEATIO



A læua huius Altaris Baſilicæ organum ſe oſtentat, à Sixto Papa Quarto concinnatum, quod ex inſignibus marmoreis colligitur, & Clemens Octauus Pontifex noſtra tempeſtate inſtaurauit: nec non etiam Muſicæ chorum, de quo inſignia fidem præbet.

Confeſſionem etiam ſub Ara maxima exiſtentem Cardinalis Pinellus, noſtra memoria inſtaurauit, egregiè exornans, dum ibidem ſibi ſepulchrum pararet.

Quatuor Euangeliſtarum, atque Eccleſiæ Doctorum imagines, quæ in crucis fornice ad maiorem arcum, & in chori medio ſupereminent, itidem Cardinalis Pinellus inſtaurauit, velut ab inſignibus depictis, & nomine deprehendimus.

DOMINICVS CARDINALIS PINELLVS ARCHIPRESBYTER, ANNO M.D.XCIX.

Baſilicæ tabulatum Cæleſtinus Papa Tertius auro exornare, ac ditare incæpit, & Alexander Sextus perfecit (& quidem ſi nonnullis credimus) ex primo auro, quod Indiæ tranſmiſerint.

Hac parte in minores naues pergimus; quarum vna à dextris, altera à ſiniſtris maioris ſe efferunt, opere concamerato; in quibus inſignia marmorea auro decorata pluribus locis cernuntur Card. Rothomagenſis. Ad harum nauium caput, occaſione Chori ampliandi ob beneficiatorum numerum à Pio

A Quarto auctum, crux, quæ per Chorum penetrabat, & ad paruas ianuas pertingebat, fuit obſtructa, velut hodie cernimus, cum pro Choro inſeruiat. Et in crucis concameratione, antequam Cardinalis Pinellus depingeret, etiam Cardinalis Rothomagenſis inſignia apparebant: & eodem tempore denuò duos parietes vſque ad Eccleſiæ medium conſtruxit, quo minores concamerationes magis perſtarent. ſic præter inſignia manuſcriptum habet: [*Vide Onuphr. in vita Sixti Papæ Quarti, vbi loquitur de Card. Rothomagen.*] *Crucem mediam, & naues ab vtraque parte minores lateritias fecit* B *Cardinalis Rothomagenſis huius Baſilicæ Archipresbyter*. Poſtea verò nauium dimidium, velut caſus & tempora ferunt, imperfectum manſit. Quare Capitulum ſuis impenſis ad exitum perduxit, Pauli Quarti Pōtificis beneficentia adiuncta, vnà cum illa Guidonis Aſcanij Sfortię Baſilicę Archipresb. quorum inſignia quibuſdam fornicis partibus affixa cernuntur, & his verbis apparent: *Quarum alterā ſedente Paulo Quarto, collapſam reſtituerunt Ca-* C *nonici illius temporis, ſcuta tria millia erogantes in eius reparationem. quod reliquum fuit fecit Paulus Quartus, & Guido Aſcanius Sfortia Cardinalis Camerarius Archipresbyter; & Cardinalis extant inſignia in hac naui, Canonicorum verò nullum extat monumentum.*

Atque hæc ſufficiant de ijs, qui fabricis Eccleſiam amplificarunt. Supereſt vt quatuor internas Baſilicæ partes delineatas proponamus.

FINIS LIBRI QVINTI.

BASI-

94A

VESTIGIVM TOTIVS BASILICÆ LIBERIANÆ ET APPOSITORVM ÆDIFICIORVM EA FORMA IN QVAM PAVLVS V. PONT. MAX MAGNIFICE EXCVLTA ATQVE AVCTA REDEGIT.





24 Hyemalis chorus a Paulo V
26 S. Michael. sacellum
27 Sepulchrum S.mi Confes. ... ionis Sacellum
21 Sacrarium, et Canonicorum Ædes a Paulo V. Pont. Max. erecta
B. Virginis ad nives 22 ædicula
20 Turris Campanaria
23 Ioan. Patritij Sepulcrū huius Basilicæ fundatoris
ORIENS
19 Baſilicæ Porticus
18 Sacrū oſtium
15 S. Leonis PP. ædicula
16 S. Catharinæ Virg. et M. Sacellum
17 Canonicorum habitacula
Sacellum
Scala palmorum
10 20 30 40 50
MERID

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LIBERIANÆ BASILICÆ FACIES INTERIOR QVÆ ARÆ MAXIMÆ OBVERSA EST

Scala menſionis deſumpta ex linea paralela inter + et +

Diminutioni Scala deſumpta ex linea inter × et ×

BASILICÆ LIBERIANÆ PARS INTERIOR CVM TESTVDINE DISSECTA

BASILICÆ LIBERIANÆ PARS INTERIOR, CVM DVPLICI CIBORIO ALTERO RE-
LIQVIARV̄ ALTERO SACRORVM D.N. IESV XPI CVNABVLORVM ET TESTVDINE DISSECTA



LIBERIANÆ BASILICÆ PARS INTERIOR, CVM ORGANO, ET NICOLAI PAPÆ IIII MARMOREO SEPVLCHRO IN QVO EIVS IMAGO EXTAT, ADIVNCTA TESTVDINE MVSIVO OPERE PERELEGANTER DEPICTA

Scala menſionis deſumpta ex linea paralela inter + et +

Scala diminutionum deſumpta ex linea inter ⁎ et ⁎

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER SEXTVS.

AVCTORE ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE INDVLGENTIIS, STATIONIBVS, Reliquijs, Pœnitentiarijs, atque Nobilitate Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris.

CAPVT PRIMVM.

De nomine Indulgentia, & Iubilei, vide Card. Bellarm. tom. 2. controuer. lib. 1. c. 1. de indulg. Gulielm. Altiſiodoren. in ſum. Theolog. lib. 4. tract. 6. c. 9. Alex. Alenſ. in ſum Theol. par. 4. q. 23. Alber. Mag. S. Thom. S. Bonau. & cæteros ſchol. Theol. in comm. ad 4. lib. ſent. diſt. 19. art. 20. aut. 45. Panormit. tit. de pænit. & remiſ. in Epiſt. decret. in 6. extrauag. Io. de Turrecr. in comm. ad Gratia decret. de pænit. diſt. 1. Cano. quis vidit §. item in leuit.

DIXIMVS antea, quomodo olim ſe habuerit, atque adeò in præſens ſe habeat, hæc Baſilica. ſequitur modo tractandum de Indulgentijs, Pęnitentiarijs, Reliquijs, atque huius Eccleſiæ dignitate. Et primum, diuino fauente auxilio, ab Indulgentijs, & Stationibus inchoabimus. Quanquam præſens tractatio requireret, vt prius de Statione, & Indulgẽtia eſſet actum, atque de origine, & nominibus; tamen quia hic minus ex propoſito, ſed ex occaſione, & per accidens tractatur, nimirum ob connexionem, quam cum hac Eccleſia habent; ideò à nobis prætermittetur. Præter-

A quam quod cum de his in noſtra militia Eccleſiæ Romanæ accuratè agamus, haud reprehendendum duximus, ſi manus abſtineatur. Igitur primum monſtrabimus à Sixto Papa Tertio, anno 433. & alijs Pontificibus, plurimas Indulgentias conceſſas fuiſſe, ſed præſertim die conſecrationis Baſilicæ. Sic autem Nicolaus Papa Quartus ad confirmationem teſtatur. *Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Iacobo ſanctæ Mariæ in Vialata Diacono Cardinali, &*

B *Archipresbytero, ac Priori, & Canonicis Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, &c. Vnde vnius anni, & quadraginta dierum à fel. recor. Sixto Tertio in die Conſecrationis Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe. Et vnius anni, & quadraginta*

Feli. in tract. de indul. S. Anton. Archiep. Flor. in ſum. par. 1. tit. 10. c. 3. Silueſt. in libel. aduerſ. Luther. et in ſum. in verb. Indulgentia. Adrian. 6. in comm. ad 4. lib. ſent. in tract. de Ind. Card. Caie. in 1. tom. opuſc. tract. 8. q. 10. 15. & 16. Domin. à ſoto in 4. ſent. diſt. 27. Petr. Soto inſtit. Sacerd lect. 1. 2. & 3. de indulg. Io. Epiſc. Roſſen. in refutatione aſſertionis artic. Lutheri art. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. Martin Ledemſ. in 2. par. 4. ſent. q. 27. 29. & 30.

Medin in diſpu. de indulg. Ant. Cordub. in quæſtio. de indulg. Io. Bapt. Paul. in lib. de Iubil. & indulg. Nauar. in cõm. de Iubil. & indulg. Franc. Turrian. lib. 4. de dogmat. caracth. verbi Dei. Greg. de Valent. de indulg. Iacob. Nachant. tract. 10. Card. Tolet. inſtit. Sacerd lib. 6. cap. 21. vſque ad 28 Sed melius & plenius Cardin. Bellarm. loc. cit.

De ſtationibus vide Iſidor. Polidor. Virgil. in lib. 8 de inuent. rer. cap. 1.

Lib. 1. Reg. cap. 1. & 2. Euang. Io. ad 6. Acta Apoſtol. ad 2. cap. Panuin. in tract. ſtat. Concil. Nicen can. 20. & de conſecr. diſt. 3 & 30. c. 17. Pomp. Vgon. in hiſtor. Station. Rom.

draginta dierum à Clemente Tertio, in ſolemnitate conſecrationis eidem, quando lapidem Altari maiori ſuperpoſuit conſecratum. ac vnius anni, & quadraginta dierum ab Honorio Tertio, ab ipſo feſto conſecrationis, vſque ad octauam Aſſumptionis ipſius Virginis, &c. Datum Romæ, tertio Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo. A

Idem putandum eſt Liberium Papam feciſſe; nec non Gregorium Papam Primum, quem, aiunt, quadrageſimales, & annuas ſtationes inſtituiſſe, velut Ioannes Diaconus B in Gregorij vita ait. de quo legitur, ſolitum eſſe in Euangelia Homilias ſcribere eo in loco, vbi erant ſtationes. Vnde poteſt credi quod Homiliam ſuper Euangelium componens, *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, &c.* In tali Baſilica die Natiuitatis Domini, quo tempore eſt ſtatio; & ſermonem faciens de Reſurrectione Saluatoris, quo etiam ſtatio ſanctæ Mariæ Maioris, in Natali Domini, & Reſurrectione, Gregorij tempore extiterit; atque etiam omnes aliæ ſtationes, tam Qua- C drageſimales, quàm infra annum ab eodem Pontifice, & anteceſſoribus deriuarint. Quæ Baſilica adeò his ornatur, vt nulla alia etiam Romana Patriarchalis (ſi ſancti Petri in Vaticano excipias) antecellat. Etenim hęc quindecim dies ſtationis in anno habet, Saluatoris verò Baſilica, vel certè ſancti Ioannis Laterani (idem enim ſignificat) ſolum ſeptem dies. Sancti Pauli extra muros quinque. ſancti Laurentij extra muros quatuor, tantum illa Apoſtolorum Principis in Vaticano vi- D ginti ſtationis dies obtinet. In tali Eccleſia eſt Porta ſancta, quæ vigintiquinque annorum curriculo ſemel aperitur per totum annum à Cardinale Archipresbytero, ijsdem cæremonijs, quibus ſummus Pontifex illam ſancti Petri aperit, & claudit. quod Gregorius Vndecimus in hac Baſilica inſtituit, velut ex Panuino; aut Clemens Septimus, ſicut in Bulla apparet. & noſtra memoria fuit reſerata, & clauſa anno 1600. à Dominico Cardinali Pinello Archipresbytero. E

Vide Panuin. de VII. Vrbis Eccleſ.

Stationes ſunt hiſce diebus.

Prima Dominica Aduentus Domini. Quarta quaque feria, quatuor anni temporũ, quibus diebus Cardinalium creatio pronunciari ſolebat. Vigilia Natalis Domini. Nox Natalis in ſacello Præſepis ad primam Miſſam. In Miſſa maiore. Tota die in Natali Domini, quæ ſtatio ſecundum aliquos antiquitus etiam ſancti Petri in Vaticano erat, ſed ob diei breuitatem Honuphrius credit Gregorium tranſtuliſſe; quod iam dictis aduerſaretur ex Ioannis Diaconi auctoritate, niſi id ante ſanctum Gregorium Papam cõtigiſſet; vel certè eadem die, vtroque loco extitiſſet, ſed ex diei breuitate in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris fuerit ſtabilita.

Dies S. Ioannis Euangeliſtæ.

Dies Purificationis Beatæ Virginis.

Feria quarta Hebdomadæ maioris.

In die Reſurrectionis Domini.

Feria ſecunda, nimirum tribus diebus ante Domini Aſcenſionem.

De quo die vide Baron. ad ann. 447. tom. 6. in vita Leonis Papæ 1.

In feſto dedicationis eiuſdem Baſilicæ, die quinta Auguſti.

Die Aſſumptionis Beatæ Virginis, decimaquinta Auguſti. Quibus diebus olim Põtifice adſtante, vna cum ſacro Collegio ſolemnem Miſſam Cardinalis canebat.

Honuph. de ſept. Eccleſ. pag. 244. & de ſtation. Vrbis Romæ libellum Cardin. Sirlet. in tract. manuſcript. Huius Baſilicæ.

Sed præſertim in Natali Domini, Purificatione Beatæ Virginis, Reſurrectione Domini, Aſſumptione Beatæ Virginis ſolẽnem Miſſam Põtifex celebrabat. Et Paulus Quintus ſummus Pontifex, vel ſolemni pompa, vel priuatè ſæpius ſacra facit.

Et in die Purificationis. in feſto S. Adriani proceſſio ad talem Eccleſiam pergebat nudis pedibus, & candelis accenſis, ſicut in Natalis Domini nocte Pontifices ſacra faciebãt, & etiam mane in Ara maxima, velut noſtris temporibus Sixtus Quintus peregit ſolemni, & magnifica pompa. In hac Baſilica plurimæ ſunt Indulgentiæ à varijs Pontificibus conceſſæ; ſed præſertim à Nicolao Quarto, quæ muſiuo opere leguntur in ſiniſtro cornu abſidis, & Panuinus annotauit:

Honuphrius de ſept. Eccleſ.

Primæ ad hanc ſacram Baſilicam omnibus deuotè venientibus à felicis recordationis Nicolao Quarto Papa inſcripto Indulgentiæ ſunt conceſſæ, & innouatæ. In primis ſingulis diebus annus vnus, & duæ quadragenæ. Item ſingulis diebus Lunæ, Mercurij, & Sabbathi centum dies. Item in Quadrageſima ſancti Martini ſingulis diebus tres anni, & tres quadragenæ. Item in Natiuitate Domini, & vſque ad octauam duodecim anni, & duodecim quadragenæ. Item ab octaua Natiuitatis vſque ad Epiphaniam octo anni, & octo quadragenæ. Item ab Epiphania, & vſque ad octauam duodecim anni, & duodecim quadragenæ. Item ab octaua Epiphaniæ vſque ad Purificationem duodecim anni, & duodecim quadragenæ. Itẽ à Dominica Septuageſimæ vſque ad xl. duo anni, & duæ quadragenæ. Item in Quadrageſima ſingulis diebus tres anni, et tres quadragenæ. Item in feſto ſancti Matthiæ Apoſtoli decem anni, & decem quadragenæ. Item in octaua eiuſdem ſex anni, & ſex quadragenæ. Item in Annunciatione Beatæ

Mariæ

Mariæ Virginis decem anni, & decem quadragenæ. Item in Reſurrectione Domini, & vſque ad octauam duodecim anni, & duodecim quadragenæ. Item ab octaua Reſurrectionis vſque ad Aſcenſionem duo anni, & duæ quadragenæ. Item in Aſcenſione, & vſque ad octauam ſex anni, & ſex quadragenæ. Item ab octaua Aſcenſionis vſque ad Pentecoſtem duo anni, & duæ quadragenæ. Item in Pentecoſte vſque ad octauam ſex anni, & ſex quadragenæ. Item in feſto Niuis, vſque ad octauam quatuordecim anni, & totidem quadragenæ. Item Indulgentia ab octaua feſti Niuis, vſque ad Aſſumptionem octo anni, & octo quadragenæ. Item in Aſſumptione, & vſque ad octauam, duodecim anni, & duodecim quadragenæ. Item ab octaua Aſſumptionis vſque ad Natiuitatē Virginis octo anni, & octo quadragenæ. Item in Natiuitate Virginis vſque ad octauam duodecim anni, & duodecim quadragenæ. Item in feſto omnium Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, ſancti Laurentij, & ſancti Hieronymi duo anni, & duæ quadragenæ. Item in feſto ſanctæ Crucis tres anni, & tres quadragenæ. Item ſingulis diebus ſabbathi vnus annus, & vna quadragena. Item ſingulis diebus Lunæ, Mercurij, Sabbathi ad Præſepe vnus annus, & vna quadragena. Item in ſingulis ſtationibus ipſius Baſilicæ, quæ ſunt omnibus diebus Mercurij, quatuor temporum; Dominica de Aduentu; Vigilia Natalis Domini; & Quarta feria maioris hebdomadæ, nouem anni, & nouem quadragenæ. Item quicunque ad reparationem, ſeu conſeruationem ipſius Baſilicæ, & alias, prout ei Dominus inſpirabit, quotieſcunque, & quandocunque manum porrexerit adiutricem, annus vnus, & vna quadragena.

Neque nobis ab re videtur ſummarium addere, in quo Bullæ deſignentur à pluribus Pontificibus conceſſæ, quæ ad huius Eccleſiæ decus, & Dei gloriam pertinent; dummodò præiudicium non fiat alijs Indulgentijs eidem Baſilicæ conceſſis, quarum, barbarorum iniuria, memoria extincta eſt. Igitur in Archiuio reperimus, Anno 1223. die 23. Iulij, Honorij Tertij anno ſeptimo, Bullam eiuſdem Pontificis confirmantis Indulgentias duorum annorum, & totidem quadragenarum ab alijs ſummis Pontificibus conceſſas Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris, in feſto Niuis vſque ad octauam Aſſumptionis; & ipſum diem Niuis feſtum ſolemnem perpetuò conſtituentis, & mandantis celebrari officium.

Anno 1240. die 23. Iunij, Gregorij Noni anno 13. Bullam eiuſdem Pontificis confirmantis Indulgentias ab alijs ſummis Pontificibus conceſſas, & addentis Indulgentijs, aliàs conceſſis in aliquibus ſolemnitatibus, Indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum.

Anno 1261. die 19. Iunij, Vrbani Quarti anno primo, Bullam eiuſdem Pontificis concedentis Indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum, in feſto Dedicationis, vſque ad octauam Aſſumptionis.

Anno 1288. die quarta Ianuarij. Nicolai Quarti anno primo, Bullam eiuſdem Papæ concedentis Indulgentiam trium annorum, & totidem quadragenarum viſitantibus Eccleſiam, in die Natiuitatis vſque ad feſtum Purificationis, & in feſto Reſurrectionis vſque ad octauam.

Anno 1288. die vndecima Auguſti Nicolai Quarti anno primo, Bullam eiuſdem Pontificis concedentis Indulgentiam trium annorum, & trium quadragenarum, in die Natiuitatis Domini vſque ad octauam Epiphaniæ, In die Reſurrectionis Domini vſque ad octauam, In feſtis Purificationis, Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, & in feſto ſancti Matthiæ Apoſtoli.

Eodem anno, & die Bullam ſupradicti Pontificis concedentis Indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum viſitantibus Eccleſiam ſanctæ Mariæ Maioris diebus in Bulla expreſſis.

Eodem anno, & die Bullam ſupradicti Papæ concedentis Indulgentiam trium annorum, & trium quadragenarum viſitantibus Eccleſiam, in feſto Dedicationis, vſque ad octauam Aſſumptiouis.

Anno 1290. die prima Martij, Nicolai Quarti anno tertio, Bullam eiuſdem Papæ concedentis Indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum viſitantibus ſingulis anni diebus Eccleſiam, & ſecunda, & quarta feria, & die ſabbathi locum Præſepis; & duos annos, & totidem quadragenas viſitantibus Eccleſiam à prima die Quadrageſimæ, quæ ſancti Martini dicitur, vſque ad feſtum Purificationis: & à Dominica Septuageſimæ vſque ad feſtum Pentecoſtes diebus ſingulis, & in ſingulis ſanctorum Apoſtolorum, Michaelis Archangeli, Laurentij, & Hieronymi feſtiuitatibus: & quatuor annos, & totidem quadragenas, in Natiuitate Domini, Epiphania, Reſurrectione, Aſcenſione, & Pentecoſtes, ac ſingulis eiuſdem Beatæ Virginis, & ſancti Matthiæ feſtiuitatibus, & per octauas. Item tres annos, & tres quadrag. in anniuerſario ipſius Eccleſię, & per octauā.

Anno

Anno 1373. die 27. Februarij, Gregorij Vndecimi anno tertio, Bullam eiuſdem Papæ concedentis Iubilæum anni ſancti in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris, & mandat dictam Eccleſiam viſitari cum alijs tribus, videlicet Sanctorum Petri, & Pauli, ac Lateranen. Eccleſijs. A

Anno....... die....... Gregorij....... anno........ Bullam eiuſdem Papæ concedentis Indulgentiam viſitantibus Eccleſiam à die feſto Niuis, vſque ad octauam Aſſumptionis, adeſt duplicatum.

Anno 1392. die decima octaua Augusti, Bonifacij Noni anno ſexto, Bullam eiuſdem Papæ concedentis eaſdem Indulgentias viſitantibus Eccleſiam in diebus, quibus aperitur, & clauditur Imago glorioſiſſimæ Virginis à ſancto Luca depicta, quæ fuerint conceſſæ viſitantibus Eccleſiam ſancti Siluestri, in diebus, quibus ſancti Ioannis Baptiſtæ caput oſtenditur.

Anno 1392. die decima ſeptima Septembris, Bonifacij Noni anno..... Bullam eiuſdem Papæ concedentis eandem Indulgentiam Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris, in feſtiuitate, quæ eſt pridie Kalendas Octobris, & in feſto tranſlationis ſancti Hieronymi, quæ fuit conceſſa à ſummis Pontificibus, die prima Auguſti, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Angelis Aſiſij.

Anno 1449. die decimanona Februarij, Bullam Nicolai Quinti confirmantis Iubilæum anni ſancti in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris, aliàs conceſſum à Clemente Sexto, & Gregorio Vndecimo.

Anno 1448. die 21. Ianuarij, Pij Secundi anno eius primo, Bullam eiuſdem Papæ concedentis Indulgentiam plenariam, viſitantibus Eccleſiam in feſto trãſlationis corporis ſancti Hieronymi, videlicet ſeptimo Idus Maij. adeſt duplicatum. Aliam Bullam eiuſdem Papæ, anno 1464. die prima Iunij, anno eius ſexto.

Anno 1465. die decimaſeptima Maij, Pauli Secundi anno primo, Bullam eiuſdem Papæ concedentis Indulgentiam plenariam, viſitantibus Eccleſiam, videlicet in die feſto tranſlationis Corporis ſancti Hieronymi, nimirum in vigilia Aſcenſionis Domini.

Anno 1472. die quarta Maij, Sixti Quarti anno primo, Bullam eiuſdem Papæ confirmantis Indulgentias ab alijs conceſſas, & inſuper addentis Indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum viſitantibus Eccleſiam à die Dedicationis vſque ad octauam Aſſumpt. & in alijs diebus in Bulla expreſſis.

Anno 1568. die vigeſimaſexta Februarij, Bullam Pij Quinti reſtituentis Stationem in die Dominica ſecunda Quadrageſimæ, olim ablatam à Leone Decimo, & conceſſam Eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Dominica.

Anno 1572. die vigeſima octaua Martij, Bullam Pij Quinti cõcedentis Stationes Archipresbytero, Capitulo, & Canonicis, Beneficiatis, Pœnitentiarijs, ſeruientibus, & ipſorum famulis, qui ex nunc, & in perpetuum Quadrageſimalibus, & alijs anni temporibus, Altaria Præſepis, ſancti Matthiæ, B Beatæ Mariæ, reliquiarum, & ſancti Hieronymi deuotè viſitauerint, & ante vnumquodque dictorum Altarium vnum ex Pſalmis Gradualibus, ipſis benè viſum; ac ſi quis miniſtrorum, & famulorum Pſalmos ignoret, ter orationem Dominicam, & totidem Salutationẽ Angelicam deuotè recitauerint.

Anno 1582. die prima Martij, Bullam Gregorij Decimitertij, concedentis Indulgentiam plenariam in feſto S. Matthiæ.

C Anno 1583. die vigeſima Februarij, Breue ſupradicti Papæ concedentis eandem Indulgentiam plenariam in ſupradicta die feſti ſancti Matthiæ.

Anno 1586. die ſexta Decembris, Breue Sixti Quinti aſſerẽtis de ipſius ordine tranſlata fuiſſe ab Eccleſia ſancti Pauli ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ Maioris, corpora ſanctorum Innocentum, & concedentis Indulgentiam plenariam in ſanctæ Luciæ, & ſanctorum Innocentum feſtiuitatibus. Quæ omnia D Paulus Quintus Pontifex Maximus confirmauit; atque ſeptem Altaribus Indulgentiam conceſſit.

Translatio corporum SS. Innocent. à ſancti Pauli Eccleſ. ad hanc Baſilicam anno 1586.

DE POENITENTIARIIS
S. MARIAE MAIORIS.
Caput II.

HÆc Baſilica habet etiam ſuos Pœnitentiarios, haud à cæteris Patriarchalibus diſſimiles, pro communi bono, & Chriſtifidelium ſalute. Etenim cum ad Indulgentias huius Eccleſię obtinendas ſint diſpoſiti, illud requirebatur, vt ij adeſſent, qui non ſolum confeſſionibus adiuuarent, ſed etiam pia charitate modum edocerent, quo Indulgentias conſequerentur. Hic fortaſſe aliquis requiret cognitionem de Pœnitentiarijs in genere; nimirum vt à nobis agatur de huius E

De Pœnitentiarijs vide Baron. tom. 1. ad an. 56. S. Aug. Epiſt. 54. ad [illegible] eundem. Socrat. lib. 5. c. 19. Sozomen. lib. 7. c. 16. & [illegible] 36.

De numero Pœnitentiariorum vide Euſeb. [illegible] lib. 6. cap. [illegible] & [illegible] ca [illegible]

De nomine Pœnitentiariorum & vnde oritur & quando vide Ambroſ. lib. 1. de pœnitent. & Cyprian. Epiſt. 13. & 31. Hieronym. aduerſus Lucifer. Vide etiam Pamelij eruditiſſimas notationes in Tertull. lib. de pœniten. 53.

huius vocis ſignificatu, origine, munere, &c. A Sed quia in noſtra militia de Romana Eccleſia fusè tractatur, tanquam de re illuc præſertim ſpectante, nos hic ſolum delibabimus, quæ pro tali Baſilica faciunt. In hac Eccleſia perpetuò Pænitentiarij reſiderunt, & quidem vſque ad Pium Papam Quintum ſemper ſæculares Sacerdotes, Monachi, & alij Clauſtrales, iuxta temporum permutationem, ſicut inferius apparebit; ſi antea de ijs originem trademus, qui in hac Eccleſia conſiſtunt. Igitur dicimus fuiſſe à Liberio B Papa eodem tempore ſtabilitos, quo etiam ipſa Baſilica. Cum autem nullum certum fundamentum, & proprium adſit, non eſt ab hac ſententia recedendum, cum nihil in contrarium ſe opponat. ſed ſi eſt verum, vti eſt veriſſimum, quod à ſanctis Patribus eſt memoriæ conſignatum, vna voce affirmantibus, Eccleſias, & Oratoria primitiuæ Eccleſiæ ad Chriſtianorum bonum erecta eſſe, velut etiam noſtris temporibus, illud planè conſequitur in talis Eccleſiæ conſtitutione C à Liberio Papa Sacerdotes collocatos fuiſſe, qui ſuprema auctoritate peccata abolerent. Quod ſi huic ſententiæ aliquis ſe opponat, nunquam negabit, ſaltem à Sixti Tertij tempore Pęnitentiarios in hac Baſilica conſtare, quod mille, & ducentos annos attingit. Quod verò plures Pœnitentiarij eodem tempore hic adfuerint, & etiam diuerſi ordinis, facilè tum ex auctoribus, tum quoque ex Archiuio deprehenditur: & Anaſtaſius Bibliothecarius teſtatur, Simplicium Papam D apud talem Baſilicam Eccleſiam erexiſſe ſancto Andreæ Apoſtolo dicatam: & in vita Gregorij Secundi, his verbis: *Gerontocomium, quod poſt abſidam ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe ſitum eſt, Monaſterium inſtituit, atque Monaſterium ſancti Andreæ Apoſtoli, quod Barbaræ nuncupatur, ad eam deductum deſolationem, vt in eo ne vnus quidem Monachus relictus eſſet, accitis Monachis, ordinauit, inſtituitque, vt horum duorum Mona- E ſteriorum Monachi in Baſilica ſanctæ Dei genitricis Mariæ, die, noctuque diuinas Deo canerent laudes.*

Ex Anaſt. Bibl. in vita Simplicij Papæ, & Gregorij. Honuph. de. 7. Eccleſ. pag. 141. Concil. tom. 2. in vita Simpl. Papæ Vide Anaſt. Biblioth. in vita Greg. Papæ ij.

Hactenus Anaſtaſius. Ex quibus colligitur Simplicij, & Gregorij tempeſtate per longum temporis tractũ Monachos diuina munera exercuiſſe. Et ad magis confirmandũ poteſt priuilegium perlegi à Georg. Cęſarino cuidã conceſsũ, & à nobis ex Archiuio erutum: *Georgius de Cæſarinis, Dei gratia Sedis Apoſtol. Protonotarius, officij Pænitentiariæ Domini Papæ curam regens. Venerabilibus Viris Dominis Vicario, nec non Priori, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, ſalutem in Domino. Cum pro deuotione maxima, quam vniuerſus Populus Chriſtianus ad dictam Eccleſiam ſanctæ Mariæ merito gerit, in qua ipſa Beatiſſima Virgo Chriſti mater ſingulari quodam miraculo præcipuum ſibi in Vrbe elegit habitaculum; vtque indulgentiarum eidem Eccleſiæ per Romanos Pontifices cõceſſarum, Domino coadiuuante particeps fiat Chriſtifidelium multitudo, quæ continuè deuotionis cauſa confluit ad eandem, quibus ſummè expedit pro huiuſmodi indulgentijs conſequendis idoneos, & diſcretos ibidem reperire Presbyteros, qui aduenientes omnes pro diuinis gratijs, & Indulgentijs acquirendis in eorum confeſſionibus diligenter audire, eoſque auctoritate Apoſtolicæ Sedis à peccatis omnibus abſoluere valeant. Nos de religionis zelo, litterarum ſufficientia; vitæ, ac morum integritate, alijſque probitatis, & virtutum meritis Religioſi viri fratris Chriſtophori de Guarrinis de Pergamo Presbyteri profeſſi ordinis Fratrum Prædicatorum Conuentus Pergomen. fide dignum teſtimonium habentes, ipſumque præmiſſorum meritorum ſuorum intuitu condignis fauoribus, & gratijs honorare volentes, in quo plenam in Domino fiduciam obtinemus, auctoritate Domini Papæ, cuius Pœnitentiariæ curam regimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, eidem fratri Chriſtophoro, de officio ſubſtitutionis Pœnitentiariæ Domini Papæ in dicta Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris gerendo, & exercendo, ſicut alij Pœnitentiarij in eadem gerũt, vſque ad beneplacitum noſtrum tenore præſentium prouidemus. Committentes nihilominus eidem, vt huiuſmodi ſubſtitutionis Pænitentiariæ officium in dicta Eccleſia, ſicut alij ſubſtituti Pœnitentiarij exercent, fideliter, & diligenter ſtudeat exercere. Nos enim à prædicto fratre Chriſtophoro de officio ipſo fideliter exercendo auctoritate, & mandato prædictis recepimus fidelitatis debitæ in forma ſolita Iuramentum. Quocirca diſcretioni veſtræ auctoritate, & mandato prædictis committimus, & mandamus, quatenus eundem fratrem Chriſtophorum ad exercitium dicti officij, priuilegia, honores, onera, & emolumenta, ſicut vnum ex alijs Pœnitentiarijs in Eccleſia prædicta liberè admittatis, & ab alijs, prout opus fuerit, faciatis admitti, ac ipſorum numero, & conſortio aggregari. In quorum fidem, & teſtimonium præſentes litteras fieri, noſtrique maioris ſigilli, quo vtimur, iuſſimus appenſione muniri. Datum Romæ in ædibus ſolitæ reſidentiæ noſtræ, ſub anno Natiuitatis Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, Die vigeſima quarta menſis Decembris, Pontificatus ſanctiſ-*

In Archiuio S. Mariæ Maioris conſeruatur.

ſimi

ſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Eugenij diuina prouidentia Papæ Quarti, anno decimotertio.

Et hic ritus vſque ad Pium Papam Quintum durauit, qui Pœnitentiarios ex familia, atque ordine ſancti Dominici ſelegit, cæteros dimittens; nec non domicilium propè Baſilicam ſtabiliuit. Panuinus: *Pius Quintus Pœnitentiarios ex ordine Prædicatorum in hac Baſilica, cæteris ereptis, conſtituit; quorum Collegio domum ſanctæ Pudentianæ conceſſit.* Idem ex varijs Pontificum ſcriptis apparet, & primum ex Pij Quinti Bulla, quæ ſic habet:

Pij Papa V. bulla Pœnitētiariorum reformationis.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pro muneris noſtri officio curæ nobis eſſe debet, vt de miniſtris idoneis ad conferendum fidelibus ſacramentum apud Eccleſiam ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, vtiliter deinceps ratio habeatur. Poſtquam enim felicis recordationis Pius Papa Quartus, prædeceſſor noſter, antiquum numerum Pœnitentiariorum ex diuerſis nationibus, atque ordinibus in dicta Eccleſia conſtitutorum ad numerum duodecim, qui alias iuxta veterem ipſorum inſtitutionem à Romanis Pontificibus traditam, ibi perpetuo conſiſterent, motu proprio per ſuas litteras reformauit; re ipſa compertum eſt, nè hoc quidem ad prædictum officium admodum profuiſſe: ac numerum ipſum duodecim Pœnitentiariorum ad id munus in dicta Eccleſia ſubeundum nimis multum. Præterea illam ordinum, linguarum diuerſitatem non perinde ibi neceſſariam eſſe: Nos vtilius multò facturi, ſi numerus prædictus rurſus minuatur, ſimulque omnes Pœnitentiarij prædicti ex vno ordine, eodemque linguæ idiomate conſtituantur; motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine reformationem, & reductionem Pij prædeceſſoris huiuſmodi, ac etiam omnes, & quaſcunque conſtitutiones de numero, ordinibus, nationibus, & alijs qualitatibus ipſorum Pœnitentiariorum, tam per eundem Pium, quam quoſcunque alios prædeceſſores noſtros quomodolibet, & ex quibuſcunque cauſis factas, nec non facultates conſtituendi prædictos Pœnitentiarios maiori Pœnitentiario noſtro, & quibuslibet alijs, etiam per litteras Pij prædeceſſoris huiuſmodi attributas, tenore præſentium reuocamus, & abolemus predictas, & quaſcunque alias litteras deſuper confectas, quarum ſingularum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, caſſamus, & annullamus, volumuſque illas omnes, vires, & effectum de cætero non habere. Quin etiam omnes illos Pœnitentiarios, qui hucuſque in dicta Eccleſia quomodolibet conſtituti ſint, officio, vſu, & exercitio Pœnitentiarij apud illam priuamus, & amouemus: diſtrictius inhibentes

Pœnitentiariorū reformatio.

A *maiori Pœnitentiario præfato, & quibuſlibet alijs, ac deinceps in officiorum collatione, aut Pœnitentiariorum huiuſmodi ordinatione, amotione, vel alia quacunque diſpoſitione ſe ſe audeant immiſcere. Et nihilominus in dicta Eccleſia ſanctæ Mariæ ſex duntaxat Pœnitentiarios minores, qui omnes præfatorum Prædicatorum Ordinis, Prouinciæ Romanæ iuxta morem eiuſdē Ordinis, non autem alterius poſt hac in perpetuum eſſe, ac per Priorem Prouincialem dictæ Prouinciæ, ſeu Priorem S. Mariæ ſuper Mineruam de Vrbe,* B *tanquam eius Vicarium conſtitui debeant, &c.*

Ex quo apparet de reditibus, atque alijs ad humanam vitam neceſſarijs, vnà cum pecuniarum determinatione apud Datariam, velut ex hic annotatis. *Vt autem ipſis ſex Pœnitentiarijs, & duobus conuerſis de communi, & quantum fieri poſſit, propinqua habitatione conſulatur, motu proprio, & ex certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus Aedes, quas intrantibus à dextra parte Eccleſiæ S. Pudentianæ conſtant, & ad ſeptentrionem ſpectant, quas nu-* C *per in eos vſus aptandas curauimus cum veſtibulis, & viridario ad valuas dictæ Eccleſiæ, ac omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis à reliqua proprietate, & rebus menſæ Capitularis prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, ipſiusq́ Eccleſiæ, ac ſingulorum illius beneficiorum, & præbendarum pro perpetuo vſu, & habitatione prædictorum ſex Pœnitentiariorum, & duorum Conuerſorum, ſeu Tertiariorum etiam ſine conſenſu dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli eiuſdem Eccleſiæ, ac ipſis omninò con-* D *tradicentibus, perpetuò diſmembramus, & ſeparamus; illaſque cum eiuſdem veſtibulo, viridario, iuribus, & pertinentijs, ſex Pœnitentiarijs, & duobus Conuerſis, aut Tertiarijs pro huiuſmodi habitatione, & vſu perpetuò concedimus. Ita quod liceat ipſis ſex Pœnitentiarijs Aedium, & aliorum prædictorum corporalem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate, etiam abſque vitio ſpolij, ſeu attentatorum liberè apprehendere, & perpetuò retinere: cum eo tamen, vt alias ipſi Eccleſiæ ſanctæ Pudentia-* E *næ, quoad titulum Presbyteri Cardinalis in nihilo derogetur; vtque aliarum illius rerum, & bonorum adminiſtratio, fructuumque perceptio, & diſpoſitio ad Archipresbyterum, & Capitulum prædictos, vt prius, pertineat. Inſuper pro victu, & alijs neceſſarijs ſex Pœnitentiariorum, & duorum Conuerſorum prædictorum menſtruā prouiſionem viginti nouem ſcutorum auri in auro, ſuper pecunijs compoſitionum, quæ in officio Datariatus noſtri fiunt, eiſdem ſex Pœnitentiarijs, vel eorum Procuratori, ad id ab eis poteſtatem habenti, per pecuniarum earundem Depoſi-*

tarium

tarium ſingulis menſibus, donec illis alia idonea aſsignatio facta fuerit (quo caſu, & non alias prædicta prouiſio ceſſare cenſeatur) integrè perſoluendum concedimus, & aſsignamus. Idem Pontifex, vt tale Collegium firmius conſtaret, illi vniuit Monaſterium, vel Abbatiam Sanctæ Mariæ Macularum in oppido Sancti Geneſij apud Camerinum; cuius poſſeſſionem tenuerunt vſque ad annum 1589. Pontificatus Sixti anno Quinto, quo tempore pijs, & religioſis rationibus aliter diſpoſuit, & huic Collegio annuam penſionem tercentum ſcutorum aureorum aſſignauit ſuper eiuſdem Monaſterij fructibus, vnà cum penſione centum aureorum in Canonicatu, & Præbenda eiuſdem Eccleſiæ, ſicut ex Bulla conijcitur: *Et licet ipſi Collegio Pœnitentiariorum huiuſmodi, aliàs Monaſterium Beatæ Mariæ Macularum nuncupatæ, ſancti Benedicti, vel alterius ordinis, Terræ ſancti Geneſij Camerinen. Diœceſis, Apoſtolica auctoritate vnitum, annexum, & incorporatum fuiſſet, ac forſan etiam eadem auctoritate ſtatutum, quod ipſum Collegium ſemper ex Fratribus Ordinis Prædicatorum ad officium Pœnitentiariorum minorum, vt præfertur, aſſumendis conſtare debeat. Nos tamen nè ex vnione, annexione, & incorporatione prædictis dictum Monaſterium nimia in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta pateretur, & ex certis alijs rationabilibus cauſis animum noſtrum ad id mouentibus, nuper vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas diſſoluerimus, dataque Pœnitentiarijs, eorumque Collegio prædictis certa compenſatione, & inter alia penſione annua trecentorum ducatorum auri de Camera, ſuper eiuſdem Monaſterij fructibus, reditibus, & prouentis, eis perpetuò reſeruata, Monaſterium ipſum tunc quouis modo vacans dilecto filio noſtro Euangeliſtæ, tituli Sancti Matthæi in Merulana, Presbytero Cardinali Cuſentino nuncupato, per eum quo ad viueret tenendum, regendum, & gubernandum dicta auctoritate commendauerimus, pro vt in noſtris, & alijs forſan litteris Apoſtolicis ſuper præmiſsis omnibus confectis plenius continetur. Hinc eſt, quod nos, qui hodie prædictam penſionem trecentorum ducatorum ipſis Collegio, & Pœnitentiarijs ſuper Monaſterij, ac alteram penſionem annuam centum ducatorum ſimilium, ſuper Canonicatus, & præbendæ reſignatorum huiuſmodi fructibus, reditibus, & prouentibus, ac reſpectiuè diſtributionibus quotidianis, dilecto filio Paulo Aemilio de Silueſtris, Clerico Anconitano, ſeu Montis Alti Ciuitatis, vel Diœceſ. ad eius vitam dicta auctoritate reſeruatam, & illarum reſeruationem, aut ipſorum Collegij, & Pœnitentiariorum, ac Pauli Aemilij expreſſus ad hoc accederet conſenſus, ſiue non accederet, Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra caſſauimus, annullauimus, & irritauimus.*

Pius Papa Quintus Pœnitent. Collegio Abbatiam vnit.

Poſtea Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo primo, volens Clemens Octauus Pontifex Maximus, magis ad huius Collegij commodum proſpicere, & vt ampliori domicilio vterentur, determinauit ædes aſſignare, vnà cum hortis in eiuſdem Baſilicæ Platea: & illud domicilium ſimul cum hortis, atque alijs idem Pontifex Monachis S.Pudentianæ aſſignauit. Sic ex Bulla: *Nos, qui vtriſque æquè debitores ſumus, libenter proſpicimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire, &c. Et habitationem ipſorum Pœnitentiariorum, & duorum Conuerſorum, ſeu Tertiariorum pro eorumdem Pœnitentiariorum ſeruitijs deputatorum aſſignauit in præſentibus ædibus illarum viridario, & alijs membris iamdiù iuſſu piæ memoriæ Sixti Quinti prædeceſſoris noſtri ob ampliationem plateæ, & viæ publicæ dirutis, haud commodam habitationem habet, quodque ſi eis de aliquo domicilio commodiori, & eidem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris viciniori prouideretur. Aedes verò prædictæ, quas ipſi nunc habitant, Monachis Congregationis Fulienſis, Ciſtercienſis Ordinis, in alia parte verſus meridiem apud Eccleſiam Sanctæ Pudentianæ ex Apoſtolicæ Sedis conceſſione habitantibus concederetur, exinde profectò, & Pœnitentiarijs, & Monachis ipſis non modicum commodum proueniret. Proinde cum nuper quædam domus cum viridario, ſita propè Eccleſiam Sanctæ Mariæ Maioris verſus Eccleſiam Lateranenſem, ad menſam Capitularem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris ſpectans, quam quondam Hippolytus Scarſa (dum vixit) eiuſdem Eccleſiæ Canonicus poſſidebat, per obitum eiuſdem Hippolyti vacauerit: Nos domum prædictam eisdem Pœnitentiarijs pro eorum perpetua habitatione, & vſu concedendam duximus. Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia, & mera deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine domum prædictam, cui ab vno via publica ad Eccleſiam prædictam Lateranenſem tendens, ab alio Platea verſus Sanctæ Mariæ Maioris, ab alio domus, quam poſſidet dilectus filius Scipio Manilius*

Clemens VIII. ædes in platea ſitas Pœnitentiarijs concedit.

A *Benatus Eccleſiæ prædictæ Sanctæ Mariæ Maioris, & à reliquo lateribus horti quidam cohærent cum viridario, ac omnibus membris, iuribus, & pertinentijs ſuis à menſa Capitulari prædicta etiam ſine dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli eiuſdem conſenſu, ac ipſis inuitis, & omninò contradicentibus perpetuò, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium diſmembramus, ac ſeparamus, illamque cum viridario, ac omnibus membris, iuribus, & pertinentijs ſuis, huiuſmodi prædictis Pœnitentiarijs, nunc & pro tempore exiſtentibus, pro eorum ac dictorum duorum Conuerſorum perpetua habitatione, & vſu concedimus, & aſſignamus.*

B

Hodie Pœnitentiarij ex portione, & Præbenda vnius Canonicatus viuunt, cum Monaſterio, & Abbatia ſupra notata fuerint priuati, quod his verbis legitur: *Et ſicut inter alia animaduertimus inter ipſius Baſilicæ Canonicatus, & Præbendas, Theologalis quidem Præbenda, aut iuxta Concilij Tridentini Decreta, Pœnitentiaria nulla ſit, ſed ex vetere inſtituto Collegium ſex Minorum Pœnitentiariorum, qui quotidie inibi Chriſtifidelium confeſſiones audiant, inſtitutum exiſtat, quibus æquum videtur ex ipſius Baſilicæ, ſeu illius menſæ Capitularis fructibus, redditibus, & prouentibus alimenta, & victum ſubminiſtrari, vtpotè qui & Baſilicæ ipſi inſeruiant, & onera, quæ alioquin per aliquem ex ipſius Baſilicæ Canonicis ſupportanda forent, ſua opera, & induſtria ſuſtineant.*

Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 12. de reformat.

C

DE RELIQVIIS.

Caput III.

VETVSTVM Librum in Archiuio comperimus, in quo huius Baſilicæ Reliquiæ ſimul cum ornamentis, atque alijs rebus ſacris annotantur: quæ Clemente Septimo Pontifice à Borbonis militibus, partim auro, & alijs ornatibus ſpoliata, partim erepta fuere; vnum pietatis indicium iactantibus, dum ſacrarum Reliquiarum nomina ipſiſmet Reliquijs inſcripſerint; quæ tamen à dextra Tribunæ paraſtadæ muſiuo opere auro exornato leguntur.

In quodam Tabernaculo marmoreo à quatuor columnis purpureis ſuſtentato propè Sancti Hieronymi Altare hæ reliquiæ includuntur vnà cum Sanctorum imaginibus, velut ex notatis apparet, quæ ex illis deſcripſimus.

Tabula vna laborata ex auro, & argento, & aliquibus ſmaltis, cum Imaginibus, & litteris græcis, ac lapidibus pretioſis, vbi reconditum eſt Puerperium Domini Noſtri Ieſu Chriſti: à parte verò poſteriori eſt argentea cum ſigno Crucis. quæ tabula ſuſtentatur à duobus Angelis argenteis, qui ſtant ſupra quodam ſolo æreo, ſeu rameo deaurato, cum armis familiæ de Cancellarijs, ſeu del Bufalo.

Caput Sancti Matthiæ Apoſtoli poſitum in vaſculo Nihilij Calcedonij in quodam magno Tabernaculo argenteo deaurato, & ſmaltato cum ſex columnis quadris, & cum lampadibus azurris, in ſummitate vniuſcuiuſque columnæ, & cum armis Reuerendiſſimi Domini, Domini Rothomagenſis, & cum Ciborio, & argenteo deaurato, quod à Tabernaculo euelli, ſeu ſeparari poteſt.

Brachium Sancti Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ, ornatum brachio argenteo, & manu, ac libro argenteis, cum armis Reuerendiſſimi Domini Rothomagenſis. Maxima Cal. Rothomag. erga Sanctorũ reliquias pietas.

Brachium Sancti Lucæ Euangeliſtæ, ornatum & brachio, & manu argenteis, tenente calamum argenteum, cum magna fimbria ornata ſmaltis, pernis, & cum monili in ſummitate brachij, in quo eſt media figura cuiuſdam Apoſtoli, & in calce eſt arma Reuerendiſſimi

D *Domini Rothomagenſis.*

Caput S. Marcellini Papæ, & martyris, poſitum in ære, nunc verò in argento cum Regno Pontificali.

Brachium ſancti Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, ornatum brachio argenteo cum chirotheca argentea, tenente vnum monile cum aliquibus lapidibus pretioſis ab vno latere, ab alio ſtant litteræ ſignificantes reliquias ibi exiſtentes, cum baſi etiam argentea, in qua ſtant litteræ dicentes, Brachium ſancti Thomæ martyris Archiepiſcopi Cantuarienſis.

E

Brachium ſancti Iuliani, martyris aliqualiter deauratum cum anulo in digito medio, & in fimbria cum media figura Sancti Ioannis Baptiſtæ, cum armis eiuſdem Reuerendiſſimi Domini Rothomagenſis.

Caput Sanctæ Viuianæ Virginis, & martyris, ornatum argento pro parte deaurato, cum corona argentea deaurata, quæ ſtat ex quinque lilijs, & ſuſtentatur à quatuor pedibus æreis deauratis.

Vnum

Vnum vas eburneum eleuatum, ornatum argento deaurato cum pede, ſeu baſi argentea, in quo conſeruantur multæ reliquiæ diuerſorum Sanctorum, videlicet Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum.

Quoddam vaſculum cryſtallinum paruum, ornatum argento deaurato cum lapidibus pretioſis, vbi eſt de cerebro, ſanguine, cucullа, & cilicio Sancti Thomæ martyris Archiepiſcopi Cantuarienſis.

Vna capſula cryſtallina ornata argento deaurato cum quatuor pedibus argenteis, in qua ſtant quinque fruſta oſſium de reliquijs Sanctorum Coſmæ, & Damiani martyrum.

Os tibiæ ſancti Epaphræ martyris, qui fuit vnus de ſeptuaginta Diſcipulis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Duo digiti Sanctæ Anatholiæ virginis, & martyris in quodam Tabernaculo cryſtallino ornato argento, ſeu ære deaurato.

Mentum ſancti Zachariæ Prophetæ poſitum in quodam vaſe matreperlæ, ad modum vnius nauiculæ, ornato argento deaurato cum certis lapidibus pretioſis, cum Angelo argenteo in ſummitate, qui tenet in vna manu thuribulum, & in altera nauiculam.

Quædam Tabula ad menſuram vnius palmi, & plus, cooperta argento deaurato, quæ in medio ſui eſt vacua, & in vacuo eſt magna quantitas de ligno veræ Crucis, in medio cuius ligni eſt quædam Crux parua etiam de ligno veræ Crucis cum coopertorio argenteo cum Crucifixo.

Tabernaculum vnum cryſtallinum oblongum ornatum argento, lapidibus pretioſis, & pernis, cum paruo Ciborio argenteo deaurato, & cum lapidibus pretioſis & pernis, cum pede, ſeu baſi quadrata, & aliqualiter eleuata, cum figuris quatuor eleuatis ex argento deaurato; videlicet, ſanctæ Mariæ, ſancti Matthæi, ſancti Lucæ, & ſancti Hieronymi ab vnoquoque latere, & ſubſtentatur à quatuor Draconibus alatis. In quo Tabernaculo ſeruatur de ſindone, qua fuit aduolutum corpus D. N. Ieſu Chriſti; & de ſudario, quo fuit coopertum caput eiuſdem in monumento; & de ſpongia, qua bibit fel, & acetum pendens in Cruce. ponderat libras quinque, vnciam vnam.

Quinque Aſſeres ſeu tabulæ oblongæ ad menſuram vnius brachij &, plus, ſtructæ ad menſuram quatuor digitorum, quæ ſunt de cunabulis D. N. Ieſu Chriſti, poſitæ in quadam capſula oblonga & ſtricta cooperta argento cum hiſtoria Beatæ Virginis ex figuris deauratis, & ab alio latere quæ dicunt Anno Domini. M. CC LXXXIX. D. Iacobus de Columna Cardinalis fecit fieri hoc

A *opus, & arma eiuſdem ſine pileo. Hodie verò in alijs cunabulis ſunt incluſæ ex argento deauratis, annis præteritis à Catharina Hiſpaniarum Regina dono datis.*

Capſula vna cryſtallina cum coopertorio cryſtallino, & cum quatuor paruis pedibus, quorum duo deficiunt: in qua capſula eſt quædam Crux de argento mellato cum imagine Beatæ Virginis, & aliquorum Angelorum, & habet coopertorium de auro puro, in quo eſt Imago Crucifixi integra cum nouem lapidibus pretioſis paruis, & cum
B *aliquibus pernis; & intus in Cruce, quæ eſt vacua, ſtant aliquæ Sanctorum reliquiæ. In eadem capſa eſt vnus canulus de ære cum cooperculo, quod intra ſe habet canulum aureum cum lacte Beatæ Virginis: & in eadem capſa eſt vnum vaſculum quadrum de lapide pretioſo cum coopertorio æreo, vel argenteo deaurato. Et vna parua charta, quæ habet litteras. De ſepulchro Beatæ Virginis Mariæ: & vna charta maiuſcula cum vno fruſto ligni nigri, & litteræ dicunt. De lecto Beatæ Virginis: & vnum fru-*
C *ſtum de ſindone pauonatia, quæ habet incluſum quoddam fruſtum antiquiſſimi ſerici: & vnum fruſtum de ſerico laboratum ad liſtas rubeas, & aureas, quæ habet in ſe, de fœno Præſepis, quod eſt ad modum artichæ.*

Vna capſa lignea depicta aliqualiter longa cũ aliquibus figuris, in qua ſtant reliquiæ Apoſtolorum, videlicet Philippi, Iacobi, & Bartholomæi. Item ſanctorum Caliſti, Marcelli, Sixti Papæ, & martyris. Item ſanctorum Naboris, & Felicis, Nerei, & Achillei, atque Pan-
D *cratij, & Sebaſtiani martyrum. Item ſanctarum Viuianæ, & Euphemiæ virgin. & martyr. Et aliorum Sanctorum, & lapides ſepulchri Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Capſa vna de oſſe, ſeu ebore, in qua eſt quædam capſa de marmore cum cooperculo etiam de marmore, & plena reliquijs Sanctorum, cum quodam vitro deſuper, vt videri poſſint, & non tangi. Item reliquiæ de ſancta Vrſula in ſindone nigra. Item vnus panniculus lineus cum lapide ſancti Sepulchri. Item duæ ligaturæ in vno
E *panno lineo, & eſt ſcriptura, quæ dicit, in quadam ampulla ſtant reliquiæ Apoſtolorum Petri, & Pauli, & in alia ampulla eſt de lacte Beatæ Virginis Mariæ, & ſtant reliquiæ ſanctæ Viuianæ virginis, & martyris. Et alia ſcriptura dicit: Hic in bambaſio eſt inuolutum de cerebro ſanctæ Viuianæ virg. & mart.*

Vna capſa de ligno cooperta oſſe, ſeu ebore, in qua ſtant multa Sanctorum reliquiæ ſine ſcriptura. Cum ſcriptura verò ſunt hæc, videlicet: Mentum ſanctæ Baſiliſcæ: Os Beatæ Catharinæ virginis, & martyris: Os ſancti Abundij: Duo

vaſcula vitrea parua. Vna capſula lignea, plena reliquijs. Vnus annulus vitreus, ſeu cryſtallinus. Vnũ vas vitreum ad modum ſaleriæ plenum reliquijs Sanctorum. Vnum vas cryſtallinum, longum, ornatũ argento deaurato cũ quinq; anſulis, in quibus eſt quædam corda ſerica.

Tunicella de ſerico albo Sancti Thomæ martyris Archiepiſcopi Cantuarienſis, ſuo ſanguine aſperſa.

Planeta, ſtola, & manipulus de ſerico, quibus celebrare ſolebat Sanctus Hieronymus Doctor in cappella Præſepis, cum in Bethlehem moraretur.

Vna capſula eburnea plena reliquijs Sanctorum, & Sanctarum, inter quas leguntur reliquiæ S. Praxedis.

Quidam catinus terreus, coloris viridis, in quo conſeruatur multitudo ſanctarum reliquiarum: & ibidem ſtant duæ paruæ capſulæ ligneæ cum ſanctis reliquijs ſine ſcriptura.

Vna Imago de ligno cum figuris Sanctorum Laurentij, & Stephani in medio, & cum multis, & diuerſis ſanctis reliquijs incluſis in quibuſdam Tabernaculis vitreis: & ab vna parte eſt figura Sancti Franciſci, & ab alia figura Sanctæ Claræ.

Duæ Imagines Sanctarum Mariæ, & Eliſabeth ſe mutuò amplexantium, in quarum vteris ſtant paruæ imagines Chriſti, & Ioannis Baptiſtæ, & cryſtallo incluſæ, & ſtant ſub Tabernaculo eleuato à quatuor columnis, & deſuper in medio eſt Chriſtus nudus cum cicatricibus, habens ſupra ſe Ciborium: & Imago Beatæ Virginis habet breue in manu cum litteris: Magnificat anima mea Dominum. *Et alia Imago habet litteras:* Benedicta tu inter mulieres. *Ad pedes ſunt arma Reuerendiſſimi Domini Rothomagenſis, & ſuſtentatur totum opus à quatuor leonibus, quod eſt de argento deaurato valde fabrefacto.*

Vna Imago Beatæ Virginis marmorea cum baſi rotunda, quæ tenet filium in brachio ſiniſtro.

Alia Imago ſimilis cum baſi quadra, quæ tenet filium in brachio dextro.

Tabula vna deaurata, vbi eſt facies tantum Saluatoris picta, cæterum deaurata.

Vna alia Tabula aliquantulum longa, vbi eſt picta glorioſa Virgo cum filio in brachio ſiniſtro, & cum quatuor Angelis, & vno Fratre de ordine Prædicatorum genuflexo.

Tabernaculum vnum de argento, vbi eſt Chriſtus coronans Beatam Virginem ex ambra coloris crocei: & ſupra eſt facies Saluatoris, eiuſdem materiæ, & coloris: & ad pedes de ligno Crucis, & de reliquijs ſanctæ Brigidæ, & retro ſtant arma Epiſcopi Carpentoraten. ponderis vnciarum vigintiquinque cum dimidia.

Cuppa vna parua, rotunda, cooperta de charta, & ligata, ac ſigillata ſigillo paruo Capituli, ſine aliqua ſcriptura.

Vna Tabula longa ad menſuram vnius brachij, & larga ad menſuram dimidij, in qua eſt affixa quædam Imago Beatæ Virginis laborata ex auro, & ſerico, cum filio in brachio dextro, & vna puella ad pedes, cum duobus medijs Angelis ad caput, & cum litteris græcis circumcirca, & armis Iacobi de Prouenſano, qui eam donauit.

Quædam Tabula quadra, cum imagine Beati Hieronymi ſtudentis, quam donauit Reuerendiſſimus Dominus Rothomagenſis.

Tabula vna parua cum quodam pede, poſita in quadam baſi lignea, quæ habet figuram crucifixi, & Sanctæ Mariæ, & S. Ioannis in vitro, & eſt circundata reliquijs ſanctis, retro habet arma Domini Cardinalis Venetiarum.

Vna Cona, quæ clauditur, vbi eſt depicta Beata Virgo habens filium in vlnis, & à latere dextro figuram vnius ſancti Papæ, à ſiniſtra figuram Sanctæ Catharinæ, ſupra caput Beatæ Virginis eſt Chriſtus reſurgens è monumento; in feneſtris, quæ clauduntur à dextra eſt figura Sancti Pauli, à ſiniſtra Sancti Hieronymi.

Extra verò Tabernaculum eſt ſanctiſſimę Virginis Imago, in craſſa tabula, ex Sancti Lucæ Euangeliſtæ manu depicta, perennibus miraculis illuſtris, & in celeberrimo ſacello Pauli Quinti Pontificis Maximi, magnifica ſanctitate, à fundamentis extructo collocata.

In ſacello Sixti Quinti Pont. Max. Chriſti Prçſepe.

Corpus S. Matthię Apoſtoli, ſub Altari maiori.

Corpus S. Hieronymi.

Quinque ſanctorum Innocentum reliquiæ à Sixto Quinto ex Sancto Paulo, in ſuum ſacellum tranſlatæ ſub Sanctæ Luciæ Altari.

QVA

QVA RATIONE SANCTI HIERONYMI CORPVS

Ex Bethlehem in hanc Baſilicam fuerit deductum.

Cap. IV.

IDEO præſentem ſermonem inſtituimus, nè aliqui audeant corporis S. Hieronymi, hiſtoriam, velut inanem contemnere: ob quam rem ſatis conferre cenſemus, ſi ea deſignentur, quæ in libro antiquiſſimo Archiuij S. Mariæ Maioris manuſcripto ſunt notata; quod etiam in alio libro legitur in S. Petri apud Vaticanum Archiuio aſſeruato. ſic enim habetur: *Qualiter corpus Beati Hieronymi egregij Doctoris delatum eſt Romam, & in Baſilica Beatæ Virginis Mariæ ante Præſepium deuotiſſimè fuit collocatum. Inter laudabiles prærogatiuas, quas reuerendæ, & Almæ Vrbi diuina clementia contulit abundè, corpora præcipuorum Apoſtolorum, ſcilicet Petri, & Pauli, Philippi, & Iacobi, Bartholomæi, atque Matthiæ, nec non precioſorum Martyrum, Confeſſorum, Virginum ad tuitionem firmiſſimam, & gloriam perpetuam poſſidendam ſibi præbuit exultanter, quorum potentiſſimis ſuffragijs temporaliter magnificata eniteant, & ab æterna iucunditate in cæleſtibus perenniter glorioſa reſplendeant. Inter quos Beatus Hieronymus Doctor egregius locum magnificum in prælibata Vrbe, apud Baſilicam perpetuæ Virginis Mariæ, quæ ponitur ad Præſepium, meruit obtinere, vt in ipſius regali domo decentius quieſceret, quam in vita magnificis, & deuotiſſimis laudibus ſtuduit excellentius commēdare fideliter. Qualiter itaque corpus eiuſdem mirabilis Doctoris in Bethlehem, vbi ſepultum fuerat, ad præfatam glorioſæ Virginis aulam, Romæ delatum fuerit; ſicut à ſanctis, & honeſtis Epiſcopis, & ab antiquioribus Presbyteris, & Sacerdotibus Dominum timentibus aſſertione veridica percepimus, ad laudem ipſius Beatiſſimæ, breui quidem ſermone cum dilectione legentibus reſeramus. Igitur poſtquam Ciuitas illa ſancta Hieruſalem propter peccata mortalium, ſanctiſſimis cunctis manſit orbata reliquijs, ſolo venerandi Doctoris corpore in ſancta Maria de Bethlehem ſecretius tunc, & abſque decenti honore manente, volens ad magnificam Vrbem,*

Sacrum B. Hieronymi corpus è Syria in Vrbem translatum viſus teſtatur hiſtoria.

A *vnde prius Cardinalis receſſerat, ſuum corpus ſanctiſſimum reportari, & in prædicta Domo Genitricis altiſſimi venerabiliter collocari; apparuit cuidam ſanctiſſimo Monacho in partibus Vltramarinis manenti, cui placido, ac dulci oraculo inquit. Frater amande, & in cæleſti gloria mecum locande ſcias me & in auxilio Reginæ cæleſtis à Deo impetraſſe, vt corpus meum tuis laudibus, & expenſis debeas extumulare, & Romam quanto citius integraliter, & deuotè portare: & ante ianuam illius Beatiſſimæ criptæ, quæ Præſepe Domini appellatur,*
B *in tumulo humili ſatagas collocare; vt corpus meum in ſancta illa Baſilica dulciſſimæ Reginæ adhæreat, quam viuens ab infantia mea dilexi, in iuuentute quæſiui, & in ſenectute totis viribus licet inſufficiens, prædicaui; & vſque ad finem meum pijs, & ſanctis ſcripturarum teſtimonijs collaudaui. Cumque ille homo ſanctus talia à Sancto Hieronymo in viſione, terna viſitatione audiuiſſet, ſurrexit propere, & ad locum acceſſit, & cautè duobus ſo-*
C *cijs comitantibus beatiſſimum corpus ſubſtulit, mirè odoris fragrantia ibidem exuberante, occultè ad propria redijt, & nè ſcandalum in locis illis excreſceret, ſecretum tenuit, donec ad Vrbem, ſicut popoſcerat Sanctus veniret deuotus. Et quoniam iam deuotus Monachus Chriſti fideliſſimus à Sancto Hieronymo intellexerat, vt in talibus populares vitaret auras obſequijs, nè à Curia minorationem ſuarum reliquiarum aliquid pateretur, ad Baſilicam ſæpè dictam cum duobus illis ſocijs clanculo de*
D *nocte veniens ſolis Canonicis ipſius Aulæ aſsiſtentibus, & tam corde, quam mente, ſubmiſſa voce laudes Domino, & Beatæ Virgini deuotiſſimas referentibus, inter columnas Baſilicæ, & Ianuam Præſepis plena mentis vigilantia ſepelliuit. In quo ſepulturæ officio nominati quidem Canonici cum Monacho, & ſocijs ſuis duobus inenarrabilem odoris ſuauitatem ſenſerunt, & claritatem immenſam, quam in eadem Baſilica nunquam viderant, Beati oculis conſpexerunt..... namq; ſepulturæ*
E *doctiſsimi laudatoris, & deuotiſsimi Hieronymi, luna lucidior, & ſole ſplendidior omnibus odorantis ſuauior roſis, & conuallium myſticis vallata pretioſis lilijs ſplendidiſſima Virgo Maria, quæ cuncta præmiſſa ad honorem ſui fideliſsimi, & ad poſsidendam ineffabilem, quam ipſe meruerat gloriam ſempiternam, dulciſsima Domina monſtrauit, ipſa per Salomonem de ſemetipſa ſuaue teſtimonium perhibente. Qui elucidant me, vitam æternam poſſidebunt. Gaude itaque Doctor beate, gaude*

Eccli. 24.

& exulta Ieſu Chriſti amice, in charitate vera fundate, quod illa dulciſſima Cæli, & mundi Regina, quam viuens in ſæculo immenſis laudibus, & pretioſis prædicationibus elucidaſti, te in tuo aduentu mirabiliter honorauit, coram Iudice noſtro ſuperno æquanimiter magnificauit, & in cæleſti Palatio cum Angelis, & Archangelis perenniter coronauit, atque in hac ſua regali, & aula ſpecioſa locum idoneum tandem tibi honorabiliter præparauit. Poſcimus etiam te conſequenter venerande, & beatiſſime Chriſti Sacerdos nos tantæ, & glorioſæ Virginis, & tuæ ſanctitatis, licet indignè, tamen aſſiduè, & deuotiſſimè laudatores, quatenus ſic nos tuum ſanctiſſimum corpus aſſiduis laudibus magnificamus in terris, ſic tuis piiſſimis, & aſſiduis precibus Saluatori noſtro nos peccatores efficaciter recommenda in cælis. Ipſo concedente, qui eſt ſuper omnia Deus bonus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Eadem tranſlationis hiſtor. Pij ij. Sixti iv. Pont. aliorumque teſtimonijs comprobatur.

Ad huius Hiſtoriæ confirmationem multa alia ex vetuſtiſſimis, authenticiſque manuſcriptis eruta adduci poſſent; ſed ſolum, quæ Pius Secundus ſummus Pontifex in duabus ſuis Bullis ait, tangemus his verbis: *Pius Epiſc. ſeruus ſeruorū Dei. Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes inſpecturis ſalutem, & Apoſtol. benedictionem. Parua admodum, atque imbecilla ſunt merita fragilitatis humanæ, niſi Sanctorum, atque electorum Chriſti precibus, ac patrocinijs adiuuentur. Veneranda igitur ſunt Altaria, ſacella, monumenta, Templaque illorum pia oratione fidelium, quo faciliores ad impetrandam nobis veniam reddantur. Cupientes autem ſummoperè Diui Hieronymi, vniuerſalis Eccleſiæ Doctoris præcipui Aram, vbi corpus eius glorioſiſſimum in Beatæ Mariæ Maioris Vrbis Romæ Baſilica, diuino æſtiuæ niuis miraculo ædificata, requieſcit, congruis honoribus frequentari, omnipotentis Dei miſericordia freti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui in tranſlationis feſtiuitate eiuſdem ſancti, ſeptimo Idus Maij à primis Veſperis, vſque ad ſecundas, pijs oblationibus, ſuffragijs, & orationibus aram illam viſitauerint, ſingulis quibuſque annis plenariam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem Apoſtolica auctoritate, præſentium tenore miſericorditer concedimus, & largimur perpetuò duraturam. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1458. duodecimo Kalendas Februarij, Pontificatus noſtri anno primo.*

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Multas Sanctorum
A *celebritates extra natalitios dies ſancta Romana Eccleſia colendas inſtituit, vt eorum memoriam, vel tempore opportuniore, vel veneratione ampliore recoleret. Qua nos etiam occaſione permoti ſolemnitatem tranſlationis Beatiſſimi Hieronymi Sacerdotis, Doctoriſq; præcipui, quæ olim ſeptimo Idus Maij ſeruabatur, in vigiliam Aſcenſionis Dominicæ, qua maior populorum frequentia ad Sanctorum ſacraria ex finitimis Vrbis locis confluere dignoſcitur, agendam celebrandam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus:*
B *atque vt ipſius glorioſi Doctoris ara in Beatæ Mariæ Maioris Vrbis Romæ Baſilica conſtituta, apud quam, vt ſacræ dormitionis hora eadem qua floruit carne quieſcit, illa die fructuoſius, & deuotius honoretur, plenariam remiſſionem pridem à nobis conceſſam ad eandem vigiliam transferētes, omnibus verè confitentibus, & confeſſis, qui à primis Veſperis diei præcedentis, vſque ad occaſum ſolis eiuſdem vigiliæ aram ipſam viſitauerint, & pias eleemoſynas, oblationeſue porrexerint, ſingulis quibuſque annis ple-*
C *nariam remiſſionem peccatorum ſuorum, perpetuò duraturam miſericorditer elargimur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1464. Kalendis Iunij, Pontificatus noſtri, anno ſexto.* Hoc etiam Sixtus Quartus in quadam ſua Bulla confirmat his verbis: *Sixtus Quartus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Boni nobis inter cætera animabus noſtris ſalutaria Sanctorum merita propoſita ſunt in his diabolicis contagijs expediti, omnipotenti Deo acceptiores, gratioreſque reddamur. Hoc itaq; fel.*
D *recor. Pius Papa Secundus prædeceſſor noſter conſiderans, vt diligentiores, auidioreſq; ad ſuffragia Sanctorum expetenda, impetrandaq; nos faceret, Omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui arā Beatiſſimi Hieronymi, in Baſilica B. Mariæ Maioris de Vrbe, diuino æſtiuæ niuis miraculo ædificata fundatam, apud quam eius ſacrum corpus noſcitur eſſe reconditum indubitanter &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1472. quarto nonas Maij, Pontificatus noſtri, anno primo.* Nec præter
E rem duxi ad confirmationē illa afferre, quæ in Romano Martyrologio leguntur die 30. Septembris. ex quo ſplendeſcit glorioſum Hieronymum in hac Baſilica requieſcere. Sic enim adeſt: *In Bethlehem Iudæ depoſitio ſancti Hieronymi Presbyteri, & Eccleſiæ Doctoris, qui omnium ſtudia litterarum adeptus ac probatorum Monachorum imitator factus, multa hæreſum monſtra gladio doctrinæ ſuæ confodit. Demum cum ad decrepitam vſque vixiſſet ætatem, in pace quieuit, ſepultuſq; eſt*

ad Præ-

ad Præſepe Domini, cuius corpus poſtea Romam A *delatum in Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris digno honore ſeruatur.* Quæ hiſtoria adeò vera exiſtit, vt integra volumina reperiantur, quæ id accuratè pertractant. & ſi tẽpus pro huius confirmatione ponere vellemus, nec non etiam teſtimonia, ſic liber excreſceret, vt tædium Lectori afferret. Vt tamen non ſolum huic tractationi terminus, ſed etiã aliter ſentientibus imponatur, nonnulla ex Romano Breuiario proferemus. *Qui ad ſummam ſenectutem perueniens, ſanctitate, & doctrina il-* B *luſtris, Honorio Imperatore migrauit in Cælum. Cuius corpus ad Bethlehem ſepultum, poſtea Romam in Baſilica ſanctæ Mariæ ad Præſepe translatum eſt, &c.*

Liber. paſſionum SS. Mart. apud Monaſterium S. Cæcil. in Trãſtyberim.

Et in manuſcriptis, cuius inſcriptio eſt Paſſio Sanctorum Martyrum, in fine habetur, Liberium Papam, dum hanc conſecraret Eccleſiam, ſimul plurimis reliquijs ornaſse cum maius Altare, tum quoque ſantiſſimi Præſepis: ita enim legitur. *Quam præfatam Baſilicam idem Pontifex in honorem Dei,* C *& B. Mariæ Virginis conſecrauit. In qua quidem ſibi Præſepe Domini, Cunabula, fœnum, & pannos Domini noſtri Redemptoris in eiuſdem Præſepis Altari miro ordine reuerenter cum multis alijs Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum reliquijs, quorum nomina ſuperuacaneum eſt nominare, collocauit. In maiori ſiquidem Altari de lacte eiuſdem glorioſæ Virginis, de capillis ipſius, & canipium ſui ſacratiſſimi capitis, vnà cum veſtimento ſanctiſſimi corporis deuotiſſimè recõdidit: ante quod qui-* D *dem Altare ſub lapide porphyreo Beati Matthæi corpus requieſcit, & eius caput exterius à Canonicis ipſius Baſilicæ conſeruatur.*

De hac hiſtoria vide Ciacc. in Vita S. Damaſi. Fuerit ne S. Hieronymus Presb. Cardinalis.

Hic à difficultate abſtinebimus à multis agitata, ſcilicet num hic ſanctus, Presbyter Cardinalis Romanæ Eccleſiæ fuerit. ſed veritatem ſuis locis conſeruantes, tantum addemus, quod in Archiuio adeſt, hoc pacto: *Extat pictura antiquiſsima muſiua, in qua inſpicitur imago ſancti Hieronymi docentis Paulam, & Euſtochium cum mi-* E *tra, quæ eſt inſigne Cardinalatus, ac certum teſtimonium, ceſſante in eo Epiſcopali dignitate.*

✠

DE PRAESTANTIA, ET NOBILITATE

Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris.

Caput V.

Honuph. Panu. in tract. de ſept. Eccleſ.

Romæ quinque Eccleſiæ patriarchales.

Baron. tom. 11. ad ann. 1057.

Vt huius Eccleſiæ excellentia appareat, eſt neceſſarium antea oſtẽdere Romæ quinque Patriarchales Baſilicas inueniri, inter quas, ſancto Ioanne excepto, hæc primum locum obtinet; nec quidem tantum Romæ, ſed etiam in Chriſtiano orbe vniuerſo. Prima Patriarchalis occurrit Sancti Ioannis Laterani, olim Saluator appellata; poſtea Sanctæ Mariæ Maioris, vel certè ad Præſepe. Tertia Sancti Petri in Vaticano. Quarta Sancti Pauli in via Oſtienſi. Quinta ſancti Laurentij martyris, in via Tiburtina. Et ſanè quod hæc ſecundam ſedem inter omnes poſſideat, licet ex Baronio cognoſcere, & etiam alijs. Sic enim ſcribit. *Sunt in Eccleſia Romana, (Romæ ſcilicet) quinque Eccleſiæ Patriarchales. Prima eſt Eccleſia Lateranenſis, quæ Conſtantiniana, & Baſilica Saluatoris diuerſo nomine nuncupatur. Quæ habet ſeptem Epiſcopos Cardinales, Collaterales Epiſcopos nominatos, ſiue hebdomadarios, qui ſingula hebdomada Cappellæ Pontificiæ ſeruitio adſtabant. Eruntque hi, Epiſcopus Oſtienſis, Portuenſis, & ſanctæ Ruffinæ, vel Syluæ candidæ: Epiſcopus Albanenſis, Sabinenſis, Tuſculanus, & Prænestinus.*

Inter Eccleſ. patriarch. Eccleſ. S. Mariæ Maioris primas tenet poſt Lateranen.

Baron. vbi ſup. Ex ſcripto antiquo ex Vaticano Codice ſanctorũ rituum Romanæ Eccleſiæ.

Honuph. de ſept. Eccleſ. Bar. vbi ſupra ex multorum Bibliotheca Vaticanæ manuſcriptis teſtimonijs. Vide etiam de veritate huius hiſtoriæ Ptolom. de Luc. & Martinum Pœnitentiarium.

Alia Patriarchalis eſt ſancta Maria Maior dicta, in qua habentur ſeptem Cardinales Presbyteri, ſcilicet Cardinalis ſanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, ſancti Cyriaci in Thermis, ſancti Euſebij, ſanctæ Pudentianæ, Sancti Vitalis, Sanctorum Petri, & Marcellini, & Sancti Clementis.

Alia Patriarchalis Eccleſia Sancti Petri, in qua item ſeptem ſunt Presbyteri Cardinales, ſcilicet, Sanctæ Mariæ Transtyberim, Sancti Chryſogoni, Sanctæ Cæciliæ, Sanctæ Anaſtaſiæ, Sancti Laurentij in Damaſo, Sancti Marci, Sanctorum Martini, & Sylueſtri.

Alia Eccleſia Patriarchalis eſt Baſilica ſancti Pauli, in qua ſunt Cardinales ſeptem, Sanctæ Sabinæ, Sanctæ Priſcæ, Sanctæ Balbinæ, Sanctorum Nerei, & Archilei, Sancti Sixti, Sancti Marcelli, & Sanctæ Suſannæ.

Quinta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quinta Patriarchalis erat Sanctus Laurentius extra muros, in qua ſunt hi Cardinales, Sanctæ Praxedis, Sancti Petri ad Vincula, Sancti Laurentij in Lucina, Sanctorum Ioannis & Pauli, Sanctorum Quatuor Coronatorum, Sancti Stephani in Cælio Monte, S. Quirici.

A

Harum Eccleſiarum Primates in Laterano erat Cardinalis Decanus, in ſancta Maria Maiore Archipresbyter Cardinalis, in reliquis tribus Abbas Cardinalis. Et ſanè quod hæc Patriarchalis ſecundum locum teneat, ex illo valdè cognoſcitur; quia cum prima fuerit Saluatori dicata, poſt ipſum altera ſedes potius matri eius, quàm alicui ex Sanctis competit. Quod etiam ex Petro de Monte apparet, vbi miraculum in hac Eccleſia narrat, de quo diſtinctè ſuo loco agemus: interim ſic teſtatur: *Illud quoque nobile, & iucundum miraculum, quod ante plures annos compertum, iam penè cum tempore mente elapſum fuerat, memoriæ ſequentium mandare vltra non differam. Habetur Romæ Patriarchalis Eccleſia in honorem perpetuæ Virginis matris Domini conſecrata, quæ vulgari ſermone ſanta Maria maggiore, vocatur. Maior autem idcircò, quia poſt Lateranenſem ſanctiſſimi Saluatoris Eccleſiam, maior dignitate non ſolum Romanis, ſed & totius orbis Eccleſijs eſt.*

B

Lib. 1. Petrus de Monte

Lib. 2. de miraculis pag. 27. c. 3

vide S. Petrum mirabilis, & veræ Chriſtianæ doctrinæ Virum, & Cluniacen. Abbatem opera haud non vulgari. S. Petri de Monte. Martyrum lib. 2. pagin. 27. de miraculo clericorum Romanorũ in Eccleſ. Matris Domini cap. 3.

C

Et Cardinalis Sirletus Bibliothecarius ad ſanctum Carolum Cardinalẽ Borromæum ſcribens, in huius Eccleſiæ tractatu ordinem Romani Cleri exponens, ſanctæ Mariæ Maioris Eccleſiam primo loco reponit, etiam vſque à Caliſto Papa Tertio: *Obſeruo in libro cæremoniali Cæleſtini Tertij Papæ, Clerum, & Canonicos ſanctæ Mariæ Maioris in ſolemnibus Litanijs maioribus, quæ fiebant in die ſancti Marci ad ſanctum Petrum, Canonicos, & Clerum ſancti Petri olim præceſſiſſe. Primò enim ibat Crux Sancti Laurentij extra muros. Secundo Sancti Petri. Tertio Sanctæ Mariæ Maioris. Quarto Lateran. Quinto Crux Papæ.*

D

Canonici S. Mariæ Maioris, S. Petri Canonic. in publicis ſupplicationibus dignitate anteibãt

Et Cæleſtini liber de cæremonijs agens, apud Vaticanam Bibliothecam legitur, & alius auctor manuſcriptis contradicentiam addit his verbis: *Quinque ſunt Baſilicæ, quæ Patriarchales vocantur, præcipuos Chriſtiani orbis Patriarchas ſignificantes. Lateranenſ. prima, quæ ſummum Romanum Pontificem. Secunda Sancti Petri, quæ Epheſum. Tertia Sancti Pauli, quæ Alexandrinam. Quarta Sanctæ Mariæ Maioris, quæ Antiochenam. Vltima Sancti Laurentij extra muros, quæ Hieroſolymitanam repræſentat.* Et inferius: *Ranuccius Farneſius Cardinalis Sancti Angeli, Baſilicæ Lateranenſis Archipresbyter dicere ſolitus*

E

Eadem de re Ranuccij teſtimonium.

erat Canonicos, & Clerum Sanctæ Mariæ Maioris in proceſſionibus præcedere debere Canonicos Sancti Petri. Quod etiam ex cæremoniali Cæleſtini Tertij colligitur. Ponit enim in Litanijs maioribus, Primo ibat Crux ſancti Laurentij. Secundo ſancti Petri. Tertio ſanctæ Mariæ Maioris. Quarto Lateranenſ. Quinto verò loco Crux Papæ.

De ſignificatu, origine, progreſſibus harum quinque Baſilicarum (Deo fauente) in noſtra militia Romanæ Eccleſiæ fusè trademus; tantum hic addentes quinque Mundi Patriarchas innuere; & quidem primum, & omnium caput Romanum Pontificem, cæteros verò peregrinos, & externos, nimirum Patriarcham Conſtantinopolitanum, Alexãdrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum. Alij credunt quatuor orbis partes denotare, quæ Romæ ſummo Pontifici obedientiam præſtant. Sed de his aliàs. Quod hæc Baſilica maximis fuerit honoribus à Põtificibus decorata, poteſt ex varijs deprehẽdi, ſed præſertim ex Anaſtaſio Bibliothecario, qui teſtatur ſæpius Pontifices fuiſſe in ea creatos, & etiam coronatos, atque conſecratos: nec non varia Concilia conuocata, & plures Pontifices habitaſſe. ſæpius etiam in anno ſummus Pontifex magna Cardinalium, & nobiliſſimorum pompa, atque cæremonijs ad illam ibat, vbi ſacrificium fiebat, velut etiam hodie obſeruatur à Paulo V. Pont. Max. quæ omnia dignitatem manifeſtant, præterquam quod valde refert aſſerere præ huius Eccleſiæ foribus Manichęorum libros fuiſſe ignibus conſignatos; ita enim Anaſtaſius: *Fuit Gelaſius Papa tempore Theodori Regis, & Zenonis Auguſti. Gelaſij temporibus inuenti ſunt Manichæi in Vrbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorum codices ante fores Baſilicæ S. Mariæ maioris incendio concremauit.*

Card. Sirlet. in manuſcrip. Panuin. de ſep. Eccleſ.

Quid ſignificent curiæ [illegible] quinque Patriarchales Eccleſiæ non vna omniũ eſt ſententia.

Ex manuſcrip. Card. Sirlet.

Anaſt. in vita Gelaſij Primi anno 492.

Baron. tom. 6. ad ann. 493.

In hac Baſilica ſæpe Pontifices creatos, inauguratoſque.

Nefarii Manichæorũ lib. pr[illegible] foribus [illegible] ſilicæ igni publicè tradiri.

Baron. tom. [illegible] ann. 773.

Platin. in vita Steph. 3. Ciacc. in vita eiuſd. Ciacc. in vita eiuſd.

Et ad magis confirmandum, quod diximus, poteſt afferri quod Anaſt. teſtatur vnà cum alijs: *Poſt hæc verò cunctus Dei populus cõgregatus eſt intra Venerabilem Baſil. S. Dei genitricis ad Præſepe, vbi & omnes miſericordiam Domini Dei noſtri petentes, & ipſius Dominæ noſtræ ſanctæ, ſemperque Virginis Dei genitricis Mariæ, bono animo, & conſona voce prædictum beatiſſimum virum ſibi eligunt Pontificem. Quem omnes ſincera mente cum laudis præconijs in Baſilicam Saluatoris, quæ appellatur Conſtãtiniana deportauerunt, et exinde intus venerunt, & in Patriarchium iuxta morem intromiſerunt.* Et in 1. tomo Concil. in vita Valentini I. & apud eundem Anaſt. ſic adeſt: *Collectis igitur in vnum Venerabilibus Epiſcopis, & glorioſis Roma-*

Anaſt. in vita Valentini Primi. Baron. tom. [illegible] ann. 827. Platin. & Onuphr. in vita eiuſd.

Anaſt. vult Papam Valentinum vixiſſe annos 40. [illegible] [illegible] ſe in vita eiuſdem.

Romanorum Proceribus, omnique amplæ Vrbis Populo in Palatio Lateranenſi, vt quod iam cordi cælitus reuelatum, æquiter omnes tenebant, in vno multorum ſonitu reſonaret, vnius voluntatis conſenſu fortiter acclamatum eſt, Valentinum ſanctiſſimum Archidiaconum Sedis Apoſtolicæ dignum Valentini ſummi Pontificatus infula decorandum. His itaque melliflué dictis, vna mox omnes pacis coniunctione manentes ad Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, Dominæ noſtræ Sacri Clericorum, & Romanorum Proceres pariter cum populo properantes, multiplices eum Domino grates ac laudes reddentẽ more ſolito inuenerunt. Quem illico multum ac diutius renitentem, ſeque tanti regiminis fore incongruum voce ſtrenua profitentem, almæ plebis & lætis vtriuſque militiæ Romanorum electus eſt vocibus in Sede Pontificum, &c.

Honuph de ſept. Eccleſ. pag. 239. & 240.

Fuit etiam in tali Baſilica ad Pontificatum euectus Sylueſter Papa Tertius, velut apud Panuinum: *Silueſter Tertius olim Epiſcopus Sabinus, in ſchiſmate contra Benedictum VIII. Papa creatus fuit apud huius Baſilicæ patriarchium.*

diſt. 63. c. Adrianus In vita Pontificum manuſcripto in Bibliot. Vatic. ſub nomine Damaſi in Vit. Adrian. 2. In Anaſt. Gul. Biblioth. in vita. Adrian. 2. Baron. tom 10. ad ann. 867. Plat. & Honup. in vita Adrian. 2.

Et Adrianus Secundus, vt ex prædictis, & ex prima parte decret. Nos tantum addemus, quæ apud Gulielmum Bibliothecariũ: *Ita vt lapis Angularis ſalua reuerentia Ieſu Chriſti Domini noſtri, quodammodo poſſit vocari. Quoniam per oſtenſionem, immo profectionem ſuam ſoluens inimicitias cordium fecit vtraque vnum. Collectis igitur omnibus tam Epiſcopis cum vniuerſo Clero, quam Primoribus Vrbis, cum obſecundantibus ſibi Populis, ab Eccleſia ſanctæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, quæ appellatur ad Præſepe rapitur, trahitur, & ad Lateranen. Patriarchium certatim, ac à Procerum, & Plebis multitudine deportatur, &c.*

Apud hanc Aedem ſummos quoque habitaſſe Pontifices.

Poſſet etiam addi de Benedicto Nono, & alijs quamplurimis, qui in tali Baſilica ſunt Pontifices creati, vel certè conſecrati; ſed cũ paſſim apud Auctores occurrant, tantum ſatis ſit indicaſſe.

In bulla eiuſd. Guliel. Bibliot. in vita Adriani 2. Honuph. in Platin. annotation. in Adr. 2. Vit. Baron. tom. 20. Pontificale Romanum ſub nomine Damaſi in vita Hadr. 2. in Bibliotheca Vaticana.

Hæc Baſilica Patriarchali Palatio iungebatur, vbi ſummi Pontifices morabantur, ſed præſertim Adrianus Secundus, qui velut deprehẽditur, etiam ibidem regios Legatos, & Imperatoris videtur excepiſſe; nec non Concilia congregaſſe, quod Gulielmus teſtatur: *At verò Baſilius Legatus Imperatoris, & Ioannes Metropolita Cæſareæ Cappadociæ, Nicolao fuerant deſtinati. Hinc ſanctiſſimo Papæ Adriano cum Epiſcopis, & Proceribus in Secretario ſanctæ Mariæ Maioris, iuxta morem* A *ſanctæ Sedis Apoſtolicæ reſidenti ſe ſatis humiliter præſentarunt, dona, epiſtolas obtulerunt.*

In bulla eiuſd. Nicol. in Archi. huius baſilicæ. In regiſtro Pij Secundi & in Archiuio.

Nicolaus Quartus ibidem reſidebat, & pariter. Clemens Tertius, dum Romæ manerent: & plurimi credunt non ſolum ſanctum Gregorium ibidem habitaſſe, ſed etiam Homilias ſcripſiſſe. Sic ex Auctoribus, & Bullis cognoſcitur, quæ in Vaticano aſſeruantur, ſub data apud ſanctam Mariam Maiorem.

Honuph. de ſep. Eccleſ. pag. 24.

Solebant pariter in quatuor temporum ieiunijs Cardinales declarari, qui tunc creati B erant, quod Honuphrius affirmat: *Quatuor ferijs quatuor temporum in Statione, quæ in ea erat, Pontifex Romanus eos, quos Diaconos, & Presbyteros Cardinales creare conſtituerat, in hac Baſilica publicè pronunciabat.*

Onuph. & Ciac. in vita Sixti IV

In hac Baſilica fuit pronunciatus Card. Pompeius Columna, *Anno Dominicæ Natiu. milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, Pontificatus ſecundo, die Veneris, nonis Maij, Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem, Papa Sixtus Quartus fecit ſecundam Cardina-* C *lium ordinationem, qua octo Cardinales Presbyteros creauit, qui fuere Philippus de Leuis Gallus Archiepiſcopus Arelatenſis Presbyter Cardinalis Sanctorum Petri, & Marcellini. Stephanus Nardinus Foroliuienſis Archiepiſcopus Mediolanenſis, Presbyter Cardinalis tituli Sancti Adriani, mox Sanctæ Mariæ Transtyberim. Auxias de Podio Valentinus Hiſpanus, Archiepiſcopus Montis Regalis in Sicilia, Presbyter Cardinalis Sancti Vitalis, mox tituli Veſtinæ, poſt titul. Sanctæ Sabinæ. Petrus* D *Gundiſaluus de Mendozza Hiſpanus, Epiſcopus Saguntinus, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Mariæ in Dominica. Antonius Iacobus Venerius Recanatenſis, Picenus Presbyter Cardinalis, tituli Sanctorum Viti, & Modeſti in Macello Martyrum. Ioannes Baptiſta Cibo Genuenſis, Epiſcopus Melfitenſis, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Balbinæ. Ioannes Arcimbòldus Mediolanenſis Epiſcopus Nouarienſis, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctorum Nerei, & Archilei. Philippus Vgo-* E *nuti Gallus Burgundus, Epiſcopus Matiſconen. Presbyter Cardinalis, tituli ſanctæ Luciæ in Silice* (vt ait Frater Alphonſus Ciacconus in vita Sixti Quarti) cum alijs, qui breuitati ſtudendo omittuntur. Licet etiam huius Eccleſiæ dignitatem ex alijs comprehendere, de quibus ſuis locis. nos modo addemus, quod fuit prius notatum, antiquos Pontifices, & etiam noſtris temporibus ſæpius in anno ſacrum feciſſe, Cardinalium Collegio adſtante. Et primum in Stationum diebus, in nocte Natiuitatis Domini, & etiam in die Purificatio-

ficationis Beatæ Mariæ Virginis, Die ſancti Ioannis Euangeliſtæ, & alijs diebus, quos Cardinalis Sirletus in ſuo tractatu declarat: *Nocte Natalis Domini ad Cappellam Præſepij in prima miſſa, in miſſa maiori, &c. In die Aſſumptionis Beatæ Virginis. In feſto Dedicationis Eccleſiæ Niuis, quibus diebus, & præſertim Natalis Domini, Purificationis, Paſchæ, & Aſcenſionis Dominicæ, Pontifex in ea miſſas celebrare ſolebat, & die Purificationis proceſſionem, à ſancti Adriani ad dictam Baſilicam candelis accenſis, pedibus nudis incedebat, ibique celebrare ſolebat, & nocte Natalis Domini in Cappella Præſepij: Die vero in altari maiori ſacra faciebat.*

In manuſcript. ſuperius citato.

Et Sixti Quinti Pontificatu, Natalis Domini nocte, noſmet vidimus Miſſam celebrari magna cæremonia, ſummo Pontifice, & Cardinalium Collegio præſentibus. Huius Eccleſiæ nobilitatem ſimul etiam denotat, quia Adrianus Primus circa annum Domini 779. Carolum Magnum hic excepit, vnà cum ſuis omnibus; ad quorum conſpectum ſummus Pontifex ſacra celebrauit die Paſchæ Reſurrectionis Domini. Quo peracto in Lateranum peruenerunt. Sic Anaſtaſius: *Alio vero die, illuceſcente Dominico ſancto in ipſa ſacratiſſima Paſchali feſtiuitate direxit diluculo ipſe ſanctiſſimus Præſul cunctos Iudices & vniuerſa obſequia militiæ ad eundem Regem, & cum magno honore eum ſuſcipientes, in Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe properauit cum omnibus, qui cum eo aduenerant Franc. Et poſt miſſarum ſolemnia celebrata perrexit cum prænominato Pontifice in Lateranen. Patriarchium, illic ad menſam Apoſtolicam pariter epulati ſunt. Alia verò die, ſecunda feria, ſimili modo in Eccleſiam ſancti Petri.*

Anaſt. in vita Adriani 1. Hon. & Platin & alij Baron. tom. 9. ad ann. 779. vſque ad 795.

Nec ſilentio prætermittendum eſt, quod Baronius ad huius Baſilicæ nobilitatẽ oſtendendam hoc pacto annotauit: *Referre etiam ad Pontificem quod geſtum eſſet, Notariorum partium fuiſſe, cum ex multis alijs, tum ex Romano ordine habes in officio Miſſæ, vbi dicitur: Die autem reſurrectionis Dominicæ, procedente Pontifice ad ſanctam Mariam, Notarius Regionarius ſtat in loco, qui dicitur Merulanas, & ſalutato Pontifice dicit: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti baptizati ſunt heſterna nocte in ſancta Dei genitrice Maria infantes, maſculi tot numero, fœminæ tot, &c.*

Tom. 6. ad ann. 447. in vita Leon. Papæ 1.

Adeſt etiam in hac Baſilica ſacrum oſtiũ, pro anno Iubilæi, quod Archipresbyter Cardinalis aperit: & maiori Altari eadem priuilegia ſunt conceſſa, quæ Lateranenſe habet, velut idem Sirletus his verbis: *In ea anno*

A *ſancti Iubilæi eſt Porta ſancta, quæ ab Archipresbytero aperiri ſolet, quod à Clemente Septimo fuit inſtitutum. Super eius Altari maiori nemo niſi Papa vel Cardinalis, Domini Papæ licentia celebrat, vt in ſancti Petri, & Lateranenſis Eccleſiæ Altaribus.*

In Archiuio Capituli ſancti Petri in Vaticano Cæremoniale aſſeruatur, cuius inſcriptio eſt huiuſmodi: *Cæremoniale Benedicti Canonici ſancti Petri, &c.* Ex quo intelligitur ritus, & reuerentia, quæ apud Priſcos

Archiuij S. Pet. in vaticano.

B Pontifices de hac Baſilica vigebat. Etenim ſic legitur: *In Aſſumptione ſanctæ Mariæ Dominus Papa cum omni Curia facit Veſpere, & Vigilias nouem lectionum in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris.*

Anno Domini 865. in eadem Eccleſia, Nicolaus Primus, Concilium congregauit, anno Pontificatus octauo, in quo fuit ſtabilitum de reſtitutione Rothaldi Sueſſionen. Epiſcopi ſuæ Eccleſiæ. Baronius: *Poſt illa quæ in Vigilijs Natalis diei Domini tranſacta* C *fuiſſe in Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Præſepe tradit, quando videlicet iuſſus eſt indui ſacerdotalibus indumentis, ſubijcit iſta. Rurſum expectatis aliquantis diebus, ſcilicet vſque ad diem Natalitium ſanctæ Virginis Agnetis, quæ eſt duodecimo Calendas Februarij, ſed nec ſic quiſquam adfuit aduerſus Rothaldum iam reſtitutum Epiſcopum.* Hinc intelligitur quanta ſit huius Baſilicæ præſtantia, cuius muneri ſeptem Cardinales deſtinabantur, quod Ptolomæus Lucenſis teſtatur in ſummorum Pontificum Chroni- D cis his verbis: *Presbyterorum Cardinalium quilibet ſuam ſeptimanam ſeruans in Miſſis, & horis aſſiſtent Domino Papæ.* Poſtea cum numerauerit ſeptem Epiſcopos, qui Altari maiori ſancti Ioannis Laterani adſtabant, addit ſeptem Presbyteros Cardinales, qui Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris ſeruiebant hoc ordine: *Septem Cardinales Presbyteros ſanctæ Mariæ Maioris ſunt ſanctorum Apoſtolorum, ſancti Cyriaci in Thermis, ſancti Euſebij, ſanctæ Pudentianæ, ſancti Vitalis, ſanctorum Mar-* E *cellini, & Petri, ſancti Clementis.*

De hoc Concilio vide Anaſt. in vita Nicol. 1. Honuph. Platin. Ciacc. in vita eiuſd. Concil. 2. tom. Synod. Rom. in vita eiuſd. Bar. tom. 10. ad ann. 865. in vita Nicol. 1. & Ludouici 2. Imp. & Michael. 3. Imp. ann. 14. Anaſt. in vita Nicol. Papæ 1.

Vide Ptolom. Lucenſem in ſummorum Pontificum Chronic.

Sequitur poſtea ordo cæterorum Presbyterorum Cardinalium in cæteris Baſilicis Patriarchalibus ſeruientium; vt ſuperius retulimus. Quàre non eſt negandum hanc Baſilicam poſt ſanctum Ioannem Lateranenſem, primum gradum occupare. Et ad huius confirmationẽ, vnum addemus ex veteri Cæremoniali, dum de B. Virg. Aſſumptione tractat, cuius feſtiuitatem ſummus Pontifex maxima põpa, & apparatu celebrabat. Sic enim inquit: *In vigilia S. Mariæ, mane Dominus*

Papa

Ex cæremoniali Benedicti Canonici S. Petri ad D. Guidonem de Caſtello, qui fuit poſtea Cæleſtin. Papa II. circa annum Domini 1134. Extat Ceremon. in Archiuio Canonic. S. Petri.

Papa cum Cardinalibus diſcalceatis pedibus facit ſeptem genua, & aperit Imaginem, & oſculatur pedes Domini, & deponit viſum cantando, Te Deum laudamus, *quod inſtituit Leo Papa Quartus.* A

In Aſſumptione Sanctæ Mariæ, Dominus Papa cum omni Curia facit Veſperas, & vigiliam nouem Lectionum in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris: cum fuerint finitæ, reuertitur Lateranum. Cardinales, & Diaconi accipiunt Imaginem Ieſu Chriſti, & abſtrahunt de Baſilica Sancti Laurentij cum omni populo agentes eam per campum Lateranum iuxta Baſilicam Sancti Gregorij. Crucem ſtationalem portat Regionarius poſt eam, poſtque proceſſio Curiæ ordinatè procedens cantando Pſalmos, Primicerius cum Schola reſpondit de eadem feſtiuitate, Præfectus cum duodecim viris accipit à Curia duodecim faculas, oſtiarij verò alias duodecim portantes accenſas ante Imaginem. Dum Imago tranſit per campum Cubicularij ſtant in culmine Beati Gregorij tenentes duas faculas accenſas: qua Imagine tranſacta extinguunt faculas. cumque Imago venerit ad Sanctam Mariam Nouam deponunt eam ante Eccleſiam, & lauant pedes eius de bailico. Interim Scholæ faciunt matutinum in Eccleſia trium lectionum. Populi verò laudantes, & benedicentes Dominum, tollunt eam inde, & portant ad ſanctum Adrianum, & ibi lauant pedes. Exeuntes autem de Eccleſia redeunt per viam, qua venerunt, & portant eam per arcum in lathone, quia antiquo tempore magna perſecutio erat ibi Diaboli, deinde tranſeunt iuxta Domum Orphæi propter Baſiliſcum, qui tunc temporis ibi latitabat in cauerna, cuius fetore, & ſibilo homines ibi tranſeuntes infirmabantur, & moriebantur. Idcircò Sergius Papa conſtituit hanc proceſſionem in hac tanta feſtiuitate, quatenus per laudes tantorum populorum, & interceſſionem Sanctæ Virginis Mariæ apud Deum, Populus Romanus ab his perſecutionibus liberaretur. Aſcendentes ad Sanctam Mariam Dominus Pontifex præparatus cantat Miſſam: Benedicit populum fatigatum, & omnes recedunt. Non ſolum in hac feſtiuitate Sergius hanc proceſſionem conſtituit, verum etiam in feſtiuitate Annunciationis Sanctæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, ac ſancti Simeonis, quod Hypapantem Græci appellabant, Litania exeat à ſancto Adriano, & ad ſanctam Mariam occurrat populus, vt ait Anaſtaſius.

Vide Anaſt. in vita Sergij Papæ Primi. Et Baron. ad ann. 701. to. 8. Et Plat. in vita ipſius Sergij.

Et Platina in vita Stephani Papæ Secundi. *Litanias præterea inſtituit ad placandam Dei iram. Itum eſt primo Sabbato ad ſanctam Dei genitricem ad Præſepe, ſecundo ad Beatum Petrum in Vaticanum, tertio ad S. Paulum in via Oſtienſi.*

Et in vita Leonis Papæ Tertij. *Nec non inſtitutis trium dierum ſupplicationibus ante diem Aſcenſionis, quibus prima die ab Eccleſia Dei genitricis ad Præſepe ad Baſilicam Conſtantinianam, ſecunda ab Eccleſia Beatæ Sabinæ martyris ad ſanctum Paulum, tertia à ſancta Cruce in Hieruſalem, ad ſanctum Laurentium extra muros ibatur.*

Leo Papa Tertius Litanias ante Aſcenſ. Dom. inſtituit.

De veritate huius hiſtor. vide Anaſt. in vita Leonis Papæ iij.

B Et in vita Benedicti Papæ Tertij. *Qui flens & Deum, ac Sanctos teſtes faciens, ſe nequaquam dignum eſſe, qui tantæ ſedi præficeretur, dicebat. Acclamantibus itaque omnibus, & electionem approbantibus, inuitus tandem Pontificium munus ſuſcipiens, in atrium Lateranenſe perducitur, & in ſede Petri collocatur. Inde verò in æquo albo ſedens ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ ad Præſepe ductus, ieiunijs triduo, & orationibus vacauit, Deum rogans, vt ſibi liceret ſanctè, & integrè Eccleſiam ſuam gubernare.* C

Vide Plat. in vita Benedicti Papæ iij. Et Anaſt. Bibl.

Et in vita Gregorij Septimi Papæ. *Tum verò Gibertus ſoluto Concilio, & criminandi Gregorij occaſionē nactus, ad Pontificatum viā quærens, Cincium Romanum, Stephani Præfecti Vrbis filium, hominem temerarium, & ſeditioſum, in Pontificem animat, magna ei pollicitus Imperatoris nomine, ſi tantum facinus ex ſententia confeciſſet. Structis itaque inſidijs Cincius, dum Pontifex media nocte Natalis Domini celebrat in templo Beatæ Mariæ ad Præſepe, quæ maior nunc dicitur, irrumpens cum ſatellitibus, & coniuratis, dum hoſtiam ſacrificij committit, hominem capit, & in Regionem Parionis ſecum trahens, in turri quadam munitiſſima eum collocat. Sequenti verò die Populus Romanus cognito facinore, in Cincium arma ſuſcipit, Pontificem liberat, ædes, ac turrim ſcelerati hominis à fundamentis euertit, familiamq́; eius nares mutilatam ab Vrbe pellit. Ipſe verò Cincius tanti mali auctor fuga ſalutem quærens, in Germaniam varijs tramitibus ad Imperatorem tandem peruenit.* D

Vide Plat. in vita Gregor. Papæ Septimi.

Vide Sigonium, & Plat. in vita Stephani Secundi Papæ.

Populus Rom. arma ſuſcipit cōtra Cincium ſeditioſum hominem.

E Et in vita Adriani Papæ Sexti. *Fœdere tamen iunxit non quidem omnes, ſed præcipuos Chriſtianæ pietatis Monarchas, liberasq́; Italiæ Ciuit. in primis Sedem Apoſt. Carolum lectum Cæſarē, Henricum Angliæ, Ludouicū Vngariæ Reges, & minores aliquot Italiæ Principes. Quorū omnium Legatis apparatiſſimum epulum Romæ Pompeius Columna Cardin. dedit. Tametſi cauſa fœderis præcipua erat tueri Italiam ab incurſu Turcarū, qui à capta Rhodo feroces, à bello minimè ceſſaturi videbantur: quam ob cauſam Cæſar etiam*

Vide Onuphrium Panuin. in vita Adriani Papæ Sexti, & de vij. Vrbis Eccleſ.

cum

cum Venetis pacem firmauit. Vnus gallus extra ius fœderis erat, ſed ſic, vt inſeri poſſet, ſi conditionibus oblatis ſtare vellet. Ac conſtitit fœdus illud vſque ad obitum Pontificis, à quo mox diremptum fuit: fœderi autem publicando locus conſtitutus, ædes Virginis matris erat, vulgo ſanctæ Mariæ maioris, olim ſanctæ Mariæ ad Præſepe appellata. Hic cum Pontifex per ſe intereſſe cuperet, quò res maioris auctoritatis eſſet, medici vetuerunt. Adhuc oſtendimus deuotionem, atq; frequentiã in rebus ſummorũ Pont. & Chriſtianorum Principũ difficillimis;erga hanc Eccleſiã præſtitam,ſequitur attingere,quod noſtra memoria contigit, tũ ad gratias agẽdas de Chriſtianæ Reip. rebus feliciter ſucceſſis,tum ad opẽ de publicis, atque arduis implorandam; pro quibus ſummi Pontif. vnà cum Clero, & Populo Romano magna pompa, atq; ordine Baſilicam adierunt. Et primum oſtendimus Iubilæum Sixti V. initio Pontificatus,ad lumen, & auxilium pro Reipublicæ Chriſtianæ bono implorandum, vti latius in Bulla.

Sixtus Papæ V. Iubilæum pro Reipublicæ Chriſtianæ bono proponens à S. Maria in Aracæli ad S. Mariæ Maioris Baſilicam incedit.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, &c. Et nihilominus vt Deum magis propitiũ nobis, & populo Chriſtiano reddere, ipſiq; quantum noſtræ tenuitati concedetur, gratias agere valeamus,& ad tantum onus ſubſtinendum vires impetremus; Nos ipſi ſupplicationes, proceſſioneſque vnà cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, omnibusque Prælatis,& Romanæ Curiæ Magiſtratibus, die Lunæ, qui erit xxvij. dies præſentis menſis Maij ab Eccleſia ſanctæ Mariæ in Aracæli, vſque ad Baſilicam ſanctæ Mariæ maioris habere, atque incedere ſtatuimus, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. M. D LXXXV. Septimo Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri anno primo.

In vita Greg. XIV. regiſtri.

Idem Gregorius XIV. eiſdem ex cauſis adductus præſtitit.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vniuerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum nonnulli Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ſacrarum ſcripturarum teſtimonio, antiquorumq; Patrum exemplo adducti, Catholicæ Eccleſiæ gubernacula ſumentes, opem à Deo poſtulare, atque Chriſtifideles ad pœnitentiam, orationes, & miſericordiæ opera inuitare conſueuerint, &c. Quamplura enim huic tempeſtati peculiaria mala nos vrgent. Flagellis diuinis vndique affligimur, fame premi-

A *mur, morbis vexamur, bellis vrgemur, in dies peiora metuimus: hominum denique frigeſcente charitate, aucta eſt iniquitas. Neque verò hæc ab inſtituto nos deterrent, ſed ad vehementius his ipſis operibus aſſidua ſollicitudine incumbendum potius inflammant. Propterea Dei, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui etiam cum vlciſcitur miſericors eſt, opem poſtulandam, publicasq; ſupplicationes cum Indulgentijs indicendas duximus. Præparemus itaque corda noſtra Domino, magnoq; affectu precum, ianuam pulſe-*
B *mus Dominicæ propitiationis, voces actibus adiuuemus, exemplis vt verbis inſtemus, nè fiat inanis oratio, vbi praua eſt actio. Deus noſter iuſtus, & pius eſt, & ſicut in pœnitentibus diſtrictus, ita eſt conuerſis miſericors. Ad ipſum mente contriti vigilanter curramus, ab ipſo erectionis noſtræ ſolatia poſtulemus, qui nouit emendatos in præſenti vita à tribulationibus liberare, & in futura ad æterna gaudia perducere. Nec ſi ſtatim non exaudiamur, ab oratione deficiamus, imò aſſidua deprecatione inſiſtamus. vult*
C *Deus rogari, vult quadam importunitate vinci. Quapropter ab hac alma Vrbe noſtra, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus Catholicæ Eccleſiæ ſuæ ſanctæ caput, & primariam ſedem conſtituit, initium ſumentes, ad eiuſdem Vrbis Baſilicas, Principis nimirum Apoſtolorum in Vaticano, nec non Beatæ Mariæ maioris prima hebdomada, quæ erit poſt feſtum Epiphaniæ, ad diem nonam præſentis menſis Ianuarij, ſolemnes ſupplicationes, & proceſſiones de more indicimus: in quibus Baſilicis nos cum omni demiſſione, & hu-*
D *militate mentis, & corporis, vnà cum venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ac Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & quos in Romana Curia adeſſe contigerit, àc Chriſtianorum Regum, & Principum Oratoribus apud nos exiſtentibus, alijſq; Prælatis, & Officialibus Romanæ Curiæ, & Magiſtratibus Populi Romani, vniuerſoq; Clero, & populo comitante, dictas ſupplicationes, & proceſſiones celebrare decreuimus &c. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo, nonis Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo.*
E

Gregorius XIV Iubilæum promulgans à Sancto Petro in Vaticano ad Sanctam Mariam Maiorem progreditur.

Et Clementis Papæ Octaui temporibus ipſius Pontificatus initio, ita in bulla habemus: *Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Vniuerſis Chriſtifidelibus, ad quos præſentes litteræ peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum calamitoſo hoc tempore, quo Catholica Eccleſia in magnis adhuc rerum perturbationibus verſatur, diuina bonitas infirmitatem noſtram, nihil minus expectantem, ad ſupremũ eiuſdem Eccleſiæ regimen aſſumpſerit; illud præcipuè*

pue nobis curandum eſſe agnoſcimus, vt actiones noſtras ab ipſo inchoemus, ad quem cogitationes dirigimus; & inde omnis noſtra operatio incipiat, vnde eum, quem boni omnes optant, felicem exitum ſortiatur, &c. Qua propter ab hac Alma Vrbe noſtra, in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſuam in terris ſedem fundauit, omnium Eccleſiarum matrem, atque magiſtram initium ſumentes, ad eiuſdem Vrbis Baſilicas, Principis nimirum Apoſtolorum in Vaticano, nec non Beatæ Mariæ Maioris proxima hebdomada, quæ erit poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, ad diem decimam nonam, & vigeſimam primam ſolemnes ſupplicationes, & proceſſiones de more indicimus, ad quas Baſilicas nos cũ omni demiſſione, & humilitate mentis, & corporis vnà cũ Venerabb. Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, quos in Romana Curia adeſſe contigerit, ac Chriſtianorũ Regum, & Principum Oratoribus apud nos exiſtentibus, alijsq; Prælatis, atq; Officialibus Rom. Curiæ, & Magiſtratibus Populi Rom. vniuerſoq; Clero, & Populo comitante, accedere, dictasq; proceſſiones, & ſupplicationes habere, & celebrare decreuimus, &c. Datũ Romæ apud S. Petrum, Anno Incarn. Dom. 1591. 15. Kal. Maij, Pontific. noſtri, anno primo.

Clemens Papa Octauus Iubilæum inſtituens à S. Petro in Vaticano ad S. Mariæ Maioris Baſilicam accedit.

Et anno 2. Pontificatus ipſius, vt in Bulla. *Clemens Epiſc. ſeruus ſeruorũ Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus. Graue Apoſt. ſeruitutis onus nullis noſtris meritis, ſed diuina voluntate nobis dudũ impoſitũ, cum præteritarũ calamitatum recordatio, tũ præſertim ſenſus, & futurarũ metus multo grauius afficiunt, &c. Quapropter in hac alma Vrbe noſtra ad Baſilicas Principis Apoſt. in Vaticano, nec non B. Mariæ maioris, hebdomada, quæ erit poſt 2. Dominicã Quadrag. diebus per nos eligendis, ſolemnes ſupplicationes, & proceſſiones de more indicimus; ad quas Baſilicas, vel earum alterã, nos ipſi vnà cum Venerabil. Fratribus noſtris S.R.E. Card. nec non Archiepiſcopis, atq; Epiſcopis qui Romæ fuerint, ac Chriſtianorum Regum, & Principũ Oratoribus apud nos exiſtentibus, alijsq; Prælatis, & Officialibus Rom. Curiæ, & Magiſtratibus Populi Romani, vniuerſoq; Clero, & Populo Comitante, ſupplices adire, ipſasq; Proceſſiones generales celebrare conſtituimus, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, tertio idus Martij, Pontificatus noſtri, anno ſecundo.*

Clemens VIII. Iubilæum decernens ad S. Petrum in Vaticano, vel S. Mariã Maiorem adire conſtituit.

Et anno ſexto eius Pontificatus. *Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus, ad quos præſentes litteras peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Super cuſtodiam Dominici Gregis, & vniuer-* A *ſalis Eccleſiæ ſtantes, in qua Spiritus ſanctus, non propter merita, ſed propter diuinæ bonitatis ſuæ abundantiam, humilitatem noſtram collocauit, & in omnes Chriſtianæ Reipublicæ partes oculos ſolitciudinis noſtræ conuertentes, eiuſque afflictum, & luctuoſum ſtatum circumquaque contemplantes, acerbiſſimo doloris ſenſu, dies, noctesque commouemur, &c. Nos, qui licet indigni, communis omnium fidelium partis perſonam, & eiuſdem Chriſti vices gerimus in terris, vniuerſos, & ſingulos Chriſtifideles* B *præfatos, iterum, atque iterum, paternè, & efficaciter in Domino hortamur, rogamus, & obſecramus, vt verè conuerſi, ad cor redeant, & omnibus peccatis, & peccandi occaſionibus relictis, Deo clementiſſimo Patri reconcilientur. Cupientesque pro Paſtorali officio, cæteros exemplo noſtro, quantum Deo iuuante poſſumus, permouere, initium ſalutaris pœnitentiæ, & vnanimis orationis ab hac Alma Vrbe noſtra faciendum, duximus. Atque vt in tam miſerabili Chriſtianæ Reipubl. ſtatu, in primis Beatiſs. Vir-* C *ginis Dei Genitricis Mariæ precibus, & meritis adiuuemur, quæ eſt mater gratiæ, & miſericordiæ aduocata peccatorum, & auxilium Chriſtianorum, Proceſſiones ſolemnes indicimus ad Venerabilem Baſilicam ſanctæ Mariæ Maioris, & ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Populo nuncupatas, ad quas Eccleſias Nos ipſi, hebdomada ipſa, quæ erit ſecunda menſis Iulij, diebus per nos deſignandis, vnà cum Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, in Romana Curia præſentibus,* D *ac Chriſtianorum Regum, & Principum Oratoribus in Vrbe commorantibus, aliiſque Prælatis, & Officialibus Romanæ Curiæ, ac Magiſtratibus Populi Romani, vniuerſoque Clero, & Populo, ac ſpiritu humilitatis, & animo contrito procedemus, &c. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millèſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, tertio nonas Iulij, Pontificatus noſtri, Anno ſexto.*

Clemens VIII. Iubilæum conſtituens ab Eccleſia S. Mariæ Maioris ad Eccleſiam S. Mariæ de Populo procedit.

Iubilæum S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. Ad diuinam opem in præ- E ſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus implorandam. *Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, &c. Vt autem Chriſtifideles vnanimes pro exaltatione ſanctæ Matris Eccl. veræ fidei propagatione, hæreſumq; extirpatione, Principũ Chriſtianorum concordia, & unione, cunctiſq; Eccl. neceſſitatibus, ac pro noſtra, totiuſq; Chriſtiani populi ſalute, eò libentius Deum precentur, quò uberius ſpiritualibus gratijs ſe refectos eſſe cognouerint: De*

omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli eius Apoſtolorum auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſoluendi poteſtate, quàm Deus nobis, licet indignis, contulit, theſauros Eccleſiæ ſuæ copioſius aperientes, vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus, Chriſtifidelibus, in hac alma Vrbe degentibus, qui ſolemni proceſſioni, quam ab Eccleſia Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis Diocletianis, ad Baſilicam Sanctæ Mariæ Maioris nos præſenti hebdomada, vnà cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Romana Curia præſentibus, atque vnà cum Regum, & Principum Chriſtianorum, apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Oratoribus, alijſque Prælatis, & Proceribus, vniuerſoque Clero, & Populo agemus interfuerint, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ſexcenteſimo ſexto, decimotertio Kalendas Iulij, Pontificatus Noſtri anno ſecundo.

Paulus V. Pōt. Max. Iubilæum proferens ab Eccleſia S. Mariæ Angelorum in Thermis Diocletianis ad S. Mariæ Maioris Baſilicam procedit.

Iubilæum Vniuerſale S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. Ad diuinam opem in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus implorandam.

Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Vniuerſis Chriſtifidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, &c. Tempus leuandi corda noſtra cum manibus ad Deum, hoc eſt, conuertendi Nos ad illum in pœnitentiæ lamentis, in oratione, in ieiunio, in eleemoſynis. Benignus eſt enim, & mitis, & ſi nos à noſtris culpis emendatos viderit, in humilitate ſpiritus ad ſe confugere, potens eſt procellis ſedatis, tranquillitatem magnam Eccleſiæ ſuæ facere. Vt autem diuinæ miſericordiæ auxilium implorari vtilius poſſit, omnium fidelium vnanimes preces inuitare, ac theſauris Eccleſiæ, quorum auctore Domino, Diſpenſatores ſumus, copioſè erogandis excitare pro Paſtoralis officij munere, & Apoſtolicæ Sedis in huiuſmodi neceſſitatibus vetuſto more, decreuimus. Itaque ex parte omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſtifideles, tam in alma Vrbe noſtra, quàm alibi vbique locorum conſtitutos, auctoritate Apoſtolica paternè, enixèque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur, ad infraſcripta deuotè peragendum, & adimplendum, & ad pias, ac feruidas ad Altiſſimum preces effundendum, vt per viſcera miſericordiæ ſuæ fidem Catholicam protegere, ab hoſtium conatibus, & inſidijs defendere, hæreſim extirpare, Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare, ac præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus ſubuenire dignetur. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, ex illa ligandi, atque ſoluendi poteſtate, quam nobis Dominus meritis minimè ſuffragantibus contulit, vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus in alma Vrbe prædicta degentibus, qui ſolemnibus Proceſſionibus, quas ab Eccleſia Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupata, ad Baſilicam Sanctæ Mariæ Maioris, & ab Eccleſia Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, ad Eccleſiam S. Mariæ de Anima, pariter nuncupata, Feria quarta, & ſexta Nos ſequenti hebdomada, vnà cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Curiſtianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Oratoribus, omnibuſque Prælatis, & Proceribus, vniuerſoque Clero, & Populo agemus; interfuerint, &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo octauo, ſexto Kalen. Septembr. Pontificatus Noſtri anno quarto.

Paulus V. Pō. Max. Iubilæum edens ab Eccleſia S. Mariæ Angelorū ad S. Mariæ Maioris Baſilicam contendit.

Idem Paulus Quintus Pontifex, Datum apud ſanctam Mariam maiorem iam obſoletum, nec ab alio Papa, à Sixti Quarti temporibus conſuetum, Apoſtolicis litteris innouauit.

*

FINIS LIBRI SEXTI.

BASI-

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER SEPTIMVS.

AVCTORE
ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE DONATIONIBVS IMMOBILIVM Rerum, & Mobilium.

DE IMMOBILIBVS.

CAPVT PRIMVM.

POſt Indulgentias, Stationes, Pœnitentiarios, & alia beneficia à ſummis Pontificibus huic Baſilicæ conceſſa, ſequitur Donationum deſignatio per ſūmos Pontifices, Imperatores, Reges, & alios Principes, atque inſignes Viros, nec non pios homines in hanc Eccleſiam præſtitarū. Quamquam temporum, & Barbarorum iniuria, velut Vrbs Roma, ſic Baſilica detrimentum paſſa eſt. Nos tantum indicabimus quæ, vel à manuſcriptis, vel ab Epitaphijs marmore inſculptis, vel certè à fide dignis Auctoribus eruimus. Igitur à Sixto Papa Tertio ordiemur, qui circa annum Domini 432. Romanum Pontificatum geſſit, & multa prædia huic Baſilicæ aſſignauit, & dedit, Auctore Anaſtaſio, cuius verba hæc ſunt: *Poſſeſſionem Scaurianam in territorio Gacitano præſtantem omnia inibi cum adiacentibus ad tignis ſolidos 312. & trimiſium. poſſeſſionem Marmoratam in territorio Præneſtino præſtantem ſolidos 152. Poſſeſſionem Celeris in territorio Aſilano præſtantem ſolidos 111. & trimiſium. Domum Palmati intra Vrbem iuxta inibi Baſilicam cum balneo, & piſtrino præſtantem ſolidos 154.*

Magna Sixti Papæ III. erga hãc Baſilicam. liberalitas.

Vide Anaſt. Bibliot. Honuphr. Panu. Plat. in vita Sixti Papæ III.

Neque verò Ioannes Cardinalis Columna deſuit hanc Baſilicam magnis muneribus fulcire, quorum etiam adhuc memoria viget; nec vllum tempus, vel occaſionem omittebat, quo minus hanc Eccleſiam amplificaret, velut Honorius Papa Tertius teſtatur: *Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Romanis Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſiderijs dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Quapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu Monaſterium Megalacio Squiſtuenſ. Diocœſ. poſitum in Imperio Romanorum cum pertinentijs ſuis à dilecto filio noſtro Ioanne, tituli Sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali, cum in illis partibus legationis officio fungeretur Eccleſiæ veſtræ conceſſum, ſicut illud iuſtè, canonicè, ac pacificè poſſidetis, vobis, & per vos eidem Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. Datum Lateran. 14. Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſexto.*

Illuſtriſ. Ioannis Card. Colũnæ erga hanc Baſilicam liberalitas.

Vide Honorij Papæ III. Bullam in Baſilicæ Archiuio ſeruatã.

Sed inter illuſtria, & memoriæ digna monumenta illud, quod apud Archiuium legimus effulget, nimirum Iacobi Columnæ teſtamentum, in quo tali Baſilicæ oppida, ædes, prædia, atque bona mobilia, & immobilia relinquit, velut ex poſſeſſione comprehenditur, quam Canonici inierunt. *In nomine Domini: Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo primo, Pontificatus Domini Ioannis Papæ Vigeſimi ſecundi, Indictione quarta, menſis Februarij die vigeſima ſecunda, In præſentia diſcreti, & ſapientis viri Domini Presbyteri Metæ Iudicis, & mei Petri Pauli Carbonis Notarij, & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Venerabilis vir Dominus Ferandus de Montenigio Canonicus Eccleſiæ Lateranenſis, & magnificus vir Stephanus de Columnis executores teſtamenti, & vltimæ voluntatis quondam bonæ, & ſanctæ memoriæ Reuerendiſſimi Fratris Domini Iacobi de Columnis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, pro ſeipſis nomine eorum, ac vice, & nomine Religioſi Fratris Deodati Ordinis Minorum, ad infraſcripta omnia, & ſingula facienda licentiam, arbitrium, & poteſtatem, vt in publico Inſtrumento dicti quondam Reuerendiſſimi Patris ſcripto per Magiſtrum Pe-*

Singularis Iacobi Cardinalis Columnæ erga ſanctæ Mariæ Maioris Eccleſiam pietas.

A *trum de Futia Notarium, plenius continentur. Conſiderantes, & inſpicientes deuotionem, & nimiam affectionem, quam dictus olim ſanctæ memoriæ Cardinalis vita ſua gerebat ad Venerabilem Baſilicam ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, & quod ſtatum, & conditionem ipſius Eccleſiæ magno affectu cupiebat de bono in melius augumentare. Idcircò prædicti Exequutores exequutorio nomine dicti quondam Domini Cardinalis, hac die præſenti, bonis proprijs, & ſpontaneis voluntatibus* **B** *inter viuos donarunt cum titulo donationis irreuocabiliter, dederunt, ceſſit, & conceſſit Capitulo, & infraſcriptis Canonicis venerabilis Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, videlicet Dominis Presbytero Ioanni Blaſij, ſiue Oddoni de Palumbaria Presbytero, Franciſco de Sancto Alberto, Petro, Henrico, Iacobo, Bartholomæo de Iudice, & Ioanni Oddono Bertuledi, recipientibus nomine dictæ Baſilicæ pro ea, & pro ſe ipſis, & eorum in dicta Eccleſia conditionibus in perpetuum,* **C** *pactis tamen, & tenoribus infraſcriptis; ideſt totum Caſtrum, quod Collis de Prio, quod olim fuit dicti Cardinalis, cum omnibus vaſſallis ibidem aſtantibus, cum Iuribus vaſſallorum, & cum toto ipſius Caſtri tenimento, eum .... Palatijs Domibus eorum in ipſo Caſtro incultis, Pantanis, Siluis, Pratis, Vineis, cum canapinis. Quod Caſtrum poſitum eſt in Romana Iuriſdictione. Item Caſale Salonis, quod olim fuit eiuſdem Reuerendiſſimi Cardinalis, cum quadam pedica, quæ* **D** *dicitur Cingoletta, pertinente ad dictum Caſale, poſitum eſt extra Portam Maiorem, ſiue Portam Sancti Laurentij, ad quam poſſeſſionem capiendam auctoritate propria conceſſit liberam facultatem. Dantes, & concedentes dicti exequutores nomine eidem Capitulo, & Canonicis omnia iura, omnes actiones pertinentes, conditiones, & exceptiones reales, perſonales, vtiles, directas, & expreſſas, quæ, & quas dictus quondam Dominus Cardinalis, in dictis Caſtris, Caſali, & eorum pertinentijs* **E** *nunc, & in futurum contra omnem perſonam poteſt .... Hanc autem inter viuos dictam donationem, & conceſſionem, & omnia quæ dicta ſunt, &c.*

Nicolaus Papa Quartus, ſuam erga hanc Baſilicam pietatem oſtendit, dum cuiuſdam Monaſterij tunc extincti, nomine Sancti Barholomæi in Suburra, Ordinis Sancti Benedicti Abbatis, reditus conceſſit; quod ex Bulla deprehenditur: *Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Gulielmo tituli Sancti Martini in Montibus, Presby-*

Illuſtris Nicolai Papæ IV. erga hanc Baſilicam pietas.

Presbytero Cardinali ſanctæ Mariæ maioris de Vrbe Archipresbytero ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ maioris de dicta Vrbe petitio continebat, quod licet Venerabilis Frater noſter Bernardus Epiſcopus Spoletanus, vigore quarumdam litterarum noſtrarum, prout ex earum forma poterat, & ſibi mandabatur dignitatem Abbatialem, & ordinem ſancti Benedicti, in olim Monaſterio Monialium ſancti Bartholomæi in Suburra, Regionis Montium de Vrbe dicti Ordinis ſuppreſſerit, & extinxerit, illudque cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ, ita tamen quod Eccleſia, ſiue Cappella dicti Monaſterij ad profanos vſus, veluti hæreditas minimè redigeretur, perpetuò vniuerit, annexuerit, & incorporauerit, ipſique Capitulum, & Canonici litterarum vnionis huiuſmodi vigore pacificam Monaſterij Eccleſiæ, ſiue Cappellæ, Iuriumque, & pertinentiarum prædictarum poſſeſſionem fuerint pacificè conſecuti, & illa teneant, & poſſideant de præſenti, nihilominus videntes, quod ex Monaſterio, & Eccleſia, ſiue Cappella prædictis, illorumque domibus, hortis, & vinea eidem menſæ modica prouenit vtilitas; cupiunt domos, hortum, & vineam huiusmodi cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis vendere, & illorum habendum pretium in alijs rebus ipſi Eccleſiæ ſanctæ Mariæ maioris opportunis exponere, dummodo eis ſuper hoc per ſedem Apoſtolicam licentia concedatur, ipſumque Monaſterium, ac illius Eccleſia, ſiue Cappella ab huiuſmodi Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris pœnitus ſegregentur. Quarè pro parte Capituli, & Canonicorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis dictam licentiam concedere, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati circumſpectioni tuæ, de qua inhis, & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ſi ita eſſe, & venditionem ipſam (ſi fiat) in euidentem dictæ menſæ vtilitatem cedere repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Eccleſiam, ſiue Cappellam Monaſterij huiuſmodi ab eadem Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris, & menſa huiuſmodi, &c. Quod pretium huiuſmodi (ſi venditio ipſa fiat) in alijs opportunitatibus dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris, prout tibi videbitur quanto citius conuertatur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio, ſexto Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Vide in Archiuio Bullam adductam.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo, Nicolao Quinto Pontifice, Antonius, & Nicolaus germani fratres, deuotione erga hanc Baſilicam omnia iura aſſignarunt donatione inter viuos, quæ ſuper Oppidum Vrbiſachæ Camerini Dioceſ. obtinebant; de quare minus inuenimus poſſeſſionem ſuſcepiſſe temporum fortaſſe iniuria. ad eorum verò bonum, qui pro ſua humanitate noſtrum opus legere non grauantur, decreuimus hic annotare: *In Nomine Domini, Amen. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo, Pontificatus ſanctiſſimi in Christo Patris, & Domini noſtri Domini Nicolai diuina prouidentia Papæ Quinti, Indictione vndecima, inſuper Martij trigeſimaprima. In præſentia mei Notarij, & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, &c. Antonius, & Cola fratres germani, filij quondam ſancti Rubei de Alatro, & quilibet ipſorum, qui primo, & ante omnia iurarunt ad ſancta Dei Euangelia corporaliter manu eorum tactis ſacroſanctis Scripturis contra infraſcripta omnia, & ſingula perpetuo non facere, dicere, vel venire ratione eorum, vel alterius ipſorum, ætatis viginti, ſeu vigintiquinque annorum, nec aliqua alia ratione, iure, titulo, ſiue cauſa, immò inſerta omnia perpetuò grata rata, & firma habere, & tenere, ac illæſa, atque inuiolata ſeruare ſpontè, liberè, non coactè donauerunt, & titulo donationis inter viuos irreuocabiliter dederunt, ceſſerunt, & pro eorum & progenitorum ſuorum animarum ſalute, Venerabili Baſilicæ, & Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe; nec non nobilibus, & venerabilibus viris Archipresbytero, & Capitulo, ac Canonicis dictæ Eccleſiæ, & repræſentantibus totum Capitulum huiuſmodi Eccleſiæ, eiuſdem Eccleſiæ nomine præſentibus, eorumque ſucceſſoribus futuris, & perpetuis, & pro tempore exiſtentibus, &c. omnia, & ſingula iura, nomina, & actiones reales, & perſonales, vtiles, & directas, tacitas, & expreſſas, hipothecarias, ſiue mixtas, ciuiles, emptorias, pignoratitias, &c. Quæ, quos, & quod eorum quilibet coniunctim, & diuiſim habent, & eis competunt, habere, & eis competere poſſent, nunc, & in futurum, in & ſuper Caſtro Vrbiſachiæ cum Iure Vaſſallorum, ac etiam ſuper Territorio, Iuribus, Iuriſdictionibus, rebus, & poſſeſſionibus dicti Caſtri ipſis Dominis Antonio, & Colæ, & cuilibet ipſorum*

Donatio inter uiuos oppidi Vrbiſachiæ à Nicolao, & Antonio facta Sanctæ Mariæ Maioris Baſilicæ.

coniunctim, & diuiſim ſpectantibus, & pertinentibus, & ſpecialiter in & ſuper omnibus, & ſingulis bonis, & poſſeſſionibus, de quibus realiter, & actualiter tempore legationis Reuerendiſſimi Domini Cardinalis ſanctæ Crucis .... vulgariter nuncupati in Marchia Anconitana Legati Apoſtolicæ Sedis fuerit inſtituti, & eorum poſſeſſionem adepti, quilibet ab vno territorium Abbatiæ Clareuallis, & ab alio tenent res Petri, &c. Nec non in & ſuper nonnullis huiuſmodi rebus, & poſſeſſionibus ſitis in Caſtro lauri, & eius territorio Villæ magnæ ſupra palatium Guardiæ Ciuitatis Camerinen. & nõnullis alijs poſſeſſionibus, & bonis, ac iuriſdictionibus, & actionibus ſituatis in diſtrictu Serrauallis, & ſanctæ Anatoliæ, & Caſtri, ſeu Terræ Montecchij, ac in diſtrictu totius Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, & eorum finibus terminatis. Ad habendum, tenendum, poſſidendum, vtendum, fruendum, fructificandum, vendendum, donandum, obligandum, hipotecandum, & alienandum, & de prædictis omnibus, & ſingulis faciendum, & diſponendum, prout dicto Archipresbytero Canonicis, & Capitulo dictæ Eccleſiæ huiuſmodi, prout melius videbitur, & placebit. Et voluerunt prædicti Cola, & Antonius, quilibet ipſorum, perpetuò quolibet prædictorum poſſe cogi, compelli, & conſtringi in omni Curia tam ſpirituali, quàm ſæculari, &c. Ego Chriſtophorus de Rogerijs de Roma publicus, Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius, &c.

Mira Iordani Vrſini Cardinalis in hanc Baſilicam propenſio *Vide Panuin. & Ciacc. in vita Innocentij Papæ. Qui ab eodem Innocentio creatus fuit Cardin. anno 1405. Põt. 1. pridie Idus Iunij vſque ad Põtificatum incluſiue Eugenij IV. maior Pœnitentiarius fuit Decanuſque ſacri Collegij. obijt 4. Cal. Iunij anno 1439. ad balnea Puteolana ſen. Dioe.*

Iordanus Vrſinus Epiſcopus Cardinalis, & Generalis Vrbis Romæ Viſitator cernens ſancti Andreæ de Frattis Monaſterium iam extinctum eſſe, quatuor quę ſupererant Moniales, alteri Cænobio aſſignauit, & omnia bona in hanc Baſilicam tranſtulit, tantum nonnullis pro illis quatuor Monialibus alendis, reſeruatis. Quæ omnia ex Eugenij Papæ Quarti Bulla inclarent: *Qua quidem littera, ſiue Bulla per nos ſic recepta volentes ad illius executionem iuxta eius formam procedere, vt tenemur, ſolum Deum præ oculis habentes, Monaſterium Monialium Sancti Andreæ de Frattis de Vrbe ordinis Sancti Auguſtini propè arcum ſancti Viti in macello ſitum, iuxta prudentiam nobis à Deo attributam, & conceſſam, in parte, & in toto diligenter, & fideliter viſitauimus; in quo inter alia quatuor Moniales, videlicet Bartholomæam, Catharinam, Rentiam, & Vannotiam Conuentum inibi facientes, quæ ſecundum eorum votum, & profeſſionem vitam decentem, & laudabilem gerere debuerunt, damnabilem potius, & animabus periculoſam ducere, & duxiſſe comperimus: quibus ad alia Mo-*

Hæc bulla Eugenij IV. ſuper reformatione Vrbis data 1432. Cal. Aprilis anno 2. legit. in Archiuio Baſilicæ.

A *naſteria de noſtro Ordine tranſlatis de dote, videlicet Bartholomeæ triginta, Catharinæ quadraginta, Rentiæ viginti, & Vannotiæ ex cauſa eleæmoſinæ viginti florenos Romanos creſcentes ad rationem quadraginta ſeptem ſolidorum prouiſ. .... pro quolibet computand. per uos Canonicos, & Capitulum volumus indilatè reſponderi. Et propterea nos Iordanus Epiſcopus, & Cardinalis, ac Gaſpar Archiepiſcopus, Viſitatores, & Reformatores præfati, & ex præmiſſis, & certis rationabilibus cauſis noſtros ad id non*
B *immeritò animos mouentibus, cum nulla alia ſecundum Deum nobis ſalubrior, & vtilior via fuerit, moti, vobis Canonicis, & Capitulo dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris, veſtræque capitulari menſæ, nè temporalium rerum inopia preſſi in tam inſigni, deuotaque Eccleſia veſtra diuinus cultus quomodolibet diminuatur, ſed potius augeatur, Vnum Caſale dicti Monaſterij ſancti Andreæ in partibus Latij extra Portam maiorem ſitum inter hos fines, videlicet, ab vno latere tenet, & eſt tenimentum Caſalis ſan-*
C *cti Clementis, ab alio latere tenet, & eſt Caſalis tenimentum ſanctorum Coſmæ, & Damiani, ab alio latere tenet, & eſt tenimentum Caſalis ſancti Marci, ab alio latere tenet, & eſt tenimentum Caſalis, quod vulgariter vocatur lo quarto, Eccleſiæ veſtræ ſpectan. Vel ſi qui ſunt, aut eſſe poſſunt plures, aut veriores confines antiqui, vel moderni, de cuius etiam Caſalis in partibus Latij, vt præfertur ſiti, fructibus ſingulis annis Archipresbytero dictæ Eccleſiæ veſtræ prælibato, ac pro tempore exiſtenti Archipresby-*
D *tero duo rubia ordei, in feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, ſeu tempore recollectionis fructuum, iuxta ſolitum, & conſuetum morem, prout Moniales dicti Monaſterij ſancti Andreæ ſingulis annis ſoluere conſueuerunt, per vos volumus realiter, & cum effectu perſolui; & aſſignari cum duobus hortis paruis extra, & apud ipſum Monaſterium, præter quàm corpus ipſius Monaſterij ſancti Andreæ cum vinea, clauſtro, hortis in Clauſura Monaſterij exiſtentibus, de quibus, vt infra ſequitur, duximus prouiden-*
E *dum auctoritate Apoſtolica nobis in hac parte conceſſa, etiam ad id expreſſo dicti Archipresbyteri, ſeu eius Vicarij Eccleſiæ veſtræ accedente conſenſu in perpetuum vniuimus, annexuimus, & incorporauimus, ac omnibus melioribus modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus poſſumus, & debemus tenore præſentium vnimus, annectimus, & incorporamus per præſentes. Ita vt vobis liceat ex nunc realem, & actualem poſſeſſionem Caſalis, & aliorum bonorum præfatorum ſtabilium auctoritate propria liberè apprehendere, & perpetuò retinere, omneſque, & ſingulos fructus,*

fructus, reditus caſalis, & bonorum huiuſmodi integrè, ac pleno iure percipere, & habere, illosque in veſtros, & dictæ menſæ vſus ex nunc conuertere liberè, ac licitè valeatis vobis tenore præſentium concedimus, &c.

Vide Honuph. & Ciaccon. in vita Vrbani VI.

Non minor Cardinalis Stephani Paloſij pietas extitit, dimidium Caſalis, nomine ſancti Paſtoris relinquentis: *Stephanus Paloſius Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Marcelli donauit medietatem caſalis ſancti Paſtoris, poſiti extra Portam Nomentanam, vt oretur pro anima ipſius, de anno circiter 1398.*

B

Anno Domini 1436. Antonius Caſſinus Cardinalis, huius Baſilicę memor ſextam hereditatis partem reliquit ea conditione, vt perpetuò lycnum accenſum ante Corpus Domini conſeruarent: *Antonius Caſſinus Presbyter Cardinalis, tituli ſancti Marcelli reliquit huic Baſilicæ ſextam partem hereditatis, vt ante corpus Domini continuò ardeat vna lampas de anno 1436.*

Vide Ciacc. & Honuph. in vita Martini V. & in Archiuio huius Baſilicæ.

Egregia Guliel. Eſtouteuil. Cardin. munificentia.

Nec egregia abfuit à Gulielmo Eſtouteuilla munificentia, qui erga hanc Eccleſiam beneficia etiam vitæ extremo voluit concludere, mille, & quingentos aureos linquens, ex quibus prædium emerent, quo pro eius anima ſacrificia celebrarent, velut in Archiuio: *Gulielmus Eſtouteuilla Cardinalis Rothomagenſis, legauit ducatos 1050. auri, ex quibus emerentur prædia, vt eorum fructus ipſius animæ ſuffragijs impendantur de anno 1483.*

C

Vide Ciacc. & Honuph. in vita Eugen. IV. vſq. ad Sixtum IV. Lege etiam in Archiuio huius Baſilicæ.

Inſignis Gregorij Papæ IV. benignitas.

Eugenius Papa Quartus, Monachos ſancti Andreæ huic Baſilicæ proximos alio magis opportuno loco collocãs, Eccleſiam vnà cum Monaſterio, & alijs bonis Capitulo ſanctæ Mariæ Maioris coniunxit: *Eugenius ſeruus ſeruorum Dei, &c. Tranſlatis Monialibus ſancti Andreæ de Frattis, ad aliud Monaſterium, ipſum Monaſterium, & Eccleſiam ſancti Andreæ ſuppoſuit proprietati Capituli, & menſæ Canonicali ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe: eidemq; Capitulo, & menſæ vnit caſale ſitum extra Portam Maiorem, & duos paruos hortos ſpectantes ad dictum Monaſterium ſancti Andreæ, de anno 1433.*

D

Idem præſtitit de Eccleſia, & ſanctæ Bibianæ Cænobio, cum Moniales varijs Monaſterijs diſtribuerit, & Eccleſiam vnà cum Cænobio, atque alijs bonis huic Baſilicæ aſſignauerit: *Eugenius ſeruus ſeruorum Dei. Tranſtulit Moniales ſanctæ Bibianæ ad alia Monaſteria Vrbis, vniuit Eccleſiæ S. Mariæ Maioris earum Eccleſiam, & Monaſterium & bona, de anno 1439.*

E

Anno Domini 1291. quidam Ricchardus teſtamento Capitulo 1150. florenos re-

A

liquit pro quibuſdam Cappellanis, vt Deum orarent, ex quibus pecunijs Canonici Caſalis dimidium emerunt, nomine Ponte di Nona, in quo Cappellanis reditus aſſignarunt: *Ricchardus ex teſtamento reliquit Capitulo ſanctæ Mariæ Maioris mille centum quinquaginta florenos, vt per certos Cappellanos oraretur pro anima ipſius. ex ijs pecunijs empta eſt medietas caſalis, dicti Ponte de Nona, pro dictis Cappellanis ſuſtentandis, de anno 1291.*

Pręcellẽs Eleazari Cardinalis voluntas.

Poſtea anno Domini 1394. Eleazarus Cardinalis tercentum florenos ex teſtamento aſſignauit, quo Oliuetum emerent, ex cuius oleo ſemper ante Virginis imaginem lãpades replerentur. Sic in Archiuio habetur: *Eleazarus tituli ſanctæ Balbinæ, Presbyt. Cardinalis ſuo teſtamento reliquit florenos tercentum, ex quibus emeretur vnum oliuetum, ex cuius oleo ardeant perpetuò tot lãpades, ante Imaginem glorioſæ Virginis, anno Domini 1394.*

Excellẽs in hãc Baſilicam Nicolai Quarti clementia.

Hæc Bulla habetur in Archiuio.

Nicolaus Quartus etiam erga talem Baſilicam reuerentiam oſtendit, dum ab omnibus oneribus immunem reddidit, & præſertim à vino, vnà cum in Suburra manentibus vſque ad ſancti Viti arcum, quamuis alienigenis: *Nicolaus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Cõcedit immunitatem omnium gabellarũ, præſertim vini etiam forenſibus habitatoribus in Franco ſanctæ Mariæ Maioris, videlicet a Suburra, vſque ad arcum ſancti Viti, vnà cum vicis adiacentibus. Item quod non poſſint ad emendum ſal vltra eorum neceſſitatem, nec ad vllam pœnam ob delictum ſoluendam, ad quam eſſent condemnati, excepta cauſa homicidij, aut læſæ Maieſtatis; ſed in dicto franco ab omni perturbatione ſecuri, præſtat de anno 1448.*

Præclara Pauli Tertii erga hãc Eccleſiã voluntas.

Paulus Papa Tertius parem obſeruantiam præſtitit, dum motu proprio immunitates confirmat à prædeceſſoribus præſtitas: *Paulus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Confirmat ſuo motu proprio immunitates à prædeceſſoribus datas huic Baſilicæ, & addidit iuriſdictionem viſitandi, emendandi, & mulctandi tabernarios, & alios artifices delinquentes circa res venales, eaque Capitulo, & Canonicis tribuit, vel deputandis ab ipſis, vt Canonici Lateranenſes in ſua immunitate facientibus, de anne 1550.* quod vſque adhuc obſeruatur.

Præſtans Franciſci Homodæi beneficentia.

Egregiè beneficum Franciſcus Homodæus ſe præſtitit circa annum 1324. cum huic Baſilicæ Caſalem reliquerit, velut ex eius teſtamento apparet: *Franciſcus Nicolai Homodæi ſuo teſtamento reliquit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Vrbe, Caſale ſancti Baſilij extra Portam Nomentanam, cum vineis adiacentibus intra, & citra Pontem Nomentanum ſitis, pro orna-*

ornamento, & ſeruitio Eccleſiæ, & vt oretur pro anima ſua, & prædeceſſorum ſuorum, anno Domini 1324. A

Eximia Antonij Mariæ Saluiati Cardinalis largitas.

Antonius Maria Saluiatus, mille aureos pro legato reliquit in tot loca montis, ex quorum fructibus quouis anno eius animæ officium facerent: *Antonius Maria Saluiatus Cardinalis legauit ſcuta mille, vt oraretur pro eius anima, de anno 1602.*

Hieronymi Manilij beneficentia.

Hieronymus Manlius Canonicus ſcuta mille reliquit, ex quorum fructibus pars pro ſacrarum reliquiarum ferculis inſtaurandis B impenderetur; pars verò ad orationem pro eius animæ ſalute: *Hieronymus Manlius eiuſdem Baſilicæ Canonicus reliquit ſcuta mille, vt medietas eorum fructuum expenderetur in reſtaurationе Tabernaculorum ſanctarũ reliquiarum, alia medietas in orando pro ipſius anima de anno 1602.*

Alphonſi Noderici erga hãc Baſilicam documẽtum.

Alphonſus Nodericus Hiſpanus in omnibus bonis hanc Eccleſiam hęredem inſtituit: *Alphonſus Nodericus de Villa Regali Hiſpanus reliquit pro teſtamento hæredem omnium ſuorum bonorum Eccleſiam ſanctæ Mariæ Maioris, de anno 1457.* C

Præcellens Comitiſſæ Oliuares erga hãc Eccleſiam argumẽtum.

Comitiſſa de Oliuares Hiſpana, Siciliæ Viceregina, dua loca montium reliquit, vt ex eorum fructibus alba cera empta in Virginis feſtiuitatibus arderet: *Comitiſſa de Oliuares Hiſpana Proregina Siciliæ reliquit duo loca montium, vt ex ipſorum fructibus emantur cerea alba, quæ ardeant ante Imaginem Beatæ Virginis in eius feſtis de anno 1595.*

Iacobi de Archionibus liberalitas.

Iacobus de Archionibus Canonicus iure D legati ſacello DD. Iacobi, & Sebaſtiani partem Caſalis Fiaſcalis reliquit, & partem Quadrarij, ex quorum pretio Cappellani conſtituerentur: *Iacobus de Archionibus Canonicus ſanctæ Mariæ Maioris, reliquit iure legati Cappellæ ſanctorum Iacobi, & Sebaſtiani partem Caſalis Quadrarij, vt ex eorum pretio conſtituatur dos trium Cappellanorum in Vrbe, vel eius diſtrictu, reſeruato familiæ ſuæ iure patronatus, qui celebrarent pro anima ſua, & ſuorum defunctorum, de anno 1309.* E

Butij de Archionibus largitas.

Butius de Archionibus etiam ipſe reliquã partem Caſalis Fiaſcalis Canonicis largitus eſt: *Butius Oddonis de Archionibus donauit aliã partẽ eius Caſalis Fiaſcalis Canonicis, & Cappellanis prædictæ Baſilicæ, de anno 1392.*

Franciſci Porti liberalitas.

Franciſcus Portus Bononienſis ſcuta mille aſſignauit, vt ex horũ fructibus ad Deum preces pro ipſius anima funderentur: *Franciſcus Portus Bononienſis reliquit Eccleſiæ S. Mariæ Maioris ſcuta mille, vt oretur pro anima ipſius, de anno 1610.*

Andreæ Scaphi erga S. Mariæ Maioris Baſilicam pietas.

Andreas Scaphus Sacellum S. Hieron. in Eccleſia S. Vincentij fundauit vnà cum aliquibus Cappellanis, hac conditione, vt præſentandi Ius apud ſanctæ Mariæ Maioris capitulum ſeruaretur: *Andreas Scaphus quondã Scaphi de Caſtro Mugniano fundauit, & dotauit Cappellã ſancti Hieronymi in Eccleſia ſancti Vincentij de eodem Caſtro, eiuſque Cappellanos præſentandi ius perpetuum Capitulo ſanctæ Mariæ Maioris reliquit, de anno circiter 1402.*

Præſtabilis Alexandri Papæ VI clementia.

Alexander Papa VI. anno Domini 1494. perpetuos reditus aſſignauit per Cameram Apoſtolicam miniſtro delegatos, quo curam de Laquearibus habeat ad Capituli, & Archipresbyteri diſpoſitionem: *Alexander Papa Sextus, anno 1494. Pontificatus ſui anno ſecundo aſſignat ſalarium perpetuum ducatorum viginti quatuor de Camera, quolibet anno ſoluendum per Cameram Apoſtolicam deputato ab Archipresbytero, & Capitulo pro reparatione ſuffictus aurati.*

Nobile Pauli Papæ III. erga hanc Baſilicam indicium.

Paulus Papa Tertius ſeparauit Eccleſias ſanctæ Pudentianæ, & Euphemiæ in Fontana, & vna cum fructibus ad hanc Baſilicam adiunxit, veluti in Archiuio: *Paulus Tertius Pontifex ſeparauit, & diſmembrauit Eccleſias ſanctarum Pudentianæ, & Euphemiæ, & Laurentij in Fontana, earumq. fructus ab Archipresbyt. & vniuit Eccleſiæ S. Mariæ Maioris pro eiuſdem Eccleſiæ manutentione, & diuini cultus augmento, de anno 1545.*

Ioannes Capoccia dictus Mediopanis anno Domini 1309. donauit Vineam Romæ poſitam, nec non frumenti numerum velut ex manuſcriptis apparet: *Ioannes Capoccius, dictus Mediopanis donauit Eccleſiæ decem petias vinearum Romæ ſitas, & viginti rubia frumenti annua collecta ex Terris Caſtri Gentilis, quod ſi non colligeretur, nihilominus voluit ab hæredibus ſuis ſuppleri: quod ſi debito tempore non ſolueretur, poſt inſtantiam Canonicorum, voluit duplicari ad quadraginta, de anno 1309.*

Petri Senatoris benignitas.

Petrus Senator anno 1369. ædes vnà cum ſuorum bonorum dimedia largitus eſt, inter quę Caſale extitit Turriſmenſa nuncupatum. *Petrus, aliàs Senator de Regione montium donauit Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris de Vrbe, & Capitulo domum ſitam in Regione montis, & medietatem omnium ſuorum bonorum, inter quæ erat caſale dictum Torremeſa ſitum extra Portã Maiorem, & alia tenimenta in loco dicto Valle Barbara, de anno 1369.*

Expreſſa Philippi Boncompagni Cardin. pietas.

Philippus Boncompagnus Cardinalis Caſale pro Capitulo emit, illud cum ædibus permutans: *Philippus Boncompagnus Cardinalis ſancti Sixti, & ſanctæ Mariæ maioris Archipresby-*

chipresbyter emit ad fauorem Capituli Caſale dictum Salonicinum, & illud cum palatio permutat, vt palatium rouinoſum reſtauret, quod non fuiſſet à Cardinali ſancti Sixti reſtauratum. A

Anaſtaſia Chriſtophori Nuccij Vxor de Capizucchis teſtamento domum reliquit: *Anaſtaſia vxor quondam Chriſtophori delli Nuccij de Capizucchis, ſuo teſtamento reliquit domũ in regione Arenulæ pretij ducatorum quingentorum, de anno 1467.*

Tutia de Corneto domum vnà cum Vinea reliquit: *Tutia de Corneto donauit Baſilicæ, & Capitulo ſanctæ Mariæ maioris domum* B *ſitam ad Puteum album, & vineam extra portam Pertuſam, de anno 1467.*

Inſignis Gregorij XI. clementia.

Gregorius Papa XI. anno 1377. Cameræ Apoſtolicæ Collaterali in Ciuitate Beneuenti, mandat vt termille florenos Romano Vicario perſoluat, pro ſanctæ Mariæ Maioris Turri Campanaria: *Gregorius Papa Vndecimus, de anno 1373. per litteras Apoſtolicas mandat, vt ſoluantur floreni 3000. Vicario Vrbis pro reparatione Campanilis Sanctæ Ma-* C *riæ maioris.*

Præclara Guidonis Aſcanij Sfortiæ beneficentia.

Vido Aſcanius Sfortia quàm fuerit huic Baſilicæ addictus, eò poteſt comprehendi, ſiquidem poſſidens, velut Archipresbyter S. Pudentianæ Prioratum, illum ſpontè renunciauit, atque ad canentium leuamen Eccleſiæ adiunxit: *Quanta fuerit pietas erga hanc Baſilicam Guidonis Aſcanij Cardinalis Camerarij ex hoc facilè inſpici poteſt, quod Eccleſiam ſanctæ Pudentianæ, cuius reditus, & emolumenta quæcunque ad ipſum, tanquam Archipresbyterum* D *pertinebant, perpetuò vniri curauit Baſilicæ ſanctæ Mariæ maioris ad ſubſtentationem puerorum, & Cantorum adſeruiendum in diuinis, nè deeſſent, concentus muſices, vt in Bulla plumbata à Paulo Tertio ſummo Pontifice.*

Excellens Pauli Papæ V. in hãc Baſilicam voluntas.

Paulus Quintus attendens lites in Capitulo ob Præbendarum diuerſitatem oriri, eiuſdem Capituli conſenſu menſæ Capitulari vniuit, ex quo perennis pax orta eſt: *Paulus Papa Quintus ad tollendas lites, & diſcordias, quæ ex diuerſitate præbendarum oriebantur, eas* E *omnes de conſenſu Capituli extinxit, & vniuit menſæ Capitulari, vt earum fructus æqualiter inter omnes partirentur, de anno 1609.*

Idem Pontifex à fundamentis nobile ſacrarium excitauit, vnà cum Conclauibus ad habitandum, pro quibus nonaginta millia ſcuta impendit.

DE DONATIONIBVS MOBILIVM.

Caput II.

In vita Sixti iij. Platin. in vita eiuſdem pag. 57.

PERPLVRA in hanc Baſilicam Sixtus Tertius munera contulit, velut per Anaſtaſium, dum ait: *Et obtulit hæc. Altare argenteum puriſſimum penſan. libras 300. Patenas argenteas tres penſan. libras ſexaginta. lamas argenteas quatuor penſantes libras ſexaginta. Scyphum aureum puriſſimum pẽſantem libras quinquaginta. Scyphos argenteos quinque, penſantes libras quinquaginta. Calices miniſteriales argenteos decẽ penſan. ſingulos lib. tres. Aquæ maniles argenteos penſantes ſingulos libras octo. Coronam faram ante Altare argenteam penſantem libras triginta. Coronas argenteas farales triginta quatuor penſantes libras decem. Candelabra argentea quatuor, penſantia libras viginti; Thimiamaterium argenteum penſantem libras quinque. Canthara ceroſtata auricalca viginti quatuor penſantia libras quindecim. Ceruum argenteum in fonte fundentem aquam penſantem libras triginta. Omnia vaſa baptiſmi ſacrata argentea libras quindecim, Cœnacula regiè gradorum adhæren. Baſilicæ, vel quicquid videtur eſſe intrinſecus.*

Honuph. Epit. ſum. Pontif. & Card. pag. 17.

Baron. tom. 5. ad ann. 440.

Card. Sirlet. in tractat. manuſ. huius Baſilicæ.

Anaſt. in vita Ioannis pag. 50. Baron. tom. ad ann.

Anno 524. Ioannes Papa egregiem pietatem prætulit, cum præcioſa vaſa ab Imperatore Iuſtino miſſa tali Baſilicæ dono dedit: *Item huius temporibus Iuſtinus Imperator obtulit patenam auream cum gemmis penſantem libras viginti. Calicem aureum cum gemmis penſantem libras quinque. Scyphos argenteos quinque pallio aureo texta quindecim, quæ ipſe Ioannes detulit Apoſtolis Beatiſſimo Petro, & Paulo, & ad ſanctam Mariam, &c.*

Anaſt. in vita Vitaliani I. Baron. tom. 8. ad ann. 663. Rutil. Benzon. de ann. Iubil. fol. 395.

Conſtantinus Tertius Imperator circa annum 663. Romam veniens Vitaliano primo Pontifice, poſtquam Diuum Petrum inuiſit, ſimulque munera obtulit, ad hanc Baſilicam properans pariter beneficentiam præſtitit, nec indonatam reliquit, Anaſtaſius: *Die ſabbathi ad ſanctam Mariam, itemque donum obtulit.*

Anaſt. pag. 75. vſque ad 79. Honuph. Epit. pag. 32.

Platin. pag. 88. Baron. tom. ad ann. 681.

Circa annum 681. Agatho Papa peculiarem huius Baſilicæ memoriam conſeruans, etiam donum obtulit: *Hic dimiſit omni Clero rugam vnam, & ad luminaria Apoſtolorum, & ſanctæ Mariæ ad Præſepe ſolidos duo mille centum, & ſexaginta.*

Anno

Anaſtaſius In vita Gregor. III. Baron. tom. 9. ad ann. 741.

Anno Domini 732. Gregorio III. ſedente, poſt quamplurima inſtaurata, munera argentea, aurea, & pretioſis gemmis ornata obtulit, ſicut Anaſtaſius expreſſit: *Fecit & ibidem in Oratorio ſancto, quod Præſepe dicitur, Imaginem auream Dei Genitricis amplectentem Saluatorem Dominum Deum noſtrum cum gemmis diuerſis penſan. libras quinque.*

In vita Adriani Primi. Platin. & Honuph. in vita eiuſd. Baron tom. 9. ad ann. 772. vſque ad 795.

Anno Domini 774. velut ex Anaſtaſio, Adrianus Pontifex, quo tempore Romam Carolus magnus pedibus venit, inſignem pietatem oſtendit, ob inſignia munera data: *In Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis ad Præſepe fecit veſtes duas ſuper Altare maiore, vnam ex auro puriſſimo, atque gemmis habentem Aſſumptionem ſanctæ Dei Genitricis, & aliam de ſtauracio ornatam in circuitu blattis. fecit in ea Eccleſia, & cortinas maiores ex pallijs quadruplis ad ſimilitudinem, quam in Eccleſia ſancti Petri fecit. Sed & per diuerſos arcus eiuſdem Baſilicæ ſanctæ Dei Genitricis ſimili modo ex pallijs quadrapolis fecit vela numero quadraginta duo.*

Idem Anaſtaſius teſtatur, Præſepis ſacellum ab eodem Pontifice fuiſſe pretioſis ornamentis illuſtratum: *Enimuerò in Baſilica ſanctæ Dei Genitricis, quæ eſt ad Præſepe in Altari ipſius Præſepis fecit laminas ex auro puriſſimo, hiſtorijs depictis, penſantes libras centum quinque. ex argento intus ſupraſcriptæ confeſſionis tabulas duas, penſantes ſimul libras quindecim. Item Beatiſſimus vir fecit in Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis Mariæ ad Præſepe patenam, & calicem ſanctum ex auro obrixo, penſantem libras viginti. Et paulò poſt. In Baſilica Beatæ Dei Genitricis ad Præſepe fecit delphinos argenteos per diuerſas coronas, penſantes libras vigintiquatuor.*

De vita Leonis III. vide Plat. Ciacc. Honuph. & Anaſtaſ. Baron. tom. 9. ad ann. 796. vſque ad 816. Anaſt. in vita eiuſd.

Circa annum Domini 795. Leone III. Pontifice moderante plura auri, & argenti munera obtulit. Anaſtaſius: *Fecit autem & in Baſilica Beatæ Dei Genitricis, quæ appellatur ad Præſepe Ciborium ex argento puriſſimo, quod penſ. libras ſexcentas, & vndecim. Simul & rugas argenteas in ingreſſu Presbyterij penſan. libras ſexcentas, & vndecim. Simul & rugas argenteas in ingreſſu Presbyterij, penſan. libras octuaginta, atque cortinam maiorem ſericam albam habentem periclyſin, & crucem de fundata, & alia Alexandrina de periclyſi de ſtauraci, nec non intra regias maiores, atque ante ſecretarium numero duodecim, & intus Præſepe fecit veſtem de alithino cum chriſoclauo.*

Idem Pontifex inueſtiuit faciem Altaris ſanctæ Dei Genitricis ad Præſepe ex argento mundiſſimo deaurato penſan. libras octuaginta ſex.

A *Fecit ibi coronas duas ex argento puriſſimo penſantes libras quinquagintaquatuor. Cortinam maiorem Alexandrinam oloſericam ornatam de fundato vnam. In Baſilica ſanctæ Dei Genitricis ad Præſepe ſimiliter fecit coronam ex argento puriſſimo penſantem libras treſdecim.*

Fecit idem Pontifex in Baſilica ſanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur ad Præſepe cortinam roſatam cum periclyſi de fundato. Canthara de argento puriſſimo duo, penſantia libras viginti tres. columnas duas penſantes libras vigintiunā,
B *vncias quinque. Crucem cum Gabatha ex argento mundo penſantem libras quinque.*

Fecit etiam in Baſilica ſanctæ Dei Genitricis, quæ vocatur ad Præſepe cortinam de fundato, & in circuitu ornatam de Blathri, quæ pendet in pertica ſuper ſedem mirificè decoratam. Vela promiſcua, tam de fundato, quàm de ſtauraci, & quadraplo ornata in circuitu de platijs numero quadraginta.

Fecit verò vbi ſupra ante ingreſſum Præſepis, pharum in modum retis ex argento puriſſimo,
C *cum caniſtris quinque ex argento puriſſimo, penſan. ſimul libras triginta ſeptem, & ſemis.*

Baron. tom. 9. ad an. 816. adducit Valfrid. Strab. in lib. de rebus Eccleſ. & Anaſt. in vita Leonis iij. Vide Pontificale Rom. manuſcriptum in Bibliotheca Vaticana ſub nomine Damaſi.

Item fecit ſanctiſſimus Pontifex in Baſilica ſanctæ Dei Genitricis ad Præſepe Thetrauila alba oloſerica roſata ornata in circuitu de chryſoclauo, & intra Præſepe idem fecit veſtes albas roſatas numero quatuor, ornatas in circuitu de Tyrio.

Idem verò protectus à Deo Venerabilis, & præclarus Pontifex in Baſilica ſanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur ad Præſepe, ob nimium amo-
D *rem ipſius Dominæ noſtræ fecit pharum ex argento puriſſimo cum lucerna, & cerapto ſuo penſante ſimul libras quadraginta, & ſemis. Et conſtituit eius Beatitudo, vt in Dominicis diebus, vel in ſacris ſolemnitatibus iuxta lectorium conſiſteret, & ad legendum ſacras lectiones luminis ſplēdore fulgeret.*

In Baſilica ſanctæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, quæ eſt ad Præſepe fecit coronas argēteas cum delphinis duodecim penſantes libras centum, & duas, & vn-
E *cias quatuor. Et Phara Canthara argentea cum delphinis numero....... penſantia libras octuaginta, & ſemis.*

Item fecit in Baſilica Beatæ Dei Genitricis ad Præſepe Regnum ex auro puriſſimo ſpanocliſto diuerſis in circuitu de chryſoclauo ornatum lapidibus pretioſis penſan. libras quatuor, & vncias ſeptem.

Paſchalis Papa Primus S. Mariæ Maioris Eccleſiā reſtaurauit.

Paſchalis Papa Primus, poſteaquam talem Baſilicam reſtaurauerit, varijsque marmoribus decorauerit, plurima etiam dona aurea, & argentea eidem contulit, velut Anaſtaſius:

ſtaſius: *Propitiatorium verò ſacri Altaris, ſeu confeſsionem interius, exteriuſque cum iugulis ſuis ex auro puriſſimo mirificè decorauit penſan. libras centum ſeptuaginta quatuor, & vncias ſex. Similiter, & Altare ipſius Baſilicæ ex argenteis laminis cum hiſtorijs diuerſis pulcherrimè compſit, atque deaurauit, penſantibus libras trecentas octuaginta, & quinque. Benigniſſimus etiam, præclaruſque Præſul obtulit ibi gabathas ex auro puriſſimo cum diuerſis gemmis numero ſex penſantes libras viginti, & vncias ſex. Et hoc conſtituit, vt ſemper diebus, ac noctibus ante ſacroſanctum Altare lucernæ ardere debeant. Hic diuina inſpiratione fultus obtulit in iam dicta Baſilica arcus ex argento numero octo cum columnis ſexdecim penſantes inſimul libras ducentas decem, & octo, & vncias octo. Fecit etiam, & ante Veſtibulum Altaris rugas maiores ex argento penſantes libras ſeptuaginta octo. Obtulit etiam & Canthara vbi ſupra, ex argento numero ſex penſantia inſimul libras ſexaginta, & ſemis. Pari modo, & per arcus maiores ſæpe dictæ Eccleſiæ fecit calices maiores ex argento pendentes, numero quadraginta, & duos, qui omnes inſimul penſant libras ducentas octuaginta, & vnam. Venerabilis etenim Præſul ob amorem eiuſdem Virginis Dominæ noſtræ obtulit ibidem coronas ex argento numero quatuor, penſantes libras ſexaginta, & duas, & ſemis, & vncias tres. Item vbi ſupra caniſtra ex argento, numero duo, penſantia libras tresdecim. Fecit etiam ibidem Imaginem ex argento deauratam cum vultu Beatæ Dei Genitricis Mariæ, penſantem libras decem, & ſeptem, & vncias tres. Chriſti quoque omnipotentis Domini famulus obtulit in ſacroſancto Altari ſæpè dictæ Baſilicæ veſtes de chryſoclauo duas habentes hiſtoriam Dominicæ Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum periclyſi diuerſis ornatas gemmis, atque margaritis mirificè decoratas. Obtulit etiam ibi ipſe aliam veſtem de chryſoclauo, habentem hiſtoriam, qualiter Dominus noſter Ieſus Chriſtus à Ioanne in Iordane baptizatus eſt, cum periclyſi de chryſoclauo mirificè exornatam. Item vbi ſupra compſit veſtem de chryſoclauo habentem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti cum periclyſi de chryſoclauo, diuerſis ornatam margaritis. Beatiſſimus, & Venerabilis prænominatus Pontifex, diuino amore ductus, fecit ibidem in iam præfato Altari veſtem ſimiliter de chryſoclauo, habentem hiſtoriam, qualiter Beata Dei Genitrix Maria corpore eſt aſſumpta, cum periclyſi de chryſoclauo, ſeu diuerſis margaritis comptam, atque decoratam. Fecit enim benigniſſimus Præſul, ibi ipſe aliam veſtem de chryſoclauo, habentem hiſtoriam Dominicæ Aſcẽſionis Chriſti Domini noſtri ritè decoratam. Item vbi ſupra, ob amorem eiuſdem Virginis, conſtruxit aliam veſtem de chryſoclauo, habentem hiſtoriam, qualiter Spiritus Sanctus venit ſuper Apoſtolos, diuerſis ornatam margaritis, & decoratam. Immò ibidem aliam muniuit veſtem de chryſoclauo cum hiſtoria palmarum modeſtè comptam, atque decoratam. Nec non & vbi ſupra aliam compſit iam nominatus Pontifex veſtem de olouero cum periclyſi de fundato. Pariter quoque, & pro quotidianis diebus obtulit veſtes de fundato duas cum periclyſi de quadrapulo pulcherrimè exornatas. Hic diuina inſpiratione pulſatus fecit ipſe Sanctiſſimus Præſul per arcus maiores iam præfatæ Baſilicæ vela de fundato quatuordecim. Domini noſtri Ieſu Chriſti famulus, ob amorem eiuſdem Dominæ noſtræ per arcus Presbyterij iam dictæ Eccleſiæ fecit vela de chryſoclauo, habentia hiſtoriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque Natiuitatem, ſeu Aſſumptionem eiuſdem intemeratæ Virginis, numero viginti, & ſex. Pariter & per ipſos arcus obtulit vela de quadruplo diuerſis hiſtorijs circumſuta, numero vigintiquatuor. Chriſti namque omnipotentis famulus obtulit ſurſum in aſpectu abſidæ pannum Alexandrinum mirificè decoratum. Obtulit etiam in trabem maiorem ipſius Baſilicæ velum maius de fundato habens trabes de chryſoclauo ſeptem, & periclyſim de blattin byzantea. Fecit etiam ad ornatum ipſius Baſilicæ in ipſam trabem vela de quadrapulo, numero ſex, & de imizilo vela numero quatuor. Ipſe quoque Pontifex fecit iuxta veſtibulum Altaris in abſidam vela de quadrapulo numero duodecim, ibidem de blattin vela numero ſex. Venerabilis quoque Præſul fecit in ingreſſu iã dictæ Baſilicæ cortinam maiorem Alexandrinam cum diuerſis hiſtorijs comptè decoratam. Simili modo, & pro quotidianis diebus, aliam ibidem obtulit cortinam Alexandrinam mirificè exornatam. Benigniſſimus, & præclarus Pontifex obtulit prænominatæ Baſilicæ vela albà holoſerica in trabem maiorem cum periclyſi de fundato, numero ſex. Vela alia quatuor de blattin byzantea alba, ibidem conſtituit mirificè. Item in abſida ipſius Baſilicæ poſuit vela alba cum periclyſi de fundato, numero ſex.*

Et quia idem ter Beatiſſimus Paſtor tantam curam, tantamque vigilantiam erga ſtatus Sanctarum Dei Eccleſiarum frequenter impendebat: etiam Altare Præſepij iam dictæ Baſilicæ, ſeu Venerabilem confeſſionem vltro, citroque ex auro puriſſimo cum diuerſis hiſtorijs mirificè compſit, atque decorauit penſantibus libras centum trigintaquatuor, & vncias quatuor: ſimiliter ex argento deaurato cum varijs hiſtorijs ibidem

ibidem vncias decem penſantibus libras ducentas A *quinquaginta quatuor, & vncias quatuor.*

Item ibidem obtulit præfatus Pontifex gabathas ex auro puriſſimo cum gemmis diuerſis numero tres, penſantes libras octo, & vncias decem. Porrò & vela de abythino cum periclyſi de blattin byzantea ibidem poſuit.

De his omnibus, vide Baron. tomo 9. ad annos 824. qui etiam adducit Anaſt. in vita dicti Paſchalis dicentem cæpiſſe Pontificatum anno 817. quinto Kal. Februarij, & vixiſſe ann. 7. mẽſ. 3. dies 16 moritur pridie idus Maij 824. imperante Ludouico anno xi. & Michaele Balbo anno 4.

Benigniſſimus etenim Præſul fecit in Baſilica Beatæ Dei Genitricis Virginis ſemper Mariæ Dominæ noſtræ ad Præſepe gabathas ex auro diuerſis gemmis ornatas numero duas, penſantes libras ſex. Item ibi ipſe obtulit gabatham Apoſtolicam ex B *auro puriſſimo, penſantem libras quinque.*

Item vbi ſupra fecit phara canthara ex argento numero octo penſantia inſimul libras octuaginta duas. Ob amorem quoque eiuſdem Dominæ noſtræ obtulit in iam dicta Baſilica columnas 4. & arcum vnum, penſantes inſimul libras ſexaginta. Sæpè nominatus etenim Pontifex fecit in Venerabili Altari ipſius Eccleſiæ veſtem albam habentem in medio Crucem de chryſoclauo diuerſis gemmis circumfuſam, & pulchritudine exornatam. aliam quoque ibidem adnectens veſtem C *de blattin byzantea ſimili modo, cum Cruce de chryſoclauo diuerſis lapidibus honeſtiſſimè decoratam. Fecit etiam ad ornatum præfatæ Eccleſiæ vela de chryſoclauo per arcus Presbyterij habentia hiſtoriam Dominicæ Paſſionis, atque Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Nec non & in trabem maiorem ſæpius dictæ Eccleſiæ obtulit vela alia cum periclyſi de quadrapulo numero ſex. Item in trabes ipſius Baſilicæ fecit vela de fundato, numero ſeptem. Obtulit etiam vela holoſerica in circuitu Altaris iam di- D *ctæ Eccleſiæ habentia periclyſin de quadruplo, numero quatuor.*

De vita huius Pont. vide Anaſtaſ. Plat. Ciac. Baron to. 9. ad ann. 827. vſque ad 843. qui adducit Anaſt. in vita d. Gregor. IV. qui ad Põt. aſſumptus fuit. anno 827. 24. Septembr imperante Ludouico filio Caroli Magni, & Michaele Balbo, in Pontifie. vixit....

Gregorius, etiam Quartus Pontifex Max. qui circa annum Domini 828. Sedis Apoſtolicæ clauum tenebat, ſuorum prædeceſſorum veſtigijs inhærens, quamplurima dona auri, & argenti tali Baſilicæ contulit, velut ex Anaſtaſio: *Simili modo etiam in Eccleſia Beatæ Dei Genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ Dominæ noſtræ ad Præſepe fecit veſtem auro textilem habentem Natiuitatem, baptiſmum, præſen-* E *tationem, & reſurrectionem: habentem in capite ipſius hiſtoriæ gemmas albas trecentas, & octoginta, hyacinthinas quinquaginta, praſinas viginti duas, & in circuitu Aluauiras legente de nomine Domini Gregorij Quarti Papæ, & alia.*

Anaſt. in vita Sergij ij.

Anno 844. Sergius Secundus Pontifex etiam ipſe erga hanc Baſilicam reuerentiam oſtendit, velut ex Anaſtaſio, & Vaticana Bibliotheca cognoſcitur: *Ipſe verò à Deo protectus, & præclarus Pontifex pro remedio, & futura animæ ſuæ retributione, Cameram Præſepij Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod Baſilicæ Beatæ Dei Genitricis Dominæ noſtræ cõnectitur, quæ maior ab omnibus nuncupatur, argenteis tabulis, ac deauratis, habentibus hiſtoriam Beatæ Dei Genitricis Mariæ, magnificè, atque præcipuè perornauit.*

Anaſt. in vita Nicolai I. Baron. tom. 10.

Nicolaus Papa Primus fuit pariter huic Baſilicæ maximè addictus, quod per Bibliothecarium apparet, dum quædam ornamenta recenſet à tali Pontifice præſtita: *Et in Ciborio Conſtantinianæ Baſilicæ optimos de ſiſori, & de fundato quatuor pannos appendit, deinde Regni Cælorum Clauigero paris in ciborio numeri pannos optimos obtulit. In Eccleſia ſancta Dei Genitricis ad Præſepe pari modo æternæ pro retributionis præmijs egit.*

Guliel. Bibl. in vita Steph. VI. Baron. tom. 10.

Anno Domini 885. ſedente Stephano Papa Sexto, æqualis pietas effulſit, vt per Gulielmum Bibliothecarium, qui eodem tempore vixit: *Idem autem ſacratiſſimus Præſul pro ſui ſempiterna memoria cum conſpiceret nocturnis vigilijs in Eccleſia maiori, quæ vocatur ſanctæ, & ſuperexaltatæ Dei Genitricis Mariæ ad Præſepe lampades conſuetudinarias deeſſe, gabathas argenteas, cum lampadibus obtulit, & continuatim vigilijs ardere præcepit. Nec non idem mitiſſimus Pontifex fecit nauem pro dicta Baſilica, vela quatuor in circuitu Altaris maioris, quorum duo ſunt de ſerico pigacio, tertium pauonatile, quartum de Alexandrino, ornatum totum in circuitu de olouero.*

Sanctus Carolus Borromæus vti maximè erga hanc Virginem reuerentiam ſeruabat, ſic præclarè muneribus oſtendit: nos tantum quædam indicabimus: *S. Carolus Cardinalis Borromæus donauit candelabra argentea duo cum ſuis inſignibus lib. 25. Itẽ duo paramenta integra; unũ cum planeta, pluuiali, dalmatica, & tunicella è Damaſco albo aureis floribus diſtinctum; alterum è Damaſco rubeo cũ planeta, dalmatica, tunicella, & cobella, quæ Altari Chori impendet, quæ omnia ex ſuilecti canopruo facienda curauit.*

Iulius Secundus huic Baſilicæ integrum apparatum auro intertextum pro ſacris faciendis largitus eſt: *Iulius Papa Secundus donauit integrum paramentum è broccato ad Miſſam ſolemnem cum Diacono, & Subdiacono decantandam.*

Iulius quoque Tertius auream roſam dedit ſolemni pompa, poſtquam prius ſolemni pompa benedixit: *Iulius Papa Tertius donauit Beatiſſimæ Virgini roſam auream, in quarta Dominica Quadrageſimæ ſolemniter benedictam.*

Pius Quintus plures apparatus faciendos cura-

curauit, ſed præſertim auro intertextos, velut ex Archiuio: *Pius Papa Quintus donauit paramentum integrum è broccato albo, & rubeo, cum pallio Altaris, planeta, dalmatica, tunicella, pluuiali.*

Gregorius Decimuſtertius Pontifex apparatum ad ſacra facienda præſtitit album, auro compactum, nec non calicem argentum: *Gregorius Papa Decimus tertius donauit paratum Altaris è broccato albo, & calicem argenteum deauratum cum patena lib. unius, & unc. 4.*

Gregorius Decimuſquartus Pallium ſericum album dedit, & argenteum calicem vna cum patena: *Gregorius Papa Decimuſquartus donauit pallium Altaris album, ſericum, aureis floſculis ornatum, & planetam ſimilem, Calicem argenteum cum patena libr. 1. & unc. 4.*

Magnus Hetruriæ Dux, ipſe quoque munificentiam in hanc Baſilicam prætulit, dum Pallium inſigniter ornatum donauit: *Magnus Dux Hetruriæ donauit pallium Altaris è broccato.*

Alexander Farneſius Cardinalis apparatum Altaris largitus eſt: *Alexander Cardin. Farneſius donauit Pallium Altaris è broccato.*

Cardinalis Sfortia, qui Eccleſiæ huius Archipresbyter extitit Candelabra argentea donum dedit: *Cardinalis Sfortia de S. Flora nuncupatus, donauit duo candelabra argentea, lib. 5. cum dimidia.*

Petrus Aldobrandinus Cardinalis, anno 1596. Pallium perpulchrè ornatum tradidit: *Petrus Cardinalis Aldobrandinus, de anno 1596. donauit pallium Altaris è tela argentea uiolacea aureis ſericis folijs conſperſa.*

Franciſcus Cardinalis Toletus è Societate Ieſu, primus qui ad hanc dignitatem eſt euectus, præter vniuerſalem inſtitutionem peculiaria ſui ſacelli bona reliquit: *Franciſcus Cardinalis Toletus, omnia ſuæ Cappellæ bona donauit Eccleſiæ, inter quæ erant multa pretioſa, & præcipuè Calix è ſolido auro cum patena librarũ trium. Calices argentei duo, cum patenis deauratis librarum decem. Candelabra argentea duo: donauit præterea lampades argenteas duodecim eiuſdem operis, & magnitudinis librarum 128. quæ cum eſſent ab incerto ad Eccleſiam illam allatæ, idem Cardinalis declarauit deinde ſe eas occultè ſubmiſiſſe: numerantur etiam in eis donis, pallia Altaris pretioſa ſex, & patenæ tres, & hic etiam eſt inſignis Eccleſiæ benefactor.*

Garzias de Aro Epiſcopus Calicenſis lampadem argenteam tradidit hac conditione, vt aſſiduè ante Præſepium arderet: *Garzias de Aro Epiſcop. de Calice Hiſpanus donauit Ec-* A *cleſiæ lampadem argenteam fabrefactam, quæ ante Præſepe arderet, libr. 35.*

Andreas Fernandus de Corduba Epiſcopus argenteam lampadem dedit: *Andreas Fernandes de Corduba, Epiſc. Badacotius, donauit lampadem argenteam, quæ ante imaginem Beatæ Virginis arderet, lib.....*

Marcellus Sanctacrux anno 1587. 1589. 1590. & 1592. tria pallia altaris tradidit, atque vnam planetam: *Marcellus S. Crucius dedit de anno 1589. 1590. 1592. tria pallia* B *Altaris pretioſa, & planetam unam.*

Franciſcus Scappuccius Voti compos tria pallia dedit ad magnificentiam exornata: *Franciſcus Scappuccius dedit pallia Altaris pretioſa tria, auro, margaritis, gemmiſque diſtincta, ob gratiam B. Virginis interceſſione receptam, ut ex uoto delato apparet.*

Oliuares Comitiſſa ijs temporibus pro Hiſpaniarum Rege legata Altaris pallium, & planetam donauit: *Comitiſſa de Oliuares legata, donauit de anno 1585. pallium, & pla-* C *netam pretioſam.*

Cornelia Vrſina Duciſſa duo Pallia pulcherrimè ornata dedit: *Cornelia Vrſina Duciſſa Caietana, de anno 1585. & 1608. donauit B. Virgini duo pallia pretioſa Altaris.*

Iulia Vrſina Duciſſa, bina Altaris Pallia tradidit: *Iulia Vrſina Duciſſa Cæſarina dedit B. Virgini duo pallia Altaris pretioſa.*

Conſtantia Sfortia Boncompagna Duciſſa anno Domini 1596. Altaris pallium vna cum platena dedit egregiè exornata: D *Conſtãtia Sfortia Duciſſa Soræ donauit pallium Altaris pretioſum, totum folijs, ac ſertco..... deſcriptum, & planetam pariter pretioſam, de Anno 1596.*

Olimpia Vrſina Duciſſa Altaris pallium mirè fabricatum donauit: *Olimpia Vrſina Cæſia Aquæſpartæ, donauit pallium Altaris pretioſum Beatiſſimæ Virgini, miro artificio elaboratum.*

Pulcheria Vrſina Altaris pallium tradidit: *Pulcheria Vrſina Cæſia donauit huic Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris Altaris pallium* E *pretioſum.*

Beatrix Caietana duo pallia illuſtria dedit, & dum vixit veſtes linteas ad Baſilicam ſpectantes dealbari curauit: *Beatrix Caietana Cæſia, fecit duo pallia pretioſa Altaris huius Beatiſſimæ Virginis, & veſtes lineas Sacerdotales, dum vixit, ob deuotionem Beatiſſ. Virginis domi ſuæ dealbari, & curari uolebat.*

Fuluia Sfortia duo lintea pro glorioſæ Virginis Altare tradidit, quæ ſolemnibus diebus adhibentur: *Fuluia Sfortia donauit lintea duo, auro, argento, ac ſericis diuerſorum colo-*

rum folijs, ac floribus elaborata, quæ lateribus Altaris Beatæ Virginis diebus ſolemnibus apponerentur.

Philippus Boncompagnus Cardinalis, & Gregorij Decimitertij nepos ſex aurea candelabra tradidit, Chriſtum cruci affixum, tres argenteos calices vnà cum Patenis, &c. velut ex Archiuio: *Philippus Boncompagnus Cardinalis ſancti Sixti donauit 1586. Candelabra argentea ſex. Item Crucem argenteam cum Chriſto. Item Calices argenteos deauratos cum patenis. Item thuribulum, & nauicellam argenteam, omnia ſunt librarum 88. Item candelabra quatuor cum cruce, & orichalco. Item pallia Altaris precioſa, numero octo. Pluuialia pretioſa tria. Planetas pretioſas quinque: multaque alia bona ſua mobilia legauit.*

Siluius Cardinalis Antonianus teſtamento reliquit Bacile, & Vrcellum argenteum, &c. *Siluius Cardinalis Antonianus ſuo legato teſtamentario reliquit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe bacile, & vrcellū argenteum librarum quatuor cum planeta violacea auro, argentoque contexta.*

Clemens Octaus Pontifex plura varijs temporibus beneficia in hanc Baſilicam contulit velut anno 1594. in ſancti Lucæ feſto Planetam tradidit, & anno 1595. pariter aliam planetam omnibus cum veſtibus ad ſacerdotem ſpectantibus, quibus ad Beatæ Virginis Altare celebrauit; dedit etiam Dalmaticam, &c. anno 1596. die Natiuitatis Virginis ſericam Planetam albam dedit auro vndique ſplendidam, quam dum celebraret induit, & apparatum argenteo, atque auro ornatum, & in Vigilia Natiuitatis Domini aliam planetam auro magnificè amplificatam, vnà cum pluuiali. Anno Iubilæi 1600. cernens populi frequentiam quatuor Altaris apparatus ex auro, & argento ditatos donum dedit, velut his verbis deprehenditur: *Clemens Papa Octauus, in die Sancti Lucæ dedit planetam ſerico rubeo, floribus àureis, argentoq; detextam, anno Domini 1594. Item dedit etiam aliam planetam de damaſco albo aureis floribus, argenteiſque ornatam. Item pluuiale altum ſericū aureis ornamentis decoratum, de anno 1596. Item anno 1595. donauit planetam cum omnibus alijs indumentis Sacerdotalibus, quibus ipſemet Sanctiſſimus Pontifex ad Altare Beatiſſimæ Virginis celebrauerat; dedit etiam dalmaticam, & tunicellam eiuſdem operis. Et anno 1596. in die Natiuitatis Beatæ Virginis donauit iſte Sanctiſſimus Pontifex planetam etiam aliam ſerico, argentoque contextam, & auro ornatam, qua indutus celebrauerat. Et in Vigilia Natiuitatis Domini eodem anno dedit aliam planetam argentea tela, varijs floribus, auro, ſericoque contextam. De anno etiam 1596. donauit paramenta Altaris de tela argentea, aureis, ſericiſque floribus ornata. De anno poſtea ſanctiſſimi Iubilæi 1600. Ipſe Sanctiſſimus ſummus Pontifex donauit huic Baſilicæ Sanctæ Mariæ Maioris Altarium paramenta quatuor argento, & auro elaborata, quibus præcipuè Eccleſiæ Altaria ornarentur, vt Eccleſia concurrentibus populis ornatior appareret.*

Dominicus Cardin. Pinellus anno 1611. Planetam ditiſſimè ornatam tradidit: *Dominicus Cardinalis Pinellus, de anno 1611. graui infirmitate preſſus donauit planetam ex lamina argentea, auro, argentoque exornatam.*

In Baſilicæ manuſcriptis apparet plurima vaſa argentea, & Eccieſiaſticos apparatus poſſediſſe, ſed Clementis Septimi Pontificatu dum Roma vaſtaretur, fuit omnibus ſpoliata: *Hæc enim Baſilica cum alijs multis, vaſis argenteis gauderet, ex quo milite Cæſareo Vrbs direpta fuit, penitus fuit orbata, nec quicquam erat argenteum, niſi thuribulum cum nauicula, ac duo candelabra argētea à Guido Aſcanio Cardinali Camerario dono data.*

Argenteum ciborium, inquo ſancti Matthiæ Apoſtoli caput aſſeruatur Manilius Canonicus fecit: *Caput Sancti Matthiæ Apoſtoli in tabernaculo argenteo à Canonico Manilio fuit ornatum.*

Sanctæ Lucæ Euangeliſtæ brachium, velut hodie cernitur, Canonicus Valtrinus exornauit: *Brachium Sancti Lucæ Euangeliſtæ à Canonico Valtrino ornatum fuit.*

Nos tantum indicabimus hanc ſancti Lucæ reliquiam vna cum brachio ſancti Andreæ Apoſtoli à ſancto Gregorio magno Romam è Coſtantinopoli delatam eſſe, quod ab antiquis monumētis Bibliothecæ Vaticacæ hoc pacto percepimus: *Temporibus Tyberij piiſſimi ſiquidem Imperatoris Beatus Gregorius Diaconatus officiū gerens à Sancto, & Venerabili Papa Pelagio in Conſtantinopolitanam Vrbem legationem ſuſcepit, quem cum magno honore, & reuerentia ſuſcepit, & velut Eccleſiæ Romanæ legatum pura deuotione tractauit. Venerabilis inquam Leuita Gregorius in eadem Regia Vrbe conſtitutus nouam hæreſim de ſtatu noſtræ reſurrectionis per Eutychium eiuſdem Ciuitatis Epiſcopum natam ratione veritatis, & exemplo Dominicæ reſurrectionis attriuit, & alia multa quæ ad decorem Romanæ Eccleſiæ pertinebant, in melius reformauit. Quibus omnibus ritè perfectis organo dulci, & ore mellifluo, qua de cauſa iuerit Imperatori expoſuit. Et cum reuerten-*

Vide Baron. [illegible] ad an. 581. & 586. [illegible]

uertendi licentiam vellet impetrare à Tiberio Cæſare humiliter petijt, vt pro reuerentia beati Petri Apoſtolorum Principis brachium venerabilis Andreæ Apoſtoli ſecum Romam deferendum ei concedere dignaretur. Et quamuis Cæſari grauiſſimum videretur, piæ tamen petitioni conceſſit, & brachium Apoſtoli beato Gregorio exhiberi præcepit. Surgens ergo Patriarcha cum Epiſcopis, & alijs religioſis perſonis perrexit ad locum, vbi corpus Apoſtoli iacebat, & cum omni veneratione accepit brachium beati Andreæ ſine diminutione, iuxta imperiale mandatum, & beato Gregorio tradidit. Quanta verò auctoritate myſterium apocriſiatus impleuerit, quantæ reuerentiæ apud Auguſtes extiterit, in epiſtolis ſui anteceſſoris Papæ Pelagij apertè inuenitur. Tanto, & tam ſacratiſſimo munere ditatus, charitatis ardore coactus, cæpit anxiè cogitare ſi de reliquijs beatiſſimi Lucæ, vel particulam poſſet inuenire: verebatur enim ſuum deſiderium Cæſari aperire. Monitus ergo ab Angelo, charitate feruenti iterum acceſſit ad Tyberium Imperatorem, & quod eum in hoc etiam exaudire dignaretur, cum magna humilitate ſupplicauit, videlicet vt de reliquijs Euangeliſtæ Lucæ, brachio beati Andreæ ſua benignitate ſociaret. Imperator autem cum hoc audiſſet cæpit triſtari, & eſſe mæſtiſſimus, cum id, quod Domini Leuita petebat abſque grauiſſima difficultate fieri non poſſet. Erat enim ſarcofagus, in quo Euangeliſta iacebat marmoris duriſſimi ad inſtar adamantis ferro, & plumbo arctiſſimè colligatus. Verebatur etiam Imperator, nè tumultus inde fieret in Ciuitate, ſi corpus tanti, & tam pretioſiſſimi Apoſtoli, & Euangeliſtæ aliquo ingenio moueretur. Quomodo ergò ſanctiſſimo Gregorio ſatisfaceret, inuenire non poterat. & ait beato Gregorio, Dominum Ieſum Chriſtum more ſolito deprecare, quatenus viam perficiendi opus deſideratum miſericordiæ dono tibi aperiat. Caue tamen, vt quod feceris cautè, & ſine vulgi rumore patretur. Hoc itaque audito Leuita beatus ſibi, & ſuis ieiunium ſeptem dierum indixit. Quo cum multo fletu peracto, & lacrymis acceſſit octauo die ad locum, in quo Euangeliſta quieſcebat, & flectens genua ſua orauit, vt auctor mirabilium Deus eum ſuo deſiderio non fraudaret. Deprecabatur etiam beatum Lucam, vt ſi eius deuotio eſſet honeſta daret ei poſſe perficiendi quod volebat, aliàs autem fruſtaretur quod deſiderabat. Et dum ante ſepulchrum incumberet Leuita beatus, plumbi duritia verſa eſt in liquentis ceræ mollitiem, & ferrum, quo ſepulchri marmora ligabantur con-

A *tritum ante beatum Gregorium cecidit: ſarcophagus verò abſque humano ſuffragio diuinitus apertus eſt. Beatus itaque Gregorius ab oratione ſurgens vidit ſepulchrum reſeratum, & ecce glorioſus Euangeliſta proprium erexit brachium, & Beato Gregorio tribuit. Quod cum magna reuerentia recepit Leuita Beatus, & diligenter vna cum brachio Beati Andreæ in argentea capſula cum aromatibus collocauit. Tempore igitur opportuno aſcendit in nauem, & confeſtim ſurgente vento ſecundo Romam cum ſuauitate perue-*
B *nit, pignoribus Sanctorum in Oſtia Ciuitate relictis. Quo audito Pelagius Papa venerandus, gaudio repletus, illicò ſurrexit, & conuocatis Epiſcopis, & Cardinalibus, Diaconis, & Subdiaconis, omnibuſque Curiæ ordinibus vnà cum Beato Gregorio, quem honorificè iam ſuſceperat, Ciuitatem Oſtiam gradu concito adiuit, & inclinato capite accipiens brachia Sanctorum Lucæ, atque Audreæ cum pſalmis, & hymnis, omnique veneratione Romam deuenit, quæ intra palatium ſuum in Eccleſia S. Laurentij ſcholæ Ba-*
C *ſilicæ cum Miſſarum ſolemnitate depoſuit, in quo loco quieuerunt vſque ad tempora Pontificatus B. Gregorij. Hic etenim Papa beatus ſui præſulatus anno ſecundo, in feſtiuitate S. Andreæ accepit manum præfati Apoſtoli, & tradidit eam Venerabili Abbati S. Andreæ, Fratribuſque eius, quæ veneranda Eccleſia constructa eſt, & ædificata ab eodem ſanctiſſimo Papa Gregorio iuxta Eccleſiam Sanctorum Martyrum Ioannis, & Pauli, proprio ſuo videlicet loco, vbi dicitur Cliuus Scauri. In quo Venerabili Monaſterio*
D *meritis Sanctiſſimi Apoſtoli dæmonia ex obſeſſis corporibus repelluntur, & innumerabiles aliæ virtutes à Domino quotidie operantur. Brachium verò Euangeliſtæ Lucæ, atque brachium S. Andreæ Apoſtoli abſque manu, quam honorificè recondera in ſuo præfato Monaſterio, & abſque quadam parte brachij in baſterna deaurata, & cicladibus cooperta poni præcepit, & deportari ad Eccleſiam Beati Andreæ iuxta Baſilicam Principis Apoſtolorum in Vaticano, non longè à ſepultura Iulij Cæſaris, ibiq; vigilijs tota nocte celebra-*
E *tis, poſuit ea in Altari, quod idem Pontifex conſecrauit: partem verò brachij glorioſi Andreæ Apoſtoli, de qua ſuperius mentionem fecimus, dedit religioſo Abbati S. Sabæ, quæ Eccleſia poſita eſt prope portam B. Pauli Apoſtoli, vbi quotidie fiũt mirabilia, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

FINIS LIBRI SEPTIMI.

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER OCTAVVS.

AVCTORE ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE CRVCIBVS, ALIISQVE REBVS SACRIS, ex auro, & argento, quæ olim in hac Baſil. aderant.

CAPVT PRIMVM.

DIXIMVS adhuc de donationibus immobiliũ, atque mobilium à ſummis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, aliiſque Principibus, ac inſignibus viris, nec nõ pijs hominibus huic Baſilicæ maxima cum liberalitate factis: ſequitur modo tractandum de ſacris mobilibus, quæ in Inuentarijs repetimus apud Baſilicæ Archiuium reſeruatis, eiſdem planè verbis appoſitis. Primũ autem B de antiquis, tum de ijs trademus, quæ noſtris temporibus ad diuinum cultum adhibentur. Et primò.

Crux vna magna de ligno cooperta argento, quæ portatur per litanias, in medio ipſius ab vno A *latere eſt imago Virg. Mariæ, ab alio latere eſt Crucifixus, & cum nonnullis reliquijs in pede, & quibuſdã imaginibus in capite, pede, & lateribus.*

Crux vna de diaſpro rubeo duplex, ideſt, quæ habet quatuor brachia ornata argento deaurato cum aliquibus ſanctis reliquijs, & cum pede ligneo, ornato argento cum tribus armis.

Crux vna de cryſtallo cum pomis, & de cryſtallo ornata argento, cuius in medio ab vno latere eſt Crucifixus, ab alio latere eſt imago Saluatoris, cum pede ligneo ornato modico argento: B *cuius in medio ab vno latere eſt Crucifixus, ab alio latere eſt imago Saluatoris cum pede ligneo, ornato modico argento, & aliquibus lapidibus.*

Vna Crux argentea cum Crucifixo eleuato ad vſum mortuorum, & cum canuno argenteo unciarum viginti duarum cum dimidia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vna Crux de argento inaurato cum Crucifixo in medio, & cum quatuor Euangeliſtis de ſmiraldo ab vno latere, ab alio latere ſunt Imagines B. Mariæ Virginis, ſancti Ioannis Euangeliſtæ, & ſancti Angeli.

Crux vna parua cum pede eleuato, & pomo quæ poteſt aperiri, & eſt vacua, ab vna parte habet Crucifixum eleuatum cum quatuor Euangeliſtis non eleuatis: ab alia parte Imaginem Beatæ Virginis non eleuatam. eſt ponderis vnciarum octo.

Vna Crux ex argento deaurato, cum Crucifixo eleuato in medio, & in extremitatibus cũ quatuor Euangeliſtis de ſmalto ab vno latere, ab alio latere in medio eſt B. Virgo cum filio in dextro brachio, & cum figura Angeli in ſummitate, ad pedes eſt figura S. Auguſtini, à lateribus ſunt mediæ imagines duorum ſanctorum, in calce eſt arma Reuerendiſs. D. Rothomag. omnia ex ſmalto pulcherrimè facto, ponderis librarum trium, vnciarum ſex cum dimidia.

Vnus canulus duorũ palmorũ, habens in ſummitate vnũ groſſum pomum, cum ſex roſis deauratis, & ſmaltatis, & deſuper aliud paruum pomum rotundũ, ſed ad longitudinẽ tendens, in quo innittitur dicta Crux cum vite, omnia ex argẽto, cum arma Reuerendiſs. Rothomagen. ponderis librarum duarum, vnc. 2. cum dimidia.

Vna...... eſt argentea cum quinque nodis, ſeu annulis auratis, longitudine 11. palm. quæ infigitur in dicto annulo pro portanda cruce.

Calix vnus argenteus deauratus, cum patena ſua, & cum certis ſmaltis in pomo, & cũ armis Martini Papæ Quinti, ponderis vnciarum 33. cum dimidia.

Vnus Calix argenteus deauratus cum ſmaltis in pede, et in pomo, & cũ ſigno S. Antonij T & cũ patena ſua, cuius in medio eſt figura S. Antonij Abbatis, pond. vnc. 37. minus quarta vna.

Calix vnus argenteus deauratus cum certis ſmaltis in pomo, & cum litteris in pede, quæ dicũt Nicolaus Presb. & cum patena ſua, pond. vnciarum decem, & ſeptem.

Vnus calix argenteus deauratus cũ ſmaltis in pomo, & cum tribus armis D. Pauli de Planca in pede, & cum patena ſua, ponderis vnciarum decem, & octo, minus quarta vna.

Calix vnus argenteus deauratus, cum pomo ſmaltato, in tribus ſmaltis eſt imago B. Virg. in duobus eſt imago S. Petri, & in vno imago ſancti Pauli, cum patena ſua, ponderis vnciarum quindecim cum dimidia.

Vnus calix argenteus deauratus cum ſmaltis in pomo, & cum columnis ſubter, & deſuper, cum patena ſua, ponderis vnc. 9. cum dimidia.

Calix vnus argenteus deauratus cũ pomo rotundo, & cũ roſis in pomo, et cũ patena ſua, imago Populi Rom. ſubtus in pede, & in patena, ponderis vnciarum treſdecim, minus quarta vna.

Vnus calix argenteus deauratus, cum pomo laborato ad modum unius mali, & cum patena, cuius in medio eſt deſignata vna manſ. ponderis vnciarum decem, & quartæ vnius.

Calix vnus argenteus deauratus, cũ pomo rotundo, & cum armis D. Zachæi in pede, & cum patena ſua, ponderis vnciarum octo cum dimidia. Nunc eſt in Eccleſia S. Viuianæ, fuit ex ea de furto ſublatus.

Vnus Calix argenteus deauratus cum ſmaltis in pomo, & cum certis litteris in pede, quæ dicunt pro anima Antonij, & A. cum patena ſua ponderis vnciarum decem, & quar. vnius.

Calix vnus argenteus deauratus cum pomo rotundo, & cum pede æreo deaurato, & cum armis Iacobæ Vxoris quondam Butij Saſæ, in pede, & cum Imagine Virginis Mariæ, & cum patena ſua, ponderis vnciarum ſexdecim minus quarta vna.

Vnus Calix argenteus deauratus, cum certis ſmaltis in pomo, & cum armis de familia de Particappis in pede pomo, & cum pede, & patena æreis deauratis, ponderis vnciarum ſexdecim.

Vnus Calix argenteus, cum pomo ſmaltato cũ Imagine Saluatoris, & aliorum ſanctorum, & ſanctarum, & cum patena ſua, ponderis vnciarum duodecim.

Vnus Calix argenteus deauratus cum pomo ſmaltato, cum arm. Reuerendiſſimi D. Cardinalis S. Marcelli in pede, cum patena ſua, cuius in medio eſt Crucifixus cum ſtellis azzurris, pond. vnc. viginti cum dimidia.

Calix vnus de argento deaurato, cum pede laborato ad flores, cum pomo ſmaltato, cum Imaginibus pietatis Beatæ Virginis, & quatuor Euangeliſtarum, cum patena ſua, relictus per Dominum Iuſtum. in pede eſt arma de ſmalto Papæ Sixti, & Regis de Boſona, pond. vnciarum viginti quatuor.

Calix argenteus deauratus, cum patena & pede argenteis, ſignatus ſigno Populi Romani, cum pomo ſmaltato, & figura Pietatis, & aliorum Sanctorum, ponderis vnciarum decem & octo.

Calix argenteus deauratus, cum pomo cum ſex ſmaltis, cum figuris ſanctorum, & intus ſub pede ſunt tres montes cum Columbella, cum patena ſua, ponderis vnciarum vndecim, cum dimidia.

Calix argenteus deauratus cum patena ſua ſignatus ſigno Romano, cum pomo ſmaltato, cum figuris ſanctorum, & ſub pede ſignum argentei in tribus locis, ponderis vnciarum vndecim.

Calix argenteus deauratus cum patena ſua, cum pomo rotundo, in ſmaltis adfictas, & cum ſigno litterarum S. P. in patena, ponderis vnciarum treſdecim.

Calix argenteus deauratus, cum patena ſua, & pomo in medio perforato, cum armis de familia de Saluectis ponderis vnciarum duodecim cum dimidia.

Calix vnus paruus cum pomo ad fictas, qui habet in pede litteras de ſmaltis, quæ dicunt Presbyter Angelus Simonis, ponderis vnciarum vndecim.

Calix vnus argenteus paruus, cum patena ſua, & cum roſis in pede, & cum armis Domini Stephanelli Canonici huius Baſilicæ in pede, ponderis vnciarum 12.

Unus calix argenteus deauratus, qui in pomo habet roſas de ſmalto, & vnā mitram ad ſcaccos, cum patena ſua ponderis vnciarum 13.

Calix vnus argenteus deauratus, qui in pede habet arma Epiſcopi Carpentoracten. cum patena ſua, ponderis vnciarum 13.

Vnus calix argenti deaurati, cum roſis in pomo, & in pede habet arma Reuerendiſs. Dom. Card. Venetiarum, cum patena ſua, ponderis vnciarum 13. cum dimidia.

Calix vnus de argento aurato cum armis videlicet, duobus pomis, & duobus ramis cum patena ſua, quæ donauit Dominus, Altas Laurentius Prior Alcaincij.

Calix vnus argenti, cum pede æreo, cum capitibus ſmaltatis, in pomo, & in pede cum armis, videlicet cum manibus tenentibus baculum cum pallis, cum patena de argento aurato.

Una patena argentea deaurata, &c.

Memoriam facio ego Bellus de Caranzonibus Prior Canonicorum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris, qualiter Dominus Franciſcus de Matuzis præſentauit Dominis de Capitulo xxviij. Martij vnum calicem valoris xij. duc. aur. quos receperat per eleemoſynam.

Vna roſa aurea cū vno zaphiro in capite, cum pede argenteo deaurato, quam donauit Eccleſiæ Magn. D. Carolus de Malateſtis, ſub anno Domini 1428. Pontificatus ſanctiſs. in Chriſto Patris, & Dom. noſtri Domini Martini Papæ V. quæ roſa eſt ponderis vnc. xi. minus quarta 1. pes verò eſt ponderis vnc. 16. minus quarta 1.

Duæ ampullæ argenteæ modicum deauratæ in capite, in medio, & in pede ponderis vnc. 15.

Unum pomū argenteum, quod ponitur in aſta, vbi eſt ſuuculum, ſeu vmbraculum pond. vnc. 15. minus quarta 1. nunc ponderat libras duas, & vnc. 11. quia Reuerendiſs. D. Rothomagen. fecit illud refici de ſuo deauratum,

Unum vaſculum, ſeu caldarotium argenteū
A *pro aqua benedicta, deauratum, cum armis Domini Martini Papæ Quinti, in Cap. & cum armis D. Xantes Epiſcopi Tiburtini, in pede, & cum ſmarago, ſeu aſperſorio argenteo, ponderis vnciarum 38. cum ſpargulo argenteo, nunc eſt librarum trium, & vnc. 5.*

Duo magna candelabra ærea deaurata, quæ portantur ad funeralia, cum ſmaltis argenteis in pomis, & cum certis Imaginibus, & armis.

Duæ ampullæ argenteæ antiquæ deauratæ, in capite, in medio, & in pede cum ſmalto, in cooper
B *torio cum duabus imaginibus Virginum, ponderis vnciarum 10.*

Duo candelabra argentea, cum D. Armandi Douerch. Protonot. Papæ, cum pomo in medio, ponderis libr. 6. vnc. 10. cum ferris.

Duo candelabra mediocria argentea, cum pomis rotundis in medio, cum pedibus æreis, ponderis libr. 5. & vnc. 11.

Diadema, ſeu camaldum Pontificale tribus coronis argenti deaurati ornatum, cum quo fuit coronatus Caliſtus Papa Tertius, qui illud Ec-
C *cleſiæ donauit.*

Mitria relicta per Reuerendiſſ. D. Card. ſancti Marcelli, cum capſa ſua, quæ èſt ornata pernis, & lapidibus, & eſt anulus ornatus pernis, & lapide rubeo, quem donauit R. D...... & eſt vna crux parua, cum nouem lapidibus, ad vſum Antiſtitis celebrantis; nunc eſt alia, nunc ponderat crux vnc. 3. cum anulo.

Unus anulus Pontificalis antiquus, quære in ca capſula lignea parua, ſigillata ſigillo Capituli.

Vna nauicula cum B. Virgine ſmaltata, cum
D *armis Reuerendiſs. D. Card. Rothomagen. ponderis vnc. 19. cum cocleari argenteo.*

Unum turribulum argenteum, pond. libr. 5. ideſt quinque cum dimidia, cum armis Reuerendiſs. D. Rothomagenſis, qui illud fieri fecit, & donauit Eccleſiæ.

Lampades argenteæ numero ſeptem, quarum vna maior habet arma Reuerendiſs. D. Angeli de Capranica, Cardin. S. Crucis, alia minor non perforata, nullam habet imaginem; cæteræ verò ſunt vniformes, videlicet cum ſmaltis, & ima-
E *ginibus B. Virginis, quarum quinque vniformes ponderant libr. 6. & vna, quæ habet prædicti Domini Cardinalis S. Crucis, cum alia minore non perforata, ponderant libras duas, vnc. 8. quar. 3.*

Vnum monile cum cryſtallo oblonga, in qua videtur imago Beatæ Virginis, cum filio ſuo, ornatum argento deaurato aptum ad portandum in pluuiali ante pectus, cum quo ſolemus dare pacem Prælatis.

Duo candelabra cryſtallina, videlicet de cryſtallo, ornata argento deaurato, cum pomo in

medio

medio, & de cryſtallo, quæ donauit Reuerendiſs. A Dom. Arelaten. primo anno, quando D. ſua fuit aſſumpta ad Cardinalatum.

Item duo candelabra argentea cum ferro intus in medio ſmaltata, cum roſis, & auibus pondere libr. 10. & vnc. 11.

Vna pila rotunda de ære deaurato ad calefaciendum manibus Prælati celebrantis.

Vnum fruſtum ligni, ſeu aſſeris minus quam vnius palmi, coopertum argento, quod eſt de capſa vbi ſeruatur cunabulum.

Vnum tabernaculum de argento deaurato, ad B tenendum corpus Chriſti, quod poteſt aperiri, & habet ab vno latere B. Virginem ſedentem cum filio in vlnis, & ab alio vitrum, ſeu cryſtallum, & ſupra habet Crucifixum cum ſancta Maria, & S. Ioanne: lateribus, & in pede vnū ſignum, quod uidetur eſſe tale ✠ donauit quædā mulier Teuthonica, ponderis vnciarum decem cum dimidia.

Vnum brachium de ære deaurato, ſine manu, in quo ſolebat ſeruari brachium ſancti Matthæi Apoſtoli. C

Et vna capſula parua oblonga, plena ex lapidibus, ſeu vitris, quæ ſolebant eſſe in mitria, & in alijs reliquijs, ſeu locis. Item et cum fruſtis argenti ex diuerſis ornamentis, quæ eſt ſigillata ſigillo Capituli.

Vna ſtatua parua de argento, in figuram vnius mammotti, cum capillis deauratis.

Vnum tabernaculum rotundū paruum deauratum, & laboratum in medio, ab vno latere eſt Annuntiatio Beatæ Virginis, & ab alio Trinitas de matreperlis. D

Vna parua figura de argento.

Vnum fruſtum argenti, cum imagine Virginis coronatæ.

Vnum fruſtum argenti, cum imagine Virginis, cum duobus ſanctis à lateribus.

Et vnum aliud fruſtum argenti, cum vna parua ſtatua.

Vnum fruſtum argenti rotundum, cum aliquibus lapidibus.

Vnum cor de argento.

Et duo paria oculorum cum parua cruce, & E cum ſonaliis de argento, & cum tribus alijs paruis fruſtibus de argento modici valoris, quæ omnia ſupradicta A tali ſigno ✠ infra ſunt ſimiliter ligata.

Duæ tabulæ eburneæ, cum multis figuris.

DE SACRIS APPARATIBVS, ET RELIQVIS MOBILIBVS.

Caput II.

VNVM Pluuiale rubeum figuratum, de ſerico, foderatum de boccaccino rubeo, cū optimo friſio, cuius à ſiniſtris eſt paſſio Domini, à dextris verò eſt reſurrectio, retrò in capputio eſt imago Saluatoris tenentis orbem in manu.

Vna planeta rubea, figurata, de ſerico, foderata de boccaccino rubeo, cum optimo friſio, cuius in pectore in medio eſt aſſumptio B. Virg. à dextris eadem B. Virgo, à ſiniſtris eſt S. Ioannes, retro verò eſt natiuitas B. Virginis.

Vna dalmatica rubea figurata, de ſerico, foderata de boccaccino rubeo, cum fimbrijs aureis diuerſorum colorum.

Vna tunicella rubea, de ſerico, foderata de boccaccino rubeo, cum fimbrijs aureis diuerſorum colorum.

Vnum pluuiale violatū, figuratum, de ſerico, foderatum de boccaccino azurro, cum optimo friſio, cuius à dextris eſt ſanctus Paulus, cum duabus alijs figuris Apoſtolorum, à ſiniſtris eſt ſanctus Petrus, cum duabus alijs figuris, retrò vero in capputio eſt Beata Virgo cum filio, & cum duobus Angelis.

Vna planeta violata figurata de ſerico, fodorata de boccaccino azurro, optimo friſio, cuius in pectore in medio eſt annuntiatio Beatæ Virginis, à dextris eſt Sanctus Petrus, à ſiniſtris eſt ſanctus Paulus cum nonnullis alijs figuris, & hiſtorijs Domini Noſtri, & Beatæ Virginis, retro, & ante.

Quæ omnia ſupradicta paramenta reliquit Eccleſiæ, olim bonæ memoriæ D. Franciſcus Cardin. Venetiarum fundator Cappellæ S. Franciſci, quæ eſt ſub organis.

Vna planeta de ſerico azurro, ſtellis aureis, foderata de panno cum friſio, cuius in pectore in medio eſt Imago Saluatoris cum duobus angelis, & quatuor alijs figuris, retro vero ſunt ſeptem figuræ cum duobus armis.

Vnum pluuiale de ſerico viridi, cum diuerſis figuris aureis, & in parte deauratis, foderatum ſerico crocei coloris, cum friſio, in quo ſunt XVI. figuræ videlicet Apoſtolorum, & Angelorum, quod donauit Eccleſiæ olim bonæ memoriæ D. Philippus Card. de laconio vulgariter de francia, & capputio eſt arma dicti D. Card. nunc eſt foderatum

de tela

de tela rubea, & habet alium friſium, & in caputio habet aliqua lilia.

Vnũ pluuiale de ſerico rubeo ſoderatum de boccaccino albo, figuratũ nonnullis figuris aureis viridibus de ſerico cum friſio aureo cum armis D. Iacobi Carpenctoratenſ. & in Caputio eſt contexta ſolemnitas Pentecoſtes, quod reliquit Eccleſiæ dictus Epiſcopus, nunc eſt aliqualiter laceratum.

Vna planeta de ſerico, tota ornata folijs aureis, foderata friſo rubeo, cum friſio deaurato, cum certis figuris, & in pede dictæ planetæ ſunt contextæ certæ hiſtoriæ Beatiſſimæ Virginis Mariæ.

Vna planeta de ſerico azurro deaurata, cum certis fontibus, & leonibus, & floribus contextis, foderata de boccaccino rubeo, & cum friſio aureo antiquo.

Vna dalmatica ex amito, foderata de ſerico viridi, cum fimbrijs aureis diuerſorum colorum, & cum appendalis de ſerico viridi, aliquantulum deauratis, eſt aliqualiter conſumpta.

Vna planeta ex amito azurro, foderata de ſerico viridi, cum friſio deaurato, & diuerſorum colorum, nunc autem foderata de boccaccino azurro.

Planeta vna crocei coloris, disfoderata, ad vſum quotidianum cum friſio aureo, cum certis figuris, eſt quaſi conſumpta.

Vna dalmatica crocei coloris, disfoderata ad vſum quotidianum, cum friſio aureo, cum certis figuris, eſt quaſi conſumpta.

Vna tunicella crocei coloris, disfoderata, ad vſum quotidianum, cum fimbrijs aureis diuerſorum colorum, nunc eſt quaſi conſumpta.

Vna planeta de velluto viridi disfoderata cum friſio aureo diuerſorum colorum, nunc eſt foderata de boccaccino azurro.

Vna planeta rubea de ciambellotto azurro.

Vna planeta de velluto rubeo.

Vna planeta rubea antiqua.

Vna planeta ad vſum quotidianum.

Alia vigintinouem pluuialia ad vſum quotidianum, quorum nunc inueniuntur viginti duo.

Vnum pluuiale de ſerico nigro cum friſio aurato, in quo eſt hiſtoria Beatæ Mariæ Virginis; in caputio eſt imago Sancti Nicolai, cum armis Domini Pauli de Planca, qui illud donauit Eccleſiæ, nunc habet imaginem Sancti Nicolai.

Vna planeta aureata, tota cum auibus grifonibus, &c.

Vna planeta violata, foderata.

Vna planeta cum auibus viridibus.

Vna planeta de damaſchino azurro foderata.

Vna planeta cum folijs aureis foderata.

A Vna planeta, & vnum pluuiale coloris violati.

Vna dalmatica, & tunicella eiuſdem cũ armis Reuerendiſs. D. Card. Rothomagen.

Vnum pluuiale de purpura rubea cum aureis floribus.

Vna planeta de ſerico rubeo raſo.

Vna planeta rubea, cum &c.

Vna planeta rubea de ſerico raſo.

Vna planeta rubea de ſerico rubeo.

Vna planeta de velluto, coloris biſci, cum friſio, & imagine Saluatoris, & S. Ioan. & aliorũ B Sanctorum. Fuit bis ſcripta.

Vna planeta de ſerico albo, & habet imaginẽ Saluatoris, & ſanctorum Petri, & Pauli, & aliorum imag.

Vna planeta, tunicella, dalmatica violati.

Vna planeta de ſerico rubeo raſo foderata.

Vnum pluuiale de damaſchino violato in broccato ad flores aureos, cum friſio aureo, in quo ſunt imagines integræ Beatorum Apoſt. & in caputio retro habet coronationem, ſeu aſſumptionem C glorioſiſſimæ Virg. Mariæ, quod pluuiale factũ fuit de centũ ſcutis auri, quæ miſit Illuſtriſs. Dux Burgundiæ dono huic Baſil. Anno Dom. 1472. & ideò eſt in eo eius arma: reliquum verò vltra prædicta centum ſcuta, quod expoſitum fuit, prædicto pluuiali impoſuit R. D. Rothomag. & ſua ſolita deuotione, & liberalitate.

Vna planeta de ſerico viridi figurato cũ friſio, & fimbrijs deauratis, cũ armis dicti Reuerẽdiſſ. D. Rothomagen. Archipresb. huius Baſilicæ, anno 1473. menſis Septembris, & ex ſua ſolita beni- D gnitate illam donauit Eccleſiæ cum dalmatica, et tunicella, & pluuiali infraſcriptis, & præcepit illis diebus Dominicis vteremur.

Vna dalmatica de ſerico viridi.

Vna tunicella de ſerico viridi cum armis prædicti R. D. Card.

Vnum pluuiale de damaſchino albo in broccato, habet arma bon. mem. Card. S. Sixti.

Vna planeta de damaſchino albo, habet arma R. D. Card. Rothomag. quam donauit huic Eccl.

Vna dalmatica eiuſdem ſerici.

E Vna tunicella eiuſdem. & habent arma R. D. Card. Rothomagen.

Vna planeta de damaſchino, figurata R. D. Card. Rothomagen.

Vna dalmatica R. Card. Rothomagen.

Vna tunicella eiuſdem item cum armis Rothomagenſis.

Vna planeta de velluto rubeo, cum vna dalmatica, tunicella, & armis D. Rothomagen.

Vnum pluuiale cum vna planeta, cũ dalmatica, tunicella, et armis D. Rothomag. cũ pluuiali.

Item vnum pluuiale eiuſdem.

Vna

A *Vna planeta de velluto albo imbrocchato ex auro.*

Vna dalmatica cum tunicella, eiuſdẽ cum pluuiale eiuſdem velluti inbrochato.

Item vnum pluuiale eiuſdem velluti inbrochato cũ figuris Ieſu Chriſti, S.Thomæ, cũ friſio aureo, quod à latere dextro habet figuram Trinitatis, ſancti Pauli, & aliorum ſanctorum, à latere ſiniſtro habet figuram beatæ Virginis tenentem filium figuratum, ſancti Petri, & aliorum ſanctorum diuerſorum colorum, & in fine vtriuſ- B *que lateris arma Epiſcopi Nicolai Papæ, videlicet claues cum mitria, qui Nicolaus donauit prædicta cum ſimilibus paramentis, & in ſcapulari habet aſſumptionem Beatæ Virginis cum ſancto Thoma recipiente cingulum eiuſdem.*

Pallium unum de auro ornatum de ſerico cum armis D.Franciſci Card.Venet. foderatum de boccaccino rubeo, quod reliquit Eccleſ. dictus D.Card.

Item vnum pallium de auro, ornatum de ſerico viridi, cum armis D. Archiepiſcopi Strigonen. foderatum de boccaccino azurro, quod reliquit Ec- C *cleſ. dictus Archiepiſcopus, quod fuit per R.D.Rothomagen. reaptatum, quia ablato illo ornamento viridi, impoſitæ ſunt fimbriæ ſerici rubei ſine aliquibus armis.*

Item unum Pallium rubeum cum folijs aureis ornatum de ſerico viridi, foderatum de boccaccino azurro, cum armis D. Philippi de Lingottis: quod vt dictum, fuit ſublatum ab organis multis annis.

Item vnum pallium de ſerico azurro cum folijs, & leonibus deauratis, ornatum de ſerico nigro D *cum armis de Anguillaria disfoderatum: nunc eſt ornatum de ſerico rubeo, ſine armis, quaſi conſumptum.*

Item vnum Pallium de ſerico azurro cum folijs, & leonibus ſine armis disfoderatum: nunc eſt ſimiliter ornatum, & quaſi comſumptum, vt ſupra proximum.

Item vnum pallium de ſerico rubeo cum floribus aureis, quod habet in medio roſulas uirides, & azurras, cum fimbrijs de ſerico azurro, cum armis Reuerendiſs. D.Rothomagen. foderatum de boc- E *caccino azurro.*

Item vnum pallium de damaſco azurro, foderato cum floribus aureis per totum cum fimbrijs de taffetta cremiſino, foderatum de boccaccino azurro cum armis R.D. Arelaten. in cuius exequijs fuit donatum huic Baſilicæ.

Item vnum pallium paruum de velluto cremiſino plano, cum figura Annuntiationis, & aliorum ſanctorum, & ſanctarum, foderatum de tela rubea, quod ponitur cum quodam baculo ante Imaginem beatæ Virginis.

Item vnum pallium paruum de cremiſino figurato, cum fimbrijs viridibus, & francia diuerſorum colorum, ad vſum, & ornamentum eiuſdem Imaginis.

Item fimbriæ magnæ de ſerico viridi lacerato, cum armis Archiepiſcopi Strigonieñſis, foderato de boccaccino azurro, quæ fuerunt remotæ de pallio aurato aliter ornato, vt ſupra patet.

Item tria fruſta Zennati rubei ſimiliter duorum brachiorum pro quolibet.

Item duo fruſta gialli coloris, quorum vnum eſt liſtatum.

Item vnum fruſtum Zennati viridis, duorum brachiorum, liſtati liſtis diuerſorum colorũ.

Item unum fruſtum Zennati azurri, duorum brachiorum, combuſtum in medio ab igne.

Item vnum fruſtum Zennati albi, duorum brachiorum. quæ omnia fruſta ſupraſcripta R.D. Rothomagenſis emit pro feſto aſſumptionis Virginis Mariæ.

Item vnum fruſtum, quatuor brachiorum de ſaria intexta ſerico rubeo, quod ſolet poni retro reliquias in altari.

Item unum palliũ de imbrocchato aurei, cum floribus, & ſerico rubeo pulchrum, & nouum, cum fimbrijs de velluto cæleſtino, ſeu damaſchino, foderatum totum de boccaccino viridi cum armis R.D. Rothomagenſis, quod illud huic Baſilicæ donauit.

Item vnum pallium de imbrocchato aureo, cum cordonibus, & ſerico albo, cum fimbrijs diuerſis circum circa, quæ habent Imaginem Beatæ Virginis, & arma Papæ Xixti, & Regis Neapolitani, qui illud donauit huic Baſilicæ, quando venit Romam, cum haſtis ſex ligneis auratis, foderatum totum de tela alba, quod dicitur, lo baldacchino.

Item unum pallium de imbrochato aureo, cum ſerico rubeo adcandos cũ fimbrijs azurris, raſo, foderatum de boccaccino azurro, ſine armis, quod donauit R. D. Rothomagenſis.

Item vnum pallium de imbrocchato deaurato mixto, & ſerico albo ad florones, foderatum de boccaccino albo cum fimbrijs de taffettà rubeo cum francijs viridibus, cum quibus ſunt quatuor arma R. D. Rothomagenſis, qui illud donauit huic Baſilicæ.

Item vnum pallium de ſerico rubeo cum leonibus aureis, & cum fimbrijs de ſerico azurro raſo, totum foderatũ de boccaccino azurro, quod donauit R.D. Rothomagenſis, vt eo in mortuarijs vteremur. nunc non inuenitur.

Doxale vnum deauratum, in medio ipſius eſt Imago Virginis Mariæ cum filio ſuo, à latere dextero eſt ſanctus Paulus cum tribus alijs figuris, in capite ſunt certi angeli cum vna tobalea alba de lino.

Item

*Item vnum doxale rubeum de ſerico, in me-
dio ipſius in capite eſt imago Saluatoris, à latere
dextero eſt imago Virginis Mariæ, cum quinque
Angelis, à ſiniſtro eſt ſanctus Ioannes Baptiſta,
cum quinque Angelis; in medio eſt Sanctiſſima
Trinitas cum duodecim Apoſtolis, in pede ſunt
quatuordecim figuræ diuerſorum Sanctorum, fo-
deratum de boccaccino azurro, cum vna tobalea
antiqua.*

*Item vnum doxale album de ſerico, cuius in
medio eſt imago Saluatoris cum Virgine Ma-
ria, & à latere dextro eſt Natiuitas Chriſti, &
hiſtoria Niuis; à ſiniſtro eſt repræſentatio, &
Aſcenſio, & obitus Virginis Mariæ cum armis
de comite, foderatum de bocaccino azurro cũ vna
tobalea antiqua, & laceratum.*

*Item vnũ doxale rubeum, cũ floribus, & aui-
bus deauratis, in medio ipſius eſt imago Virg. Ma
riæ cũ certis literis græcis, foderatum modicum, in
medio de panno lineo cum vna tobalea antiqua,
eſt quaſi conſumptum.*

*Item vnum doxale cum vna textura de au-
ro ad modum retis, in medio cuius eſt imago
Beatæ Virginis, cum filio in vlnis integra, &
circum circa ſunt litteræ græcæ, quod eſt valde
antiquum.*

*Item vnum doxale de panno lineo ad vſum
quotidianum, cuius in medio eſt S. Hieronymus
cum certis floribus, foderatum de panno lineo,
quod eſt quaſi conſumptum.*

*Item vnum doxale imbrocchatum de auro,
cum imaginibus Ieſu Chriſti, Sancti Thomæ,
ponentis digitum in latere eius, & quibuſdam
figuris ſolis, foderatum ex boccaccino albo, cum
vna tobalea, quod donauit Nicolaus Papa
Quintus.*

*Item vnum doxale de velluto paonatio im-
brocchato, ſeu contexto cum floribus ex auro con-
textis, cum fimbrijs ad latus de velluto viridi
figurato, & cum friſio de auro, cum francia
viridi: ſunt contextæ figuræ mediæ Ieſu Chri-
ſti in medio, & Apoſtolorum ad latus, cum
Sancto Hieronymo, & Ambroſio in extremi-
tatibus, foderatum de tela rubea, quod portauit
Magiſter Rubertus Prædicator egregius, de
Ordine Minorum, Cappellanus in dicto Altari,
nunc Epiſcopus de Aquino, ex Venetijs, Altari
Sancti Hieronymi.*

*Item vnum doxale gannato rubeo, ſutum ad
modum coopertorij lecti, cum fimbrijs paruis circũ
circa de ſerico albo, nigro, & viridi, foderatum
de tela alba, cum quodam friſio giallo, cum fran-
cia rubea, in medio cuius eſt arma familiæ de
Mutis, videlicet duo baculi.*

*Item unum doxale de imbrochato azurro, cum
floribus aureis R.D. Rothomagenſis in medio, cum*
A *friſio de auro, & cum francia azurra, cui à duo-
bus lateribus ſunt duo fruſta imbrocchati rubei
cum fodera de boccaccino azurro.*

*Item vnum doxale rubeum de ſerico cum ro-
ſis aureis, & floribus, cui in medio eſt arma
R. D. Rothomag. foderatum de tela alba de ſerico.*

*Item vnum doxale violatum de ſerico, cum
roſis, & floribus deauratis, cui in medio eſt arma
R. D. Rothomag. foderatum de tela alba.*

*Item vnum doxale de purpura album cum
roſis aureis, & cum arma R. D. Rothomagenſis,*
B *foderatum de tela alba.*

*Item vnum doxale de purpura album cum
roſis aureis, & aliquibus liſtis de auro, cui in
medio eſt arma R. D. Rothomagenſis, foderatum
de tela alba.*

*Item vnum doxale de purpura album cum
armis R. D. Rothomagenſis, & eſt poſitum ante
Imaginem Virginis Mariæ.*

*Item vnum doxale de purpura cum Roſis de
auro, & cum armis in medio R. D. Rothomag.
& cum friſio, & francia viridi.*

C *Item vnum doxale de purpura, cum roſis de
auro, & armis in medio dicti R. D. Rothomag.
cum friſio, & francia viridi.*

*Item vnum doxale de purpura, cum floribus
aureis, ſeu purpuræ, cui in medio eſt Ieſus litteris
aureis pro vſu Reliquiarum in Altare maius.*

*Item unum doxale de imbrocchato aurei, cum
cordonibus aureis, cum francia alba aurea, cum
tribus armis R.D. Rothomag. dicti Vicecancella-
rij, foderatum de boccaccino albo.*

Item unum doxale imbrocchatum aurei colo-
D *ris, cum floribus, ſeu cordonibus aureis, cui in me-
dio eſt arma Domini Vicecancellarij, foderatum
de tela alba.*

*Item unum doxale, ſeu pallium do imbroccha.
to aurei coloris cũ floribus, ſeu cordonibus aureis,
cum francia de auro à duobus lateribus pro vſu
ſcabelli Altaris maioris, vbi ponuntur reliquiæ,
cum tribus armis R. D. Vicecancellarij, fodera-
tum de tela alba.*

*Item vnum rubeũ cum uno Sancto in medio,
& cum leonibus argẽteis, & duobus ceruis deau-*
E *ratis, cũ francia de ſerico diuerſ. colorum, & cum
vna tobalea, fuit poſitum in doxali, ubi eſt Salua-
toris imago, & multorum Sanctorum.*

*Item vnum friſium deauratum, cum facie
Saluatoris in medio, & cum multis Sanctis alijs
à dextris, & à ſiniſtris, cum francia de ſerico
diuerſorum colorum, cum tobalea vna.*

*Item vnum friſium album cum certis ſanctis
deauratis, & cum crucibus rubeis, & cum fran-
cia de ſerico viridi, cum vna tobalea antiqua,
cuius in medio eſt vna Crux rubea cũ alijs qua-
tuor crucibus paruis.*

Item

Item vnum friſium de auro contextum cum folijs viridibus, & vndecim figuris ſanctorum, & ab vno latere ſunt arma Papæ Nicolai, videlicet claues.

Item vnum friſium antiquum cum quindecim ſcolis hiſtoriarum Chriſti, & Beatæ Virginis, quarũ prima eſt Annuntiatio, vltima tranſfiguratio vel iudicium, fuit poſitum cum doxali conuentuali.

Item vnum friſium quod alias fuit vnius pluuialis, quod habet tresdecim ſcolas hiſtoriarum prima eſt hiſtoria Lazari reſuſcitati, vltima Sammaritanæ loquentis cum Chriſto, quod fuit poſitum in quodam pluuiali crocei coloris.

Item vnum friſium, quod olim fuit vnius pluuialis de ſerico deaurato diuerſorum colorum in medio cuius eſt vnus ſanctus cum libro in manu, & eſt antiquum.

Item vnum friſium de ſerico cum modico auro diuerſorum colorum antiquum.

Item vnum friſium cum Annunciatione, & omnibus Apoſt. cum francia viridi, & cum armis R. D. Rothom. foderatũ de boccaccino azurro.

Ceruicalia duo de auro, quæ habuimus in Exequijs D. Franciſci Cardinalis Venetiarum, fuerunt poſita in pluuiali.

Item duo alia de cannato nigro, quæ habuimus in dictis exequijs, non inueniuntur.

Item vnum ceruical paruum de ſerico rubeo deauratum pro Altari.

Item duo alia ceruicalia de velluto nigro, quæ habuimus in exequijs D. Normãdi ſunt conſũpta.

Item vnum ceruical de ſerico de cetani viridi lacerato, & quaſi conſumpto.

Item vnum paruum ceruical de ſerico croceo ſeu giallo diuerſorum colorum quaſi conſumptum.

Item vnum ceruical intextum ſerico groſſo diuerſorum colorum cum roſis, & alijs lineamentis eſt conſumptum.

Item vnum ceruical de ſerico croceo quaſi conſumptum.

Item vnum de ſerico rubeo cum floribus azurris laceratum.

Item vnum de ſerico rubeo figuratum cum capreis aureis, & lunis radiantibus nouum.

Item duo de ſerico violato, ſeu paonatio cũ octo pomis aureis in angulis, & cum ſerico rubeo ſunt antiqua.

Item duo ex panno de raſſa, in quibus eſt una auis cum aliquibus folijs, foderata de corio rubeo quæ fuerunt Magiſtri Rubini Canonici huius Baſilicæ.

Item vnum ceruical de tela alba ſine aliquo coopertorio.

Item vnum ſcacchatum diuerſorum colorum.

Item quatuor de ſerico azurro cum floribus
A *aureis, cum foderis taffettai rubei.*

Item vnum de ſerico cum floribus, & auibus albis.

Item quatuor ceruicalia de velluto aureato cum floribus, ſeu cordonibus deauratis cum quatuor bottonibus auratis in vnoquoquo.

Coopertorium vnum corporalis magnũ deauratum cũ Imagine ſancti Matthæi cum corona ornata perlis, ornatum de uelluto rubeo cum quatuor Crucibus aureis, & cum francia de ſerico viridi, ab alio latere eſt de ſerico rubeo.

B *Item vnum coopertorium de ſerico azurro cum Annuntiatione aurea, ornatum de brocato cum francia de ſerico uiolato, ab alio latere de brocato rubeo eſt quaſi conſumptum.*

Item vnum coopertorium corporalis de ſerico azurro, cum duobus Angelis tenentibus vnã crucem in campo argenteo, cũ certis floribus aureis, et diuerſ. colorum de ſerico, ab alio latere de ſerico azurro cum crucibus aureis paruis.

Item vnum coopertorium aureum cum Chriſto quando illuminauit cæcum, & cum ſancto
C *Petro, & cum vnã lampade, ab alio latere eſt de ſerico azurro.*

Item vnum coopertorium corporalis de velluto nigro cum Cruce aurea in medio, & cum armis de Cerronibus cum francia de ſerico diuerſorum colorum, ab alio latere eſt ſimiliter de uelluto nigro cum cruce, eſt conſumptum.

Item vnum coopertorium de ſerico nigro cum quinque armis de Archionibus, & duobus lilijs deauratis, ab alio latere eſt de ſerico rubeo cum aliquibus lilijs, & ſtellis aureis, non inuenitur.

D *Item vnum coopertorium de uelluto picciolato cum vna cruce in medio cum quinq. pomis, & francia rubea, & alba foderatum ex ſerico viridi.*

Item vnum coopertorium de ſerico rubeo contexto ex auro cum francia azurra, in medio eſt crux viridis, ab vtraque parte foderatum de ſerico viridi non inuenitur.

Item unum coopertorium corporalis antiquum cum vna rota aurea cum aliquibus aureis, aliiſq; circulis aureis.

Item vnum coopertorium cum Imagine ſancti
E *Hieronymi cum libro, & leone ante ſe.*

Item vnum coopertorium de velluto rubeo foderatum de tela viridi.

Item vnum coopertorium de ſerico viridi totum cum armis habẽtibus leonem cum vna sbarra non inuenitur.

Item vnum coopertoriũ totum de ſerico azurro

Item vnum ſcaccatum ad ſcaccos virides, & rubeos foderatum de rubeo.

Item vnum de ſerico azurro cum roſa, & ſtellis aureis.

Item vnum de velluto rubeo figurato cum 4.

bottonis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bottonis viridibus in angulis, foderatum de damaſchino rubeo cum duobus bottonis viridibus in medio ad claudendum.

Item vnum antiquum ex auro cum B. Virgine de ſerico azuro cum filio ſtante ante ſe, non inuenitur.

Item vnum antiquum cum ſtella in medio, quæ habet in medio ſui Ieſus.

Item vnum cum figura S. Gregorij interficientis draconem.

Item vnum antiquum de veluto rubeo foderatum de tela rubea.

Item vnum antiquum de ſerico violato cum liſtis albis, & croceis.

Item vnum de imbrochato de argento cum Cruce in medio, & cum francia rubea circũcirca in medio foderatum de purpura alba cum Cruce.

Item xi. coopertoria antiqua diuerſorum colorum de ſerico.

Item ſeptem corporalia, quæ fuerunt donata, cum quibuſdã tobaleis, quarum duo habent Cappellani S. Hieronymi.

Camiſia vna ornata veluto azurro cum ſtellis aureis, & cũ amictu, ſtola, & manipulo eiuſdem coloris cum friſis aureis, & cum cingulo ſuo.

Itẽ una ornata broccato vetuſto cum amictu eiuſdem coloris, cum ſtola, & manipulo de velluto ſerico rubeo cum Crucibus aureis, & cingulo de ſerico viridi, inuenitur ſola camiſia.

Item vna ornata in pectore ſerico rubeo cum duabus figuris aureis, & cum quatuor Euangeliſtis, cum perlis, & vno ſmalto, & cum friſis aureis, in pede verò ornamenta pãno aureo diuerſorum colorum, cum amictu ornato ſerico rubeo, cuius in medio eſt Chriſtus, cum tribus Apoſtolis ab uno latere, & 3. ab alio, cum aliquibus perlis, cum ſtola, & manipulo contextis aliquantũ auro, & argento, cum cingulo de ſerico violato, ſola camiſia inuenitur.

Item vna camiſia ornata damaſchino uiolato cum amictu eiuſdem coloris, cum ſtola, & manipulo de ſerico azurro, cum aliquibus folijs aureis, & cingulo ſuo albo, ſtola, manipulus non inueniuntur, nec amictus, ſed in loco ſuo eſt alius amictus cum ſeptem figuris.

Item vna camiſia ornata broccato rubeo cum amictu cum ſtola alba purpurea deaurata cum aliquibus floribus, foderata ſerico rubeo, & cum manipulo albo deaurato cum cingulo diuerſorum colorum, non inuenitur niſi camiſia.

Item vna ornata broccato azurro cum amictu, cum aliquibus litteris V. M. rubeis, & albis deauratis, & cum una Cruce ſimiliter rubea, & deaurata, cum ſtola de broccato rubeo, cum manipulo albo deaurato, & cum cingulo, inuenitur camiſia tantum.

A *Item vna ornata de ſerico rubeo cum amictu, ſtola, & manipulo, inuenitur camiſia tantum.*

Item una ornata de ſcacchis cum uno amictu.

Itẽ una, quæ à parte ante, & poſt ad fimbrias habet ſericum paonatium, & circa manus ſericũ rubeum cum uno amictu cum ſerico rubeo, & cũ Cruce deaurata, & cum cingulo longo, quæ omnia donauit Catherina Bizocha, die 16. Ianuarij, 1473. nunc loco ſerici paonatij, eſt poſitum cæleſtinum ſericum.

Item *tres camiſiæ.*

B Item *tres camiſiæ.*

Item *tres camiſiæ.*

Item *duæ camiſiæ.*

Item *una camiſia.*

Item *una camiſia.*

Item *una camiſia.*

Item *una camiſia.*

Item *una camiſia.*

Item *una camiſia.*

Item *una camiſia.*

Item *una camiſia antiqua.*

C Item *vna camiſia, cum fimbrijs de ſerico rubeo.*

Item *una camiſia cum fimbrijs ex vtraq; parte ſerici azurri cum floribus aureis pro vſu quotidiano.*

Item *tres amicti cum friſis, uelluto rubeo, cum Cruce de auro in medio, non inuenitur.*

Item *vnus amictus cum friſio de velluto rubeo, cum tribus Crucibus de auro.*

Itẽ *vnus amictus cum friſio de damaſco uiolato, cum vna Cruce de auro in medio.*

D Item *duo amicti cum friſio.*

Item *vnus amictus cum friſio de ſerico rubeo, cum tribus figuris Sanctorum, & certis frondibus aureis.*

Item *vnus amictus de ſerico nigro cum vna Cruce argentea in medio.*

Item *vnus amictus cum friſio antiquo, cum quinque figuris Sanctorum.*

Item *vnus amictus.*

Item *amictus unus ſine friſio.*

Item *vnus amictus cum friſio vili, ubi ſunt*
E *ſeptem figuræ Sanctorum,*

Item *unus amictus ſine friſio.*

Item *unus amictus cum friſio rubeo uili, cum Cruce de auro.*

Item *unus amictus.*

Item *duæ ſtolæ de zetani rubeo foderatæ de tela uiridi.*

Item *vnum cinctorium de filo malfetano cum ſex manipulis ſericis, donauit Catherina Bizocha.*

Item *una camiſia cum amictu ornata ſerico rubeo cum ſtola, & manipulo rubeis.*

Item

A *Item tres camiſiæ.*

Item vna camiſia ornata ſerico rubeo.

Item ſeptem amictus variorum colorum.

Item decem ſtolæ diuerſorum.

Item ſex fruſta ſerici azurri tota imbroccato aureo.

Item die decima octaua . . . . . 1485. donauit Eccleſiæ Dom. Maria de Porphyrio pro Domina Locarella vnum camiſum cum amictu.

Item die 6. Iunij, 1485. *Dom. Fia vxor Ianutij Gratiani, donauit Eccleſiæ vnum camiſum, & vnum amictum.*

B *Item camiſiæ, ſeu camiſi ſunt omnes tã Canonicales, quã Conuentuales, & feriales cũ fimbrijs ornatis de ſerico diuerſorum colorum, ſine fimbrijs aliqui, num. 38.*

Item amictus Canonicales, conuentuales, et feriales cũ ornamentis de ſerico diuerſ. colorum, de quibus ſine ornamento ſunt num. 41.

Item ſtolæ Canonicales, & feriales, ac conuentuales de purpura, velluto rubeo, & diuerſorum colorum, de ſerico ſunt num. 38.

C *Item manipuli canonicales, conuentuales, & feriales diuerſorũ colorum de purpura velluto, & ſerico ſunt nu. 40.*

Item cinguli canon. & conuen. ſunt num. 23.

Tobalea vna de ſerico pulcherrima tota liſtata liſtis deauratis, & diuerſ. colorum, & cũ aliquibus auibus, eſt quaſi conſumpta.

Item duæ ſimul de ſerico contextæ floribus deauratis, & auibus rubeis, & azurris bonæ memoriæ Domini Franciſci Cardin. Venetiarum, quas donauit Eccleſiæ dictus D. Card. quarum non inueniuntur, niſi vna.

D *Item vna de ſerico cum liſtis aureis, et diuerſorum colorum, liſtis rubeis, & azurris.*

Itẽ una tobalea de ſerico cum liſtis aureis, & diuerſorum colorum, & duabus crucibus aureis.

Item vna tobalea de lino cum aliquibus floribus aureis, rubeis, & viridibus, cum francia de ſerico viridi.

Item vna tobalea de ſerico cum liſtis aureis, & de ſerico diuerſ. colorũ, cum armis D. Antonij Epiſcopi Senenſis, & nunc Cardinalis non inuenitur.

E *Item vna de ſerico cum liſtis aureis ab vno latere.*

Item 4. *de ſerico cum liſtis aureis, & de ſerico diuerſorum colorum.*

Item vna de ſerico cum liſtis rubeis, & azurris de ſerico.

Item *una de bombice cum liſtis rubeis, et azurris de ſerico.*

Item 18. tobaleæ magnæ pro Altari maiori ſutæ trine, nunc non inuenitur niſi vnum fruſtũ valde conſumptum.

A *Item vna tobalea magna cũ liſta de bombice ad uſum Altaris maioris eſt quaſi conſumpta.*

Item *quinque tobaleæ cum liſta de bombice pro Altari maiori.*

Item quinque tobaleæ cum liſtis de bombice, pro Altari conuentuali.

Item 4. tobaleæ ad uſũ Altarium, quarũ quælibet habet duas alias primas cũ liſtis diuerſorum colorum, non inueniuntur eo modo.

Item vna tobalea longa, & ſtricta.

Item 28. tobaleæ ſericatæ.

B *Item duæ tobaleæ ſericatæ ad vſum Altaris maioris.*

Item *duæ tobaleæ ſericatæ ad uſum B. Virginis*

Item *una tobalea ſericata pro litterali.*

Item *ſeptem panni liſtati liſtis aureis de bombice, inueniuntur quinque.*

Item vnus pannus liſtatus liſtis albis.

Item vna vunapa de ſerico viridi non inuenitur.

Item duæ vunapæ longæ ad vſum imaginis B. Virginis.

C *Item ſex vunapæ pulchræ.*

Item *xij. vunapæ ad vſum quotidianum.*

Itẽ 8. vunapæ antiquæ poſitæ in quadã capſa.

Item octuaginta duæ tobaleæ antiquæ, & diuerſorum generum.

Item duæ aliæ tobaleæ.

Item 4. tobaleæ magnæ pro vſu Altaris, quarum duæ ſunt mediæ.

Item una alia tobalea de ſerico cũ liſtis rubeis, azurris, & deauratis.

Item *vna tobalea linea cum auibus.*

D *Item vna tobalea de ſerico alba cum liſtis albis, fuit donata.*

Item vna tobalea cum liſtis rubeis, azurris, & deauratis.

Item vna tobalea linea.

Item unus panniculus, quem donauit quidam miles Sancti Ioannis, *in domo Reuer. Dom. Vicecancellarij, qui eſt de ſerico cum aliquibus texturis aureis.*

Item *una tobalea de lino ſubtili, cum crucibus de velluto paonatio.*

E *Item vna tobalea cum crucibus rubeis, et viridibus in medio, & in lateribus, ad ponendum ſupra calicem.*

Item vna tobalea magna pro Altari magno cum Cruce vna in medio de ſerico paonatio laborata cum bombice nigra ad ceruos, quam donauit Catherina Biſochia.

Item vna tabolea magna, pro Altari magno laborata cum bombice nigra cum vna Cruce in medio de ſerico rubeo, & cum armis Dominæ Sabæ de Peticolis, quæ eam donauit Eccleſiæ.

Item *vna tabolea linea, cum vna Cruce nigra,*

gra, in medio laborata, cum ſerico magno ad A coronas, & ad fontes, & aues, quam donauit Catherina Bizocha.

Item vna tobalea pro Altari Sancti Hieronymi cum vna falda, quia erat nimis longa, cum duabus Crucibus rubeis laborata cum bombice nigra ad Agnus Dei, & homines chorizantes, quam donauit eadem Catherina Bizocha.

Item vna tobalea pro Altari Beatæ Mariæ cum duabus Crucibus, rubea, & paonatia, laborata cum bombice nigra, laborata ad Agnus Dei, & leones, & caſtra, in medio eſt vna li- B ſta cum crucibus, & auibus, quam donauit etiã dicta Bizocha, die vltima menſis Decẽb. 1472.

Item vna tobalea parua cum liſtis azurris, cum auibus, & roſis, donata prima die Maij, 1473.

Item tobalea vna parua pro manibus cum liſtis aureis.

Item vna tobalea laborata ab vtraq; parte cũ filo albo laborata, & cum foraminibus, fuit donata in die Aſſumptionis 1473.

Item vna tobalea magna noua laborata ab C vna parte cum aquilis cum duobus capitibus, & equitibus, qui tenent auem in manu, ab alia parte homines corizantes, & pauones de bombice nigra, quam donauit D. Antonia Siluata, ab vno latere ſunt aquilæ, velut aues albæ, nigræ, & azurræ, & aliorum colorum, in alio ſunt roſæ albæ, quæ donata fuit 23. menſis Martij 1474.

Item vna tobalea laborata ad flores de ſerico nigro.

Item vnus pannicellus de panno raro, & habet Crucem de ſerico in medio, cuius medie- D tas eſt rubea, & medietas eſt nigra, donauit Franciſcus de Fundes Manſionarius huius Baſilicæ.

Item vnus pannicellus, liſtatus cum tribus liſtis.

Item vna tobalea pro Altari magno, cum Agnus Dei, & ceruis de ſerico nigro, & cum aliquibus litteris, quæ dicunt, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi miſere nobis, donauit Catherina Bizocha, die 7. Decembris. 1475.

Item vna tobalea ſilicata cum ſerico rubeo, quæ E eſt antiqua, fuit oblata à quadam muliere, die 11. Iunij 1476.

Item vna tobalea groſſa de lino.

Item vnus pannus de bombice.

Item vnus pannus liſtatus ſubtilis.

Item vna tobalea pro Altari cum leonibus, et litteris, quæ dicunt Aue Maria cum 3. crucibus.

Item tobaleæ duæ inſimul ſutæ, pro Altari magno.

Item duo tobaleoli noui ſimiliter texti cum pauonibus.

Item 13. tobaleæ de ſerico ſiricatæ cum liſtis rubeis aureis totæ quaſi ſimiles.

Item vna tobalea longa, & ſtricta de ſerico tota alba ad rugas.

Item duæ tobaleæ de bombice.

Item quatuor tobaleæ de ſerico, quarum duæ habent liſtas nigras, aliæ habent liſtas aureas.

Item vnus pannus lineus totus quaſi piloſus, ſeu viloſus circum circa laboratus ex rubeo, & nigro.

Item vnus tobaliolus laboratus à lateribus ex ſerico nigro, cum bottonibus, & traforibus.

Item vnus pannus liſtatus lineus cum tribus crucibus viridibus.

Item vnus pannus pro vultu cum liſtis maris duabus.

Item 18. panniculi de ſerico, & panno lineo pulchro, & diuerſis modis laborati.

Item vnus panniculus de ſerico viridi, totus laboratus.

Item vnus panniculus de ſerico rubeo totus.

Item duo panniculi, vt pongularij.

Infraſcripti panni faerunt donati quando Imago B. Virginis fuit delata per Vrbem tempore peſtis, anno 1476. in primis.

Tobalea vna magna cum liſtis azurris, & tribus crucibus de velluto rubeo.

Item vnus panniculus de ſerico, cum vna aquila deaurata in medio, & in lateribus cum quatuor animalibus, & auibus.

Item vnus pannus de ſerico albo cũ liſtis aureis ab vna parte, cum fimbrijs nigris.

Item vna tela ortichellæ duorum brachiorum ſine liſtis aliquibus.

Item vnum naſitergium de bombice.

Item vnum naſitergium de bombice cum aliquibus fimbrijs.

Item vnum fruſtum de velluto nigro, cum aliquibus pomis granatis de auro.

Item vna tobalea de lino, laborata ad roſas albas de ſerico.

Item vna tela vnius brachij de ortichella.

Item una tela duorũ brachiorum de ortichella.

Itẽ vnus pannus cũ quibuſdã litteris magnis.

Item una tobalea ſilicata, ab uno latere habet aquilas de ſerico, cum armis de Vrſinis, ab alio latere eſt ſilicata ex ſerico glauco, azurro, & uiridi.

Item una tobalea antiqua de bombice.

Item unum magiſterium antiquum.

Item una tobalea de ſerico cum liſtis rubeis.

Item una tobalea de lino laborata.

Item una tobalea de bombice cum liſtis.

Item media tobalea ferè tota ſilicata in medio eſt.

Item unum naſitergium de ſerico cum ſex liſtis.

Item

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item una tobalea cum aliquibus coſtis rubeis, magnis, & paruis. A

Item vnum pannum naſitergium de ſerico.

Item vna vampa de ortichella duorum brachiorum.

Item vnus pannus villis circum circa laboratus.

Item vna tobalea de ſerico cum liſtis magnis & amplis.

Item vnum naſitergium totum laboratum ex ſerico rubeo.

Item vna ſtola longa de ſerico albo cum francis viridibus à duabus partibus. B

Item vnum naſitergium de ortichella ſubtile.

Item vnũ pannum naſitergium de ſerico cum liſtis diuerſorum colorum,

Item vnum quadrum naſitergium de ſerico albo.

Item vnum naſitergium, cum vna parua burſa laborata ex ſerico.

Item vnum naſitergium quadrũ de ortichella.

Item vnum naſitergium de ſerico laboratum rubeo. C

Item vna tobalea ſericata ex ſerico albo.

Item vnum naſitergium cum aliquibus liſtis.

Item duo panni de bombice.

Item vnum naſitergium de ortichella.

Item vna tobalea ſilicata cum tribus liſtis magnis de paonatio.

Item vna tobalea de bombice groſſa.

Item vna tobalea de bombice ſubtili.

Item vna tobalea ſilicata, cum ſex liſtis rubeis.

Item vna tobalea de ſerico albo cum liſtis ſex de auro. D

Item vna vimpa de ortichella vnius brachij.

Item pannus vnus antiquus.

Item vna tobalea ex ortichella antiqua glauca.

Item vnum pannum naſitergium de ſerico cum ſex liſtis glaucis,

Item pannus lineus vnius brachij quadrus, cum duo Agnus Dei.

Item vnus pannus vnius brachij totus laboratus ad lilia. E

Item vnum naſitergium de bombice.

Item vnum pannum naſitergium de ſerico.

Item duo naſitergia antiqua de bombice.

Item vna tobalea duorum brachiorum de ortichella.

Item vna vimpa de ortichella duorum brachiorum.

Item vna vimpa vnius brachij, vel circa de ortichella cum liſtis albis paruis.

Item vna vimpa vnius brachij, vel circa de ortichella cum liſtis albis paruis.

Item una vimpa de ortichella antiqua, vnius brachij, vel circa, cum liſtis.

Item vnus panniculus antiquus de ortichella.

Item vna tela de bombice ſubtili ſtricta, & longa.

Item duo panniculi de ortichella ſimul cum liſtis albis.

Item vna tela longa de ortichella ſine liſtis.

Item vna longa tela de ortichella ſubtili, cum liſtis paruis albis.

Item vnus panniculus de ortichella.

Vnus panniculus de bombice paruus.

Item una tela de ortichella longa, cum aliquibus liſtis.

Item vna tela de ortichella cum liſtis albis, longa, & alba.

Item duo panniculi de bombice ſimul texti.

Item vna tela de ortichella ſubtili, ſine liſtis.

Item vna tela etiam de ortichella, cum liſtis albis.

Item vna tela de bombice cum vna fimbria circum circa de albo.

Item vna tela de bombice extrema, ſine liſtis.

Item una tela de bombice, cum liſtis albis in medio, & extremitatibus.

Item una tela antiqua de bombice extrema.

Et panni ſupraſcripti conſeruantur per Camerarios in quadam capſula in Sacriſtia.

Item Vna tobalea de cortina quadrata, unius cannæ, uel circa cum fimbrijs nigris ſericeis à duobus latibus, & cum tribus Crucibus paruis, & nigris, quam donauit Domina Paulina ſoror Domini Belli de Caranzonibus noſtri Canonici, die ultima Menſis Iulij, anno 1478.

Item quatuor panniculi, ſeu naſigia ad ponendum ſupra Calices, qui fuerunt donati.

Item unus panniculus de ſerico, cum uillis qui fuit etiam donatus.

Item die decima octaua Septembris, 1480. fuit donata una uimpa de ſerico albo ſubtili, cum roſis albis, habet aliqua foramina.

Item una tobalea magna cum liſtis azurris, & tribus crucibus uiridibus, quam donauit Lucretia ſoror Gabrielis Cappellani.

Item una tobalea longa, cum octo ordinibus liſtarum nigrarum per totam tobaleam, quæ fuit donata die 6. Aprilis, 1484. à quadam muliere Vngara, quæ uocatur Anna.

Item vna tobalea ſericata, cum coſtis diuerſorum colorum, cum ornamentis de auro conſignata poſt obitum Domini Marcelli, quæ eſt pulcherrima.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Item vna vimpa cum liſtis rubeis, & litteris deauratis, conſignata, vt ſupra proximo.

Item quatuor panniculi ad ligan. calices conſignati, vt ſupra, & poſiti ſunt vna cum duabus tobaleis proximè deſcriptis in capſa, in introitum Eccleſiæ Sacriſtiæ ſecretæ.

Item tobalea vna cum duabus leonibus, & crucibus donata per Mag. Ianotium Gratianum.

Hæc omnia fuerunt redacta ad certum numerum, vt patet, quia multa erant confuſa, & non reperiebãtur. Ideò auctoritate Capituli, omnia sũt abbreuiata, & redacta in certas perticulas, vt facilius poſſint inueniri, & in primis.

Tobaleæ magnæ, & nouæ pro Altari maiori cũ liſtis nigris de bombice, cum leonibus, alicornis, & fontibus, & alijs diuerſis ſignis, num. 18.

Item tobaleæ magnæ, & quaſi conſumptæ, pro vſu quotidiano cum liſtis nigris, quæ ponuntur in die Veneris ſancti.

Item tobaleæ ſericatæ cum liſtis deauratis diuerſorum colorum, num. 34.

Item tobaleæ de bombice paruæ, pro vſu Altaris cum liſtis de auro pro parte, & de ſerico diuerſorum colorum, num. 22.

Item tobaleæ liſtatæ de ſerico, diuerſorum colorum pro vſu quotidiano Altaris, & choro, numero 31.

Item vimpæ bonæ pro vſu Corporis Christi, numero 3.

Item panniculi de ſerico cum floribus aureis de ſerico, & diuerſorum colorum cooperien. calices, numero 5.

Item panniculi cum diuerſis liſtis num. 10. ad ligandum calices.

Item multa fragmenta, quæ remanſerunt de vimpis, & tobaleis de ſerico diuerſorum colorum, quæ poſita ſunt in armario.

Miſſale vnum conuentuale in carta pergamena, & bona littera, & incipit Verè dignum, & iuſtum eſt.

Item vnum Miſſale antiquum, de littera antiqua.

Item octo quaterni magni, in quibus ſunt ſcriptæ paſſiones Martyrum.

Item aliud volumen magnum, vbi ſunt ſcriptæ paſſiones Martyrum.

Item vnus liber altus in charta pergamena, ſermones Sanctorum, & Prophetæ.

Item vnus liber in pergameno, vbi ſunt ſermones Dominicales, & paſſiones Sanctorum, & alij ſermones, & eſt ligatus aſſibus.

Item vnum volumen cum aſſibus, vbi ſunt expoſitiones Euangeliorum, & aliquæ Homiliæ Sanctorum.

Item aliud volumen cũ aſſibus, vbi ſunt paſſiones Sanctorum, & aliæ Homiliæ, & ſermones.

A *Item vnũ volumen cum aſſibus, vbi eſt liber Iob, & ſeq. vſque ad librum Macchabæorum.*

Item vnum paſtorale Sancti Gregorij, cum aſſibus.

Item vnus liber in pergameno, vbi ſunt Orationes totius anni.

Item vnus liber Homiliarum, qui inſcribitur Viſio, quam vidit.

Item dialogus S. Gregorij in antiquiſſima, & groſſa littera.

Item quædam pijſſima volumina, vbi ſunt
B *capitula, & orationes totius anni.*

Item vnum Graduale in paruo volumine, cum antiquiſſimis notis.

Item aliud Grad. in bona charta, quod incipit Ad te Domine leuaui.

Item quoddã paruũ volumen, vbi ſunt Epiſtolæ, & Euangelia, & incipit, Fratres ſcientes.

Item quoddã paruum Grad. antiquum, quod incipit, Ad te leuaui, in littera minuta,

Item quidam paruus libellus, vbi ſunt quædã expoſitiones Euangeliorum, & Epiſt. & in fine
C *quædam tractatus de affinitate.*

Item paruus libellus, vbi ſunt lectiones, reſponſoria, & orationes, & eſt ſine aſſibus.

Item quoddam Pſalterium antiquum, in cuius principio eſt Kalẽdarium, & in fine eſt quoddam officium Beatæ Virginis.

Item vnus liber ſine aſſibus, in bona littera antiqua, vbi ſunt lectiones, & reſponſoria notata, & homiliæ ſuper Euangelijs.

Item vnum Antiphonarium, notatum nota antiqua.

D *Item vnus liber antiquus, ſine aſſibus, vbi ſunt expoſitiones Euangeliorum.*

Item vnus liber magnus in pergameno, vbi ſunt ſermones Sanctorum, & primus eſt ſermo S. Auguſtini de repræſentatione.

Item 12. quaterni magni, vbi ſunt paſſiones Sanctorum, & prima eſt paſſio S. Iuliani.

Item quidam libellus ſine aſsibus, vbi ſunt orationes, & capitula.

Item quidam libellus, qui incipit, Ad te leuaui ad modum Gradualis, cum nonnullis antiquis.

E *Item quidam alius libellus ſine aſsibus, vbi eſt quædam expoſitio ſuper quarto ſententiarum, & incipit, qui producit ventos.*

Item quoddam Graduale valde paruum, & cum litteris valde minutis.

Item quoddam Antiphonarium, valdè antiquum ſine aſsibus.

Item aliqui quaterni antiqui, vbi ſunt aliquæ Homiliæ.

Item quidam libellus ſine aſsibus, vbi ſunt Homiliæ, & Euangelia in bona littera antiqua.

Item qui-

Item quidam libellus, in quo ſunt antiphonæ, & reſponſoria, ita conſūpta, quod non poſſint legi.

Item quidā libellus ſine aſſibus inſunt quædam Miſſæ votiuæ, & incipit Rorate cæli.

Item regula S. Auguſtini, quæ incipit, Ante omnia ſorores, in paruo volumine.

Item quidam libellus ſine aſſibus, vbi eſt tractatus Iſidori de dignitate Eccleſiæ.

Item vnum Antiphonarium valdè antiquū.

Item quoddam annarium antiquum.

Item aliud annarium antiquum.

Item aliqui quaterni, vbi ſunt aliqui tituli decretalium.

Item vnum digeſtum nouum, cum aſſibus fractis.

Item quædā lectura ſuper Infortiatum, & incipit, & ita ſupra tractatum noſtrum.

Item aliud nouum cum vna tabula.

Item liber Codicis ſine aſſibus.

Supraſcripti libri ſunt valdè antiqui, et reconditi in Sacriſtia, & rarò ſunt in vſu.

Infraſcripti libri quinque, & xi. rotuli ſunt, quos habuit Eccleſia ex hæreditate Magiſtri Robini de Frācia cantoris eximij, & Canonici iſtius Baſilicæ, in primis.

Liber vnus de papiro cū aſſibus in magno volumine, dicitur eſſe ſpeculum muſicæ, incipit Angelorum diſtinctionem, quamuis ſit in principio, videlicet quaternus inſcriptus.

Item alius liber in muſicis in volumine magno in papiro cum aſſibus rubeis, incipit Kyrie, de primo tono, eſt quaſi conſūptus, et modici valoris.

Itē vnus libellus paruus in perg. cū aſſibus rubeis, in quo eſt Beth de muſica, & ſunt aliquæ cantilenæ notatæ, incipit Omnium.

Item vnus liber mediocris, in pergameno ſine aſſibus, dictus Boetius de Muſica, incipit in dandis, accipiendiſq; muneribus.

Item liber vnus papiro antiquus ſine aſſibus de cantu, vbi ſunt multa accumulata in muſicis.

Item xi rotuli in pergameno aduoluti cum diuerſis Hymnis, quibus vtuntur pueri cum pergunt cantando proceſſionaliter.

Et Miſſale vnum nouum, quod incipit annus habet menſes cum ſigno X.

Item vnum Euangeliſtariū eiſdem litteris, quod incipit liber Euangeliorum.

Item vnum Epiſt. eiſdem litteris, quod incipit liber Epiſtolarum.

Item vnum Miſſale, quod incipit Miſſale continuum, cum ſigno B.

Item vnū Euangeliſtariū, quod incipit Euāgeliſtarium per anni circulum.

Item vnū Miſſale cum prima littera aurea, quod incipit Annus habet Menſes xij. quod fuit Reuerendiſſ. D. Card. S. Marcelli, cū armis ſcil. 6.
A *ſtellis, & quadam Cruce cum littera C.*

Item vnū Euangeliſtariū coopertum argento, cū Crucifixo ab vno latere, alio latere eſt annuntiatio, quod incipit in feſto S. Matthiæ Apoſt. quod poſitum eſt in capſa, vbi ſtant Calices.

Item vnū Miſſale, quod incipit Ianuarius habet dies 31. habent illi de Societate non inuenitur, loco illius dederunt illud, quod habemus.

Item vnum Miſſale, quod incipit Ianuarius habet dies 31. ſignatum D.

Item vnū Miſſale, quod incipit. Incipit ordo
B *Miſſalis, & ante habet Kal. cum ſigno E.*

Item vnū Pſalterium, cum commune Sanctorum.

Item vnū Pſalteriū, quod incipit Beatus uir, in paruo uolumine ſine aſſibus, in vlt. carta habet Nunc dimittis, & poſt, vnam orationem.

Item vnum Pſalterium, quod incipit Hymnus, vel primo dierum.

Item vnum Pſalterium, quod incipit, Beatus vir, habet Dom. Iacobus Capoccius.

Item vnum Capitulare cum Martyrologio.

C *Item vnum Hymnariū notum, quod incipit, Conditor alme ſyderum, vbi eſt officium Corporis Chriſti.*

Item vnum Homiliariū paruum, quod incipit Dominica prima de Aduentu.

Item vnum Homil. quod incipit, liber Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris magnum.

Item vna Biblia cum duobus voluminibus.

Item vnū paſſionariū, quod incipit mēſe Iulij.

Item vnum paſſionarium, quod incipit pridie Kalendas Decembris.

D *Item vnum annarium, quod incipit, Rorate cæli deſuper.*

Item vnū Antiphonarium, quod incipit. Incipit officium nouæ ſolemnitatis.

Item vnū Graduale magnū, quod incipit, Ad te leuaui animam meam.

Item vnum Graduale magnum, quod incipit Dominus in littera magna, in parua verò incipit Rorate cæli.

Item vnum Graduale paruum, quod incipit Aſperges me Domine, eſt indutum albo, ha-
E *bent Cantores.*

Item vnum Breuiarium, quod incipit Annus habet menſes xij. & eſt oculi omnium in te ſperant Domine.

Item vnus liber, in quo eſt officium, Annus & officia Conceptionis, & Viſitationis, cum rubricis nouis.

Item vna alia Biblia in duobus Voluminibus.

Item Epiſtolæ B. Pauli in magno volumine, cum gloſſis cooperto corio albo.

Item liber inſtitutionum cum gloſſis.

Item vna Summa ſuper Infortiato, aliàs lectura antiqua. A

Item vnus liber Cronicarum, qui incipit, Sanctiſſimo Patri.

Item quartus liber ſententiarum cum certis ſermonibus, in fine coopertus cum aſſibus rubeis.

Item quarta pars Moralium ſancti Gregorij ſuper Iob.

Item vnum Pſalterium, quod donauit Eccleſiæ Honorius Papa Tertius.

Item quædam parua expoſitio ſuper 4. libris ſententiarum. B

Item vnum Breuiarium finit in vna oratione, quæ incipit Beatorum Martyrum.

Item vnum volumen Bibliæ, quod continet totum Eſdræ magnum in pergameno, quod reliquit Dominus Donatus Zuccarelli, Canonicus Teruiſanus, qui iacet in naui Altaris ſancti Hieronymi, in Cappella Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Item vnum Miſſale, quod ante ſe habet Kalendarium, & incipit in Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod dicitur Miſſale de Societate, C *quod habuerunt illi de Societate ſignatū F.*

Item vnum Miſſale, quod ſtat in Eccleſia Sanctæ Viuianæ ſignatum G. & incipit ordo Miſſarum, cum oratione in fine Confiteor.

Item vnum Miſſale, quod incipit, Ordo Miſſalis, & retro ſe habet Kalendarium ſignatum H.

Item vnum Miſſale, quod incipit, Ordo Miſſalis, & ante habet vnam cartam cum Gloria in excelſis, & Credo, & retro ſe habet Kalendarium, ante quod eſt benedictio aquæ ſigna- D *tum I.*

Item vnum Miſſale paruum, quod habet Kalendarium, & in fine habet quandam orationem quæ incipit, Confiteor te Domine omnipotens, & miſericors Dominus, ſignatum K.

Item vnus liber, in quo eſt Officiū Niuis notum, quod donauit Reuerendiſſimus Dominus Rothomagenſis.

Item vnum Pſalterium, quod incipit, Primo dierum omnium, & in fine habet Kalendarium cum vna imagine Beatæ Virginis. E

Item vnum Capitularium nouum, quod incipit in Nomine Domini, & ante ſe habet Kalendarium, retro habet, Te Deum laudamus, quod donauit Reuerendiſsimus Dominus Rothomagen.

Et Pſalteria duo noua, & magna in pergameno cum Kalendario ante, & cum Beatus uir, & cum multis floribus miniatis de auro, & azurro, & cum armis, in quibus eſt depictus vnus ſcorpio.

Item vnum Miſſale, quod incipit Ordo Miſſalis cum Kalen. poſt ſe ſignatum L.

Item liber Iob, Tobiæ, Eſther, Iudith, Niniuæ, & Machabæorum, in vno volumine eſt antiquus, & pro parte conſumptus.

DE REBVS ARGENTEIS, AVREIS, ATQVE ORICHALCHIS

Quæ adhuc in ſacra Baſilica reperiuntur.

Caput III.

DIximus ſuperius de ſacris antiquis mobilibus huius Baſilicæ; ſequitur modo tractandum de ijs, quæ noſtra tempeſtate ad diuinum cultum adhibentur.

Magna Crux argentea, cuius pondus lib. 27. vnc. 10. non magis materia, quàm arte miranda.

Alia Crux argentea, maxima cum arte elaborata, cuius pondus lib. 20.

Alia Crux, cuius pondus libr. 5.

Alia Crux ex hebano cum Chriſto argenteo deaurato.

Alia Crux argentea, quæ in proceſſionibus adhibetur, cuius pondus libr. ſexdecim, & vnc. 9.

Alia Crux argentea parua pro proceſſionibus, libr. 3. vnc. 10.

Alia Crux ex hebani ligno cum Chriſto ex argento.

Alia Crux ex iaſpide translucido, cum pede deaurato metallico, inſeruiebat pro Altare Papali.

Alia parua Crux argentea deaurata, granatis, ac perlis, alijſque lapidibus pretioſis ornata pro Epiſcopo celebrante.

Alia parua ſacrarum reliquiarum Crux aurea miſteria Chriſti Domini paſſionis impreſſa gerens, cuius pondus vnc. vna cum quinto, pro Epiſcopo ſolemniter celebrante.

Annulus aureus cum precioſo lapide viri diſcoloris, pro Epiſco po celebrante.

Nonnulli alij annuli ex alia materia deaurati, & rubri, ac crocei coloris lapidibus pretioſis illuſtrati.

Sex Candelabra argentea, cuius pondus ad 13. libras, & vnc. 3. aſcendit.

Sex Candelabra argentea cum ſanctorum Petri, & Pauli, & Ioannis Euangeliſtæ effigie, cum S. Sixti Cardinalis inſignibus.

Bina

Bina Candelabra argentea libr. 25. cum S. Caroli Borromæi inſignibus.

Duo parua Candelabra argentea cum Cardinalis Caſſani, inſignibus lib. 6. & vnc. 9.

Bina parua Candelabra argentea, libr. 1. vnc. 6.

Prigia argentea ponderat vnc. 8.

Duo parua candelabra ex translucido iaſpide.

Lampas argentea artificioſè formata, ponderat libr. 35. vnc. 3.

Octo lampades argenteæ cum Cherubinis, harum pondera ad 99. libras cum dimidia perueniunt.

Quatuor lampades argenteæ, cum Angelis egregie conditæ, harum pondera ad triginta octo libras cum dimidia perueniunt.

Pix pro ſacra Euchariſtia ſeruanda, libr......

Pix pro Altare Præſepij, vbi ſacra Euchariſtia ſeruatur.

Tabernaculum argenteum deauratum, libras 5.

Ancilia argenti cum ſpargulo, ponderat lib. 4. vnc. 4.

Acera cum nauicula argentea deaurata cum Cardinalis S. Sixti inſignibus ponderat lib. 6. vnc. 8.

Aceria cum nauicula argentea ponderat lib. 5. & vnc. 2.

Pax aurea cum Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti exculpta.

Pax argentea deaurata ponderat lib. 1. vnc. 3.

Polubrum ouati ſpeciem referrens cum aquali, cum baptiſterio S. Ioannis exculpto in medio vna cum Cardinalis Antoniani inſignibus ponderat lib......

Vnum paruum Polubrum argenteum cum duabus ampullis, cuis pondus lib. vna vnc. 10.

Polubrum paruum argenteum deauratum duabus cum ampullis cum Papæ Gregorij Decimiquarti inſignibus ponderat lib. 1. vnc. 8.

Paruum polubrum argenteum, ponderat lib. 1. vnc. 1.

Calix aureus cum patena cum Cardinalis Toleti inſignibus ponderat lib. 2.

Calix argenteus cum Patena cum ſancti Sixti Cardinalis inſignibus ponderat lib. 4. vnc. 2.

Calix argenteus cum patena ponderat lib. 3. vnc. 5.

A Calix argenteus cũ patena, põderat libr. 2. vnc. 9.

Calix argenteus deauratus, atque artificioſè elaboratus cum Patena, & cum ſancti Sixti Cardinalis inſignibus ponderat lib. 2. vnc. 8.

Calix argenteus cum patena ponderat lib. 2. vnc. 2.

Calix argenteus deauratus, maximaque cum arte compoſitus vna cum patena ponderat lib. 2. vnc. 1.

B Calix argenteus cum patena ponderat lib. 2.

Calix argenteus deauratus mirificè conflatus cum patena ponderat lib. 1.

Calix argenteus deauratus cum patena lib. 1. vnc. 1. ponderat.

Calix argenteus deauratus ſumma arte elaboratus cum Caſali inſignibus ponderat lib. 2. vnc. 2.

Calix argenteus cum patena Papæ Iulij de montibus, & etiam cum nonnullis alijs C inſignibus ponderat lib. 2. vnc. 1.

Alij XIII. Calices argentei, quibus in dies vtuntur, qui ponderant lib......

DE SACRIS BASILICAE VESTIBVS, ET PALLIIS,

Atque alijs Mobilibus.

Cap. IV.

D

PALLIVM album, & rubrum auro intertexto, aureis tænijs exornatum, in medio Pij Papæ V. inſignia geſtans.

Pallium vnum album auro intertexto, in medio Gregorij Decimitertij Papæ inſignia geſtans, aureis tænijs exornatum.

Pallium vnum rubrum auro intertexto E aureiſque tænijs exornatum, & in medio magni Etruriæ Ducis inſignia geſtans.

Pallium auro intertexto aureis tænis exornatum, in medio Cardinalis Farneſij inſignia geſtans.

Pallium auro intertexto, aureis tænijs exornatum.

Duo Pallia rubra, & viridia, auro argentoque intertexto, in eorum medio Illuſtriſſimi Cardinalis Pinelli inſignia geſtant.

Pallium auro atque argento intertexto aureis tænijs ornatum, in medio Deiparæ Imago,

Imago, in vtraque verò parte Sermonetæ Ducis inſignia geſtans.

Pallium ex ſerico, albo colore ex argenteis floribus, atque aureis tænijs exornatum, in cuius medio B. Virginis Imago, ab vtraque verò Gregorij XIV. Papæ inſignia.

Quatuor Pallia argentea intertexta aureis tænijs maxima cum arte elaborata, in medio Deiparæ Imaginem, vtraque verò parte Clementis Papæ Octaui inſignia geſtantia.

Pallium ex ſerico villoſo argento intertexto, in medio Antonij Taſſi inſignia geſtans.

Pallium argento intertexto aureis tænijs exornatum.

Pallium album pro ara maxima argento auro, perlis, & granatis mirificè intertextum, in medio Deiparæ, nonnullarumque ſanctarum Imagines geſtans vnà cum Franciſci Scappuccij inſignibus.

Pallium rubrum auro, atque argento intertexto, aureis tænijs exornatum, in medio Marcelli ſanctacrucij inſignia geſtans.

Pallium argento intertexto aureis tænijs exornatum.

Pallium ex ſerico vngulato, colore rubro, & albis ſericis tænijs exornatum.

Pallium ſericum album cum ſericis tænijs, in medio Clementis Papæ VIII. inſignia geſtans.

Pallium ſericum album ſericis tænijs.

Pallium album argento intertexto ex diuerſis coloribus artificioſè formatum, in medio Deiparæ Imaginem vna cum Soræ Ducis inſignibus geſtans.

Pallium ſericum album vngulatum ſericis, atque aureis tænijs, in medio Cardinalis Toleti inſignia geſtans.

Pallium ſericum album vngulatum in medio Gregorij XIII. inſignia geſtans.

Pallium album argento intertexto maxima cum arte elaboratum.

Pallium ſericum album vngulatum aureis tænijs.

Pallium ſericum album vermiculatum aureis tænijs.

Pallium argento intertexto, purpureis floribus, aureiſque tænijs exornatum, in medio Ducißæ Cæſiæ inſignia geſtat.

Pallium ſericum album aureis tænijs, in medio Cæſij Ducis inſignia geſtat.

Pallium auro, atque argento intertexto aureis tænijs ſplendide elaboratum, in medio Cæſiæ Ducißæ inſignia geſtat.

Pallium ſericum argento intexto aureis

A tænijs, in medio Pauli V. Pont. Max. inſignia geſtat.

Pallium ſericum album, & aureatum, ſericis tænijs, in medio mortis figuram geſtans.

Pallium ſericum vngulatum aureo colore.

Pallium ſericum vngulatum rubeo colore, ſericiſque tænijs.

Pallium argento intertexto, aureis, ſericiſque ex rubeo colore tænijs exornatum.

Pallium argento intertexto, ſericis, atque

B aureis ex albo colore tænijs.

Pallium ſericum vngulatum albis floribus ornatum.

Pallium ſericum vngulatum album aureis floribus ornatum.

Pallium ſericum vngulatum ſericis tænijs ornatum, in medio ſanctæ Crucis ſignum, & ſancti Sixti Cardinalis inſignia geſtans.

Pallium argento intertexto, aureis tænijs ornatum, in medio Deiparæ Imaginem ge-

C ſtans.

Pallium argento intertexto aureis tænijs ornatum, in medio ſanctiſſimi Præſepis Imaginem geſtans.

Pallium ſericum album auro, atque ſerico intertexto, aureis tænijs, in medio nomen Ieſu geſtat.

Pallium argento intertexto ſericis floribus ornatum, aureis, atque ſericis rubeis tænijs, in medio Marchionißæ ab Altæmps inſignia geſtans.

D Pallium argento intertexto, aureis, atque ſericis lunis, & ſtellis ornatum, in medio Deiparæ Imaginem geſtans.

Pallium ſericum villoſum rubeum argento intertexto, aureis, atque ſericis rubeis tænijs maximo cum artificio elaboratum.

Pallium auro atque argento intertextum aureis, atque ſericis cæruleis tænijs, in medio Marci Antonij Muti inſignia geſtans.

Pallium ex ſerico vngulato rubeo, ex au-

E ri ac ſerici rubri coloris faſcijs ornatum.

Pallium Ciambellottum vndoſum ex rubro colore, in medio Capizucchorum inſignia geſtans.

Pallium ſericum vngulatnm rubeum in medio ſanctiſſimæ Crucis ſignum geſtat vna cum Cardinalis Sancti Sixti inſignibus, aureis, & ſericis rubro colore tænijs exornatum.

Pallium rubeum ex retibus coopertum mira arte efformatum, in medio familiæ Montium inſignia geſtans.

Pallium

Pallium rubeum ex retibus coopertum, A pereleganter elaboratum, in medio Carpineæ Comitiſſæ inſignia geſtans.

Pallium rubeum, & album auro intertexto, aureisque, atque ſericis tænijs ornatum, in medio Marcelli ſanctæ Crucij inſignia geſtans.

Pallium ſericum villoſum rubeum aureis tænijs ornatum, in medio Cardinalis Toleti inſignia geſtans.

Pallium ſericum vngulatum rubeum ſericis tænijs ornatum. B

Pallium rubeum, & album, auro, & argento intertexto, aureis tænijs ornatum, in medio Deiparæ Imaginem geſtat.

Pallium ſericum villoſum rubeum aureis atque argenteis tænijs ornatum, in medio S. Auguſtini imaginem geſtans, vna cum Vercellenſis Cardinalis inſignibus.

Pallium ſericum vngulatum rubeum aureis tænijs ornatum, in medio Sixti Papæ V. inſignia geſtans.

Pallium ſericum rubeum auro intertexto C maxima cum arte elaboratum.

Pallium ſericum rubeum pro ſancti Leonis Papæ Altare.

Pallium rubeum auro intertexto, aureis ſtellis, & ſericis rubeis, atque aureis tænijs ornatum.

Tria Pallia ſerica vngulata rubea aureis faſcijs adornata, in medio Pauli V. Pont. Max. inſignia geſtantia.

Pallium ſericum viridi colore, aureis tænijs, atque faſcijs ornatum, in medio Deiparę D Imaginem, & ex vtraque parte Cardinalis ſancti Sixti inſignia geſtat.

Pallium ſericum vngulatum viridi colore ſericis tænijs eodem colore exornatum.

Pallium ſericum vngulatum viridi colore aureis tænijs adornatum.

Pallium viridi colore auro intertexto, aureiſque ſericis eodē colore tænijs exornatum, in medio Marcelli ſanctæ Crucis inſignia geſtans.

Tria pallia ſerica viridis coloris aureis tæ- E nijs exornata.

Pallium ſericum vngulatum viride, ſericis tænijs ornatum, in medio Cardinalis Toleti inſignia geſtat.

Pallium ſericum villoſū viride, tænijs ornatum.

Pallium ſericum vngulatum viride, ſericis, aureisque tænijs exornatum, in medio Flaminiæ Cæſiæ inſignia geſtat.

Tria Pallia ſerica vngulata, colore viridi, aureis tęnijs exornata, in medio Pauli V. Pōt. Max. inſignia geſtantia.

Duo pallia ſerica villoſa colore puniceo, aureis tænijs exornata.

Pallium ſericum vngulatum colore puniceo, aureis tænijs exornatum, in medio familiæ Capizucchæ inſignia geſtans.

Pallium colore puniceo auro intertexto, aureiſque faſcijs ornatum, in medio Iuliæ de Cæſarinis inſignia geſtans.

Pallium ſericum puniceo colore, in cuius medio Crucis ſignum adeſt.

Pallium ſericum villoſum leonatum vermiculatum, in medio D. N. Ieſu Chriſti paſſionem geſtans.

Tria pallia falſa ſerica.

Pallium ſericum vngulatum, aureis, atque ſericis tænijs, in medio Marci Antonij de Piccolomineis inſignia geſtat.

Pallium auro intertexto ex colore violaceo, folijs aureis ornatum, in medio Card. S. Sixti inſignia geſtat,

Pallium ex colore violaceo, argento inter texto, folijs aureis, atque ſericis ex varijs coloribus maxima cum arte ornatum, in medio Petri Cardinalis Aldobrandini inſignia geſtans.

Pallium ex camelotto violacei coloris, faſcijs ſericis ornatum.

Pallium ſericum vngulatum ex colore violaceo, faſcijs, & tænijs ſericis varij coloris ornatum.

Tria pallia ſerica vngulata ex colore violaceo, tænijs aureis ornata Pauli V. Pontif. Max. inſignia geſtantia.

Pallium ſericum vngulatum coloris violacei, faſcijs, & tænijs aureis ornatum.

Pallium ſericum villoſum nigrum faſcijs aureis, atque tænijs ornatum.

Palliū ex camelotto nigro, in medio Crucis ſignum, vnà cum inſignibus familiæ Columnenſis geſtat.

Pallium ſericum villoſum nigrum faſcijs & tænijs ſericis, & aureis ornatum, in medio inſignia familiæ de Cæſis geſtans.

Pallium ſericū villoſum nigrum, in medio Crucis ſignum, cum inſignibus familiæ Burgheſiæ geſtat.

Alia etiam pallia quotidie inſeruientia, quæ breuitatis cauſa omittimus.

Duæ planetæ ex ſerico rubro, atque albo, argento intertexto, auro exornatæ, pluuiale, & tunicellæ, faſcijs ex auro ornatæ, cum Pij Papæ Quinti inſignibus.

Planeta ex ſerico albo, auro intertexto, cū faſcijs ex auro elaboratis, cum Iulij Papæ Secundi inſignibus.

Plane-

Planeta ex ſerico violaceo, auro intermixto, cum Cardinalis Azzolini inſignibus.

Planeta ex ſerico violaceo, auro, argentoque intertexto, cum Cardinalis S. Sixti inſignibus.

Pluuiale ex ſerico rubro, auro intertexto duabus cum faſcijs à Capitulo donatum.

Pluuiale ex ſerico rubro, auro inſerto, cum faſcijs.

Planeta ex ſerico vngulato albo, cum aureis floribus, atque faſcijs elaborata, pluuiale, atque tunicellæ à Sancto Carolo Borromæo B. Virgini donatæ.

Planeta ex ſerico albo vngulata, pluuiale, & tunicellæ aureis faſcijs ornatæ, à Capitulo donatæ.

Planeta, dalmatica, atque tunicella ex ſerico argento intertexto, aureis faſcijs, varijque coloris floribus à Clemente Papa Octauo donatæ.

Tres aliæ planetæ ex ſerico, auro intermixto, cum aureis faſcijs à Clemente Papa Octauo donatæ.

Duæ aliæ planetæ ex ſerico, argento intertexto, cum aureis faſcijs, atque aureis floribus, à Capitulo donatæ.

Planeta ex albo, & rubro ſerico, argento, atque auro internitente, aureis floribus, mira arte elaborata, & ab Oliuaræ Comitiſſa Beatæ Virgini donata.

Planeta ex ſerico, argento intertexto cum aureis pinis, atque faſcijs à Dominico Cardinale Pinello donata.

Planeta ex ſerico, argento inſerto, cum aureis faſcijs à Michaele Angelo Tonto Cardinale donata.

Planeta ex ſerico albo, cum aureis faſcijs pluuiale, dalmatica, & tunicella à Clemente Papa Octauo donata.

Planeta, & tunicella ex ſerico vngulato albo, cum aureis faſcijs à Capitulo donatæ, nec non aliæ planetæ ex diuerſis ſericis albis.

Veſtis ex ſerico villoſo rubeo, planeta, dalmatica, tunicella, Capizucchorum cum inſignibus.

Veſtis ex ſerico ermiſſino rubeo, planeta, dalmatica, tunicella.

Veſtis ex ſerico vngulato rubeo, planeta, dalmatica, tunicella, & pluuiale à Sancto Carolo Borromæo donata, dum Archipresbyteratum geſſit.

Veſtis ex ſerico auro intertexta, planeta, dalmatica, & tunicella à Dominico Cardinali Pinello donatæ.

A Planeta ex ſerico villoſo rubeo Glorioſæ Virginis Imaginem habens.

Planeta ex ſerico rubeo, aureis floribus depicta à Clemente Papa Octauo donata.

Planeta ex ſerico rubeo, auro intertexto, cum Sanctæ Crucis Familiæ inſignibus atque permultæ aliæ ex eiuſdem coloris ſerico.

Veſtis ex ſerico viridi, planeta, dalmatica, tunicella à ſancti Sixti Cardinale donatæ.

B Veſtis ex ſerico vnguloſo viridi, planeta, dalmatica tunicella, & pluuiale à Capitulo donata. Atque aliæ planetæ ex eiuſdem coloris ſerico.

Apparatus ex ſerico vngulato, punicei coloris, auro intertexto, ideſt tres planetæ pro Aduentu, & Quadrageſima, duæ tunicellæ, & pluuiale à Capitulo donata.

Tres planetæ ex ſerico villoſo punicei coloris.

Planeta ex ſerico punicei coloris, aureis

C atque argenteis floribus exornantibus à Cardinali Antoniano donata.

Planeta ex ſerico, argento, atque auro intertexta à Cardinali Camerino donata.

Planeta ex ſerico, auro, & argento intertexto, à Cardinali Pinello donata. Atque Aliæ planetæ ex eiuſdem coloris ſerico.

Apparatus ex ſerico villoſo nigro; ideſt planeta dalmatica, & tunicella.

Veſtis ex ſerico villoſo nigro, planeta, duæ Dalmaticæ, & duæ Tunicellæ,

D ideſt binæ ex ſerico villoſo, & binæ ex ſerico ermeſſino in exequijs Ioannis Baptiſtæ Burgheſij Pauli Quinti, Papæ germani fratris, donatæ. Atque aliæ ex eiuſdem coloris ſerico.

Duo pluuialia ex ſerico vngulato albo cū aureis faſcijs à Galeotto Offreduccio donata.

Hic eſt obſeruandum, Romanos Pontifices in Paſchali ſolemni Chriſti Reſurrectionis, ſolitos tribus Patriarchalibus, nimirum Lateranenſi, Liberianæ, & Vati-

E canæ ſtragula largiri, opipare ornata Pontificis cum inſignibus. Quamquam ſolum à Pauli Tertij ætate temporum iniuria exſtant.

Nos in ſanctæ Mariæ Maioris ſacrario ſeptuaginta inuenimus, quæ feſtiuis diebus pro Baſilicæ ornatu inſeruiunt.

Et quidem quadraginta duo ſtragula ex ſerico, auro intertexto, cum faſcijs viridibus.

Septem ſtragula ex ſerico vngulato albo, aureis floribus inſertis cum faſcijs rubeis.

Sex

Sex ſtragula ex ſerico vngulato rubeo cum faſcijs viridibus.

Duo ſtragula ex ſerico puniceo.

Duo ſtragula ex ſerico viridi, auro intertexto, atque floribus, cum faſcijs rubeis.

Duo ſtragula ex ſerico, auro intermixto, cum faſcijs nigris, vnum pro exequijs Pij A Quinti; Alterum verò pariter pro Sixti V. Pontificibus exequijs deſeruientia.

Plurimas alias res mobiles ad diuinum cultum ſpectantes, quæ quotidie adhibentur, breuitatis cauſa omittimus.

FINIS LIBRI OCTAVI.

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER NONVS.

AVCTORE
ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE ILLVSTRIBVS HOMINIBVS, qui ex hac Baſilica prodierunt.

CAPVT PRIMVM.

HACTENVS de ſupellectilibus, & rebus ſacris huic Baſilicæ donatis. Sequitur, vt de Principibus viris, qui ex illa effluxerunt attingamus. Nulli dubium eſſe debet, quamplurimos inſignes Viros ex hac Eccleſia deriuaſſe; nec ſolum litteris, ſed etiam dignitatibus præſtantes; atque adeo egregijs Virtutibus æterna memoria dignos. Sed temporum culpa ſic memoria extincta eſt, vt vix aliquos extraxerimus. Nos miſſis pluribus Epiſcopis, Archiepiſcopis, & alijs; tantum Pontifices, & S.R.E. Cardinales indicabimus.

Clemens Papa III. fuit in tali Baſilica nu-
A tritus, nimirum in eiuſdem Canonica, &
per omnes huius Eccleſiæ dignitates pertranſiuit, velut Ciaccon. *Romæ honoſto loco, familia Regionis Pineæ, quæ ſcholaris uocabatur, patre Ioanne, matre Maria ortus, in Canonica S. Mariæ Maioris educatus, & edoctus fuerat, cuius & ipſe Canonicus aliquando fuit, ab Alexandro Tertio paulò ante obitum ſuum adhuc iuuenis in Patrum Collegium adſcitus; maximæ in Eccleſia Romana auctoritatis ob doctrinam, & prudentiam, vitæ integritate adiuncta vir*
B *euaſit, & à prædeceſſorum ſuorum Lucij, Vrbani, & Gregorij latere nunquam dimiſit, creatus Piſis à 22. Cardinalibus, ſedit Imperatoribus Federico Aenobarbo, & Henrico Sexto eius filio Auguſtis, annos tres, menſes duos, dies 20.* Ciaccon. Plat. & Honuphr. in vita ipſius.

Honorium III. à pueritia pariter hæc Baſilica

S. Anton. Archiepiſc. Flor & Paul. Cortes. in lib. de Cardinalat. gent. Sabel. Ciacc. Platina. Honuph. & manuſcript. Vatic. in vita ipſius Honorij Tertij.

ſilica aluit, cuius Canonicatum poſſedit, velut ex ijs, qui de ſummis Pontificibus tradiderunt, & Ciaccon. *Qui adoleſcens in Eccleſia Patriarchali S. Mariæ Maioris educatus eiuſdem etiã Canonicus primum fuit. An. 1227. 15. Kal. Aprilis nocte ſequenti, feria ſexta hebdomadæ quintæ Quadrageſ. obijt Romæ Honorius Papa Tertius ſepultus ante aram Præſepij in Baſilica S. Mariæ Maioris, anno Pontif. ſui 10. menſ. 8. vitam egit, vt bonum Paſtorem decebat. vacauit ſedes diem vnum.* A

Honuph. et Ciac. in vita Innoc. III. à quo creatus fuit Cardin. anno 1206. Pōt. ſui 6. & in vita Honorii III.

Petrus Saxo Anagninus, Cardinalis tituli ſanctæ Pudentianæ Canonicus extitit, ſic initio Miſſalis cuiuſdam Angeli de Tuſcanella: *Petrus Saxo Canon. S. Mariæ Maioris.* B

Ciacc. & Honuph. in vita Vrbani VI.

Stephanus Paloſius Canonicatum tenuit, exin Tudertin. Epiſcopus, talis Baſilicæ Vicarius, & Cardinalis tit. S. Marcelli, atque eiuſdem Archipresbyter eſt creatus: *Stephanus Paloſius Normandus, Romanus ex Canonico S. Mariæ Maioris Epiſcop. Tudertinus, Papæq; in Vrbe Vic. Presb. Card. tit. S. Marcelli, poſt S. R. E. Camerar. & S. Mariæ Maioris Archipresb. Obijt Romæ 3. Kalen. Maij, anno 1398. Pontif. Bonif. IX. humi ad S. Mariam Maiorē ſepultus, cum tabula marmorea, eius inſignia, & inſcriptionem habente. Hic iacet, &c.* C

Ciacc. & Honuph. in vitã Iulij II. in ſua 6. Card. ordin.

Franciſcus Argentinus Venetus, Epiſcopus Cōcordien. Iulij II. Datarius, talis Eccl. Canon. tenuit, anno verò 1511. ab eodem Pont. Card. effectus, eodē anno eſt mortuus.

Hon. & Ciacc. in vita Leonis X. vſq. ad Clem. Papam 7.

Siluius Paſſerinus Cortonenſ. Protonot. Apoſt. & Papæ Datarius, fuit huius Baſil. Canon. & à Leone X. Card. creatus tit. S. Laurētij in Lucina anno 1517. obijt anno 1529. in cuius ſepulchro hæc perleguntur: D

SILVIVS PASSERINVS ARCHIEPISC. COSENT. IPSIVS CARD. EX NICOLAO PASSERINO, ET FRANCISCA HIERONYMI BORBONII MARCHIONIS MONTIS S. MARIAE, FILIA CONIVGIBVS PRONEPOS PATRVO MAGNO BENEMERENTI, ATQVE SIBI ADHVC VIVENS, AC DE MORTE COGITANS FACIENDVM CVRAVIT ANNO DOMINI. M. D LXXXVII. E

Ciacc. & Hon. in vita Pauli 3. vide & Io. Ant. Petramell. in vita Sixti V.

Iacobus Sabellus Diaconus Cardinalis ſanctæ Luciæ in Silice, poſtea Sanctorum Coſmi, & Damiani, huius Baſilicæ Canonicatum retinuit, velut ex Archiuio, anno 1538. & Paulus Papa III. ad Cardinal. euexit anno 1539. extinctus eſt anno 1587.

Honuph. et Ciac. in Vita Pauli Papæ III.

Marcellus Creſcentius Romanus, Rotæ Auditor, Epiſcopus Marſi, fuit ſanctæ Mariæ Maioris Canonicus, & à Paulo Tertio Cardinalis creatus, mortuus eſt anno 1552.

Innocentius Bubalus Romanus, Vtr. Sig. Referendarius, & Epiſcopus Camerinenſis apud Regem Chriſtianiſſimum pro Sede Apoſtolica Nuncius, & huius Eccleſiæ Vicarius, tandem à Clemente Octauo Pont. Max. eſt Cardinalis creatus, & ex hac vita migrauit anno ......

Camillus Burgheſius Romanus, Vtr. Sign. Referēdarius, Bononiæ Gubernator, Cameræ Apoſtolicæ Auditor, & à Clemente VIII. in Hiſpaniam Nuncius Apoſtolicus miſſus, poſtea ab eodem Pontifice ad Cardinalatum traductus, tituli ſancti Euſebij, poſtea tituli ſancti Chryſogoni, ex quo etiam ad Pontificatum nomine Paulus V. talem Eccleſiam circiter duodecim annos Vicarius moderatus eſt, & in ſuo feliciſſimo Pontificatu apertum teſtimonium tulit erga hanc Baſilicam pietatis, velut partim ex dictis, partim ex dicendis patebit.

DE ILLVSTRIBVS HOMINIBVS,

Qui in hac Baſilica requieſcunt.

Caput II.

De hoc Benedicto vide Platin, Honuph. & manuſcri Vatic. in vita Nicolai II. qui in Pontific. vixit ann. 2. Menſ. 6. & dies 2.

ILLVD modo conſequitur, vt de Principibus Viris, qui in illa obdormiũt eodem pacto indicemus. Cardinalis Sirletus in ſanctæ Mariæ Maioris tractatu narrat ex libro Vaticano deſumpſiſſe Benedictum Decimum Antipapam in hac Baſilica humatum eſſe. Sic enim ſcribit: *Vetuſto quodam libro Bibliot. Vatic. de Vitis Pont. legi Benedictum X. pacificata cauſa priuatũ apud hanc Baſilicam obiſſe, & in ea ſepultum eſſe anno Domini 1059. iacet in terra inter Altaria Præſepis, & Diui Hieronymi.*

Lege etiam Leon. Hoſtron. hiſtoriæ Caſſinatis lib. 62. cap. 102. & Ciacc. in vita Nicol. 2. & in vita dicti Benedicti, & Ciacc. loquitur de ipſius ſepult. anno 1059. 5. Idus Aprilis Vide etiã Pet. Dam. qui eo temp. vixit.

Quod in manuſcriptis Archiuij ante Sirletum apparet: *Benedictum X. Pontificem iam priuatum apud hãc Baſilicam obiſſe, extat in vetuſto libro in Bibliot. Vatic. & in ea ſepultum prope Altare Præſepis anno Domini 1059.*

Nimirum ante Sacelli Sixti Quinti ingreſſum in Pœnitentiariorum Naui; idem Ciaccon. in eiuſdem Benedicti Vita: *Apud Eccleſ. S. Mariæ Maioris ſacerdotio priuatum manere iuſſit vbi paulo poſt 5. Idus Aprilis animi dolore confectus ibidem moritur, & ſepellitur:*

Necnon Petrus Damianus Cardinalis ad Mediolani Archiepiſcopum ſcribens.

Plat. et manuſc. Vatic. de Vitis ſum. Pont. ſub nomine Damaſi qui dicunt cæpiſſe Pontif. an. 1216. 17. Cal. Aug. & vixiſſe ann. X. Menſ. 8. obijt apud S. Mariã Maiorẽ an. 1227. 15. Cal. Aprilis. S. Ant. Archiep. florent. & Paul Cortes. in lib. de Cardinalat.

Honorius Papa Tertius in tali Baſilica eſt ſepultus vt per Ciaccon. *Anno Dom. Natiuit. 1227. 15. Calen. Aprilis, nocte ſequenti feriam 6. hebdo. 5. Quadr. obijt Romæ Honor. Papa III. ſepultus ante Aram Præſepis, in Baſil. S. Mariæ maioris. Anno Pontif. ſui x. menſe 8.* A

Nicolaus Quartus Pontifex etiam ipſe ante paruum oſtium humi quieſcit verſus ſanctam Pudentianam reſpiciens, ſic Cardinalis Sirletus: *Nicolaus IV. iacet in terra prope Portam minorem, exeundo à Baſilica verſus ſanctam Pudentianam, habetque iniectum epitaphium, quod ita legitur.* B

HIC TVMVLVS TVMVLAT HVMILEM QVI FASCIBVS AVCTVS,
SIC MORIENS STATVIT OSSA MANERE SVA.
HVNC FRANCISCVS ALIT CARDO VT SIT, ALMAQVE PETRI
SEDES MAGNIFICAT GRATIA DEI BEAT,
QVARTVS PAPA FVIT NICOLAVS VIRGINIS AEDEM C
HANC LAPSAM REFECIT, FITQ. VETVSTA NOVA.
PETRVS APOSTOLICVS SOCIVM FRANCISCVS ALVMNVM
PROTEGAT OMNIPOTENS MATRE ROGANTE BEET.

De tranſlatione corporis Nicolai Papæ IV, in archiuio pulchrũ inſtrum. conſer. vide etiam Honuphr. de Cam. c. 12. in fin. vbi hæc verba leg. ad S. Mariam maiorem conditi ſunt Bened. X. Honor. III. prope Præſepe, & Nicolaus IV.

Ex quo loco Cardinalis Montaltus, poſtea Sixtus Papa Quintus, ad Aræ maximæ dextrum cornu traduxit, vbi pulcherrimum ſepulchrum cernitur, cum talis Pontificis effigie ex pario marmore, nec non alijs ſtatuis eadem materia, & arte exculptis, & hæc verba ſunt impreſſa. D

NICOLAO IV. ASCVLANO PICENO PONT. MAX. CVM IN NEGLECTO DIV SEPVLCHRO FERE LATVISSET, FR. FELIX PERETTVS CARDIN. DE MONTEALTO IN ORD. ET PATRIAM PIETATE POSVIT. M. D LXXVIV. E

NICOLAVS IV. ORD. MIN. PROFESSVS PHILOSOPHVS, ET THEOL. EGREGIVS, CONSTANTINOPOLIM A GREGORIO X. MISSVS, GRAECOS AD ROM. ECCL. COMMVNIONEM, TARTAROS AD FIDEM REDVXIT, POST S. BONAVENTVRAM GENERALIS SANCTITATE, ET DOCTRINA ORDIN. PROPAGAVIT. HIC. III. NVNCIVS INTER FRANCORVM, ET CASTELLAE REGES PACEM CONCILIAVIT, S. PVDENTIANAE CARD. LEGATVS HONORII IV. IN GALLIAM SENATORIAM P. R. DIGNITATEM SEDI APOST. RESTITVIT. FACTVS PONTIFEX REMPVBLICAM SVBLATIS DISCORDIIS COMPOSVIT, CHRISTIANOS PRINCIPES SACRO FOEDERE IVNXIT. PTOLEMAIDEM COPIIS ADIVVIT, PROBOS, ET ERVDITOS IN COGNATORVM LOCO TANTVM HABVIT. LATERANENSEM, ET HANC BASILICAM STRVCTVRIS, ET OPIBVS AVXIT. TANDEM IVSTITIA, ET RELIGIONE ORBEM TERRÆ MODERATVS, MAGNA SANCTITATIS OPINIONE OBIIT PRIDIE NONAS APRILIS. M. CC XCII. PONTIFICATVS SVI ANNO QVINTO.

Qui locus prædicto Cardinali Montalto conceſſus fuit, velut ex Inſtrumentò apparet: *Die ſabbathi tertia Ianuarij 1573. Cum diebus proxime elapſis in alma Baſilica B. Mariæ Maioris, opus fuerit de mandato, vt quidam poſtea aſſeruerunt, Illuſt. ac Reuer. Dom. Caroli Card. Borromæi eiuſdem Baſilicæ tunc temporis Archipresbyteri effodere, & exeplanare quandam partem pauimenti exiſtentem in ingreſſu portæ ante, & prope Cappellam S. Franciſci illorum de Capizucchis, ad effectum adæquandi ipſam ſuperiorem partem cum planitie partis inferioris ipſius Baſilicæ, & inibi humatum repertum fuerit corpus felicis, & ſanctæ recordationis Nicolai IV. Pont. max. exiſtens in quadam antiqua Vrna cum ſui nominis inſcriptione, & titulo. Nec non prope ipſum ſarcophagum cadauer recolendæ memoriæ Illuſtriſ. & Reu. D. Petri Card. de Columna. Hac re cognita Illuſtriſ. ac Reu. D. Felix Card. Montaltus perſonaliter in eadẽ Baſil. ſe contulit, & intendens ex rationabilibus cauſis animum ſuum mouẽtibus, ſuis ſumptibus, & expenſis marmoreum monumentum eidem Pontifici erigere, & honorificè conſtrui facere, maxima cũ inſtantia petijt à DD. Canonicis, & requiſiuit ſibi aliquem decentẽ locum aſſignari pro tam pio, & laudabili affectu adimplendo. Hinc eſt, quod præſente die ſupraſcripti RR. DD. Canonici capitulariter congregati, videlicet, Admodum R. D. Bernardinus Cyrillus Canonicus, & Vicarius, & cæteri alij, abſente tamen D. Marco Antonio Piccolomineo ægrotante, habitoque deſuper colloquio vnanimiter, & nemine diſcrepante decreuerunt eidem Illuſtriſ. ac Reuer. D. Cardin.*

aſſignan-

aſſignandum fore, & etiam locum ad petitum effectum ſub organo dictæ Baſilicæ à fronte, iuxta Altare maius, prout de præſenti aſſignant, accedente tamen beneplacito Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Alexandri Sfortiæ, eiuſdem Baſilicæ Archipresbyteri, pro quo habendo deputauerunt Dominos Marcum Antonium Piccolomineum, & Iulium Ottinellum, qui & eidem Domino Cardinali Montalto præſens decretum intimarent, & gratias de tam laudabili animi affectu, ac liberali largitione referrent.

Et Baſilicæ manuſcripta magis diſtinctè locum annotarunt, vbi Nicolaus Quartus fuit conditus: *Nicolaus Quartus iacebat in terra, prope portam minorem à latere Tribunæ. in hoc loco non erat porta ad ſacellum Dominorum Columnenſium, ſicut & in alijs tribus angulis Baſilicæ.*

Ciacc. de Vita ſum. Pont. Ioan. Ant. Petra mel. de ſum. Pont. Io. Ant. Gabut. lib. 5. cap. vlt. vita Pij V.

In hac Baſilica etiam Pius Quintus Pontifex ſepultus eſt; nimirum à Sixto Quinto ex Vaticano magnifica pompa tranſlatus, & in eiuſdem ſacello repoſitus; in quo à dextera cernitur (quamquam præter conſuetudinem, cum viuentes Pontifices ſoleant præcedere) cum effigie ex pario marmore egregiè exculpta, & hiſtorijs, atque talis Pontificis geſtis exornata; cum hac inſcriptione porphyreticis lapidibus impreſſa.

PIO QVINTO PONT. MAX.
EX ORDINE PRÆDIC.
SIXTVS QVINTVS PONT. MAX.
EX ORDINE MINORVM
GRATI ANIMI MONVMENTVM
POSVIT.

Altera illi ſubiungitur his verbis.

PIVS QVINTVS GENTE GISLERIA BOSCHI IN LIGVRIA NATVS, THEOLOGVS EXIMIVS, A PAVLO TERTIO IN INSVBRIA HÆRETICÆ PRAVITATIS INQVISITOR, A IVLIO III. S. INQVISITIONIS OFFICII COMMISSARIVS GENER. A PAVLO IV. EPISCOPVS SVTRINVS, DEINDE S. R. E. TIT. S. MARIAE SVPER MINERVAM PRESB. CARD. ET A PIO IV. ECCLESIAE MONTISREGALIS IN SVBALPINIS ADMINISTRATOR FACTVS, EO VITA FVNCTO, SVMMO CARDINALIVM CONSENSV PONTIF. MAX. CREATVR, QVI VETERES SANCTOS PONTIFICES ÆMVLATVS, CATHOLICAM FIDEM PROPAGAVIT, ECCLESIASTICAM DISCIPLINAM RESTITVIT, TANDEM GESTARVM RERVM GLORIA CLARVS DVM MAIORA MOLITVR, TOTIVS CHRISTIANAE REIPVBLICAE DAMNO NOBIS ERIPITVR. KAL. MAII. M.DLXXII. PONT. ANN. VII. ÆTATIS SVÆ LXVIII.

Ad dexteram hoc narratur elegio.

SELINVM TVRCARVM TYRANNVM, MVLTIS INSOLENTEM VICTORIIS, INGENTI PARATA CLASSE, CYPROQ. EXPVGNATA, CHRISTIANIS EXTREMA MINITANTEM, PIVS V. FOEDERE CVM PHILIPPO HISPANIARVM REGE, AC REPVBL. VENETA INITO, M. ANTONIVM COLVMNAM PONTIFICIAE CLASSI PRAEFICIENS, AD ECHINADAS, HOSTIBVS XXX. MILL. CAESIS. X. MILL. IN POTESTATEM REDACTIS, TRIREMIBVS CLXXX. CAPTIS. XC. DEMERSIS. XV. MILL. CHRISTIANIS A SERVITVTE LIBERATIS, PRECIBVS, ET ARMIS DEVICIT.

Ad ſiniſtram verò.

GALLIAM, CAROLO IX. REGE PERDVELLIVM, HAERETICORVMQVE NEFARIIS ARMIS VEXATAM, VT DE REGNO, DEQVE RELIGIONE ACTVM VIDERETVR, PIVS V. SFORTIAE COMITIS S. FLORAE DVCTV, MISSIS EQVITVM, PEDITVMQVE AVXILIARIBVS COPIIS, PERICVLO EXEMIT, HOSTIBVSQVE DELETIS VICTORIAM REPORTAVIT. REGI REGNVM CVM RELIGIONE RESTITVIT, SIGNA DE HOSTIBVS CAPTA AD LATERANENSEM BASILICAM SVSPENDIT.

Ad rectum nobile ſepulchrum Sixti V. Pontificis, Sacelli auctoris cernitur, cum ſtatua ad viuum pario marmore effecta, nec non eiuſdem Pontificis geſtis, ſub quo in lydio marmore, auro inſculpa hæc verba notantur.

SIXTO QVINTO PONTIF. MAXIMO
EX ORDINE MINORVM
ALEXANDER PERETTVS S. R. E.
CARDIN. VICECANCELL.
EX SORORE PRONEPOS PERFECIT.

Et inferius.

De reb. geſt. Sixti Quinti reſpice per totam Vrbē præcipuè in Vaticano, Laterano, Quirinale, & in tali Baſilica.

A

SIXTVS QVINTVS PONT. MAX. CVPRIS AD LITTVS SVPERI MARIS IN PICENO NATVS, MONTALTI EDVCATVS, F. FÆLIX PERETTVS EX ORD. MINOR. THEOLOGVS, ET CONCIONATOR INSIGNIS, HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITOR, SVI ORD. PROCVR. ET VIC. GEN. A PIO IV. PONT. MAX. CVM VGONE BONCOMPAGNO CARD. LEGATO APOSTOL. IN HISPANIAM MISSVS. PIO V. PONT. MAX. OB SPECTATAE FIDEI ZELVM EXIMIE CARVS, AB EO EPISC. S. AGATHÆ, ET S.R.E. CARD. FACTVS, MAGNISQVE NEGOTIIS ADHIBITVS, SVMMO SACRI COLLEGII CONSENSV PONT. MAX. CREATVS, TOTO PONTIFICATV IVSTITIA, PRVDENTIA, ANIMIQVE MAGNITVDINE FLORVIT. B

A dextris.

BEATVM DIDACVM HISPANVM EX ORDINE FRATRVM MINORVM PHILIPPO REGE CATHOLICO SVPPLICANTE IN SANCTORVM NVMERVM RETVLIT, CAPTIVIS REDIMENDIS PAVPERIBVS IN CVSTODIAM INCLVSIS AD AES ALIENVM DISSOLVENDVM, VIRGINIBVS DOTANDIS FRVCTVS ANNVOS ATTRIBVIT, VICTVM PER VRBEM OSTIATIM QVÆRENTIBVS DOMVM, IN QVA ALERENTVR ÆDIFICAVIT. C D

A ſiniſtris.

HIPPOLYTO CARD. ALDOBRANDINO LEGATO IN POLONIAM MISSO CONTROVERSIAM INTER AVSTRIACAM DOMVM, ET SIGISMVNDVM POLONIÆ REGEM COMPOSVIT. EXVLVM, ET PERDITORVM HOMINVM LICENTIAM COERCVIT PVBLICAM TRANQVILLITATEM RESTITVIT. VRBEM ÆDIFICIORVM MAGNIFICENTIA, INPRIMISQ. VATICANA TESTVDINE ORNAVIT, AQVAM FAELICEM OPERE SVMPTVOSO ADDVXIT. E

Clemens Papa Octauus, quamuis in præſenti in ſanctæ Mariæ Maioris Baſilica non quieſcat, tamen ob Illuſtre ſepulchrum illi à Paulo Quinto Pontifice Maximo conditum, velut alibi trademus, cum inſcriptione, in quod breui eſt transferendus, etiam ipſe inter hos locum ſibi vendicat.

CLEMENS VIII. PONT. MAX. PATRIA FLORENTINVS, EX ALDOBRANDINA FAMILIA, HIPPOLYTVS ANTE NVNCVPATVS, A PIO V. PONT. MAX. INTER ROM. ROTAE AVDITORES ADSCRIPTVS, POSTEA DATARIAE A SIXTO V. PRAEFECT. EXIMIAE ERVDITIONIS, SVMMÆQ. INTEGRITATIS LAVDEM PROMERVIT: AB EODEM SVMMO PONT. IN AMPLISS. CARDIN. ORDINEM ADLECTVS EST, MAIORISQ. POENITENTIARII HONORE AVCTVS. LEGAT. ETIAM AD SIGISMVNDVM POLONIAE REGEM MISSVS, GLISCENTEM INTER IPSVM, ET RODVLPHVM ELECTVM IMPERATOREM DISCORDIAM SEDAVIT. INNOCENTIO IX. PONT. MAX. VITA FVNCTO AD ECCL. CATHOL. REGIMEN VOCATVS, PRVDENTIA, PIETATE, VIGILANTIA, CAETERISQ. VIRTVTIBVS CHRISTI VICARIO DIGNIS EXCELLVIT, OMNIVMQ. CONSENSV PONTIFICIBVS VERE MAXIMIS ADNVMERATVS EST.

PACEM INTER POTENTISSIMOS CHRISTIANI NOMINIS REGES, IAM AD DECERTANDVM ARMIS PARATOS COMPOSVIT.

FERRARIAM, QVAMQVAM MAGNO EXERCITV COMPARATO, SINE VLLA SANGVINIS EFFVSIONE APOSTOLICAE SEDI RESTITVIT.

HYACINTHVM POLONVM, ET RAYMVNDVM HISPANVM DOMINICANAE SODALITATIS MVLTIS MIRACVLIS CLAROS IN SANCTORVM NVMERVM RETVLIT.

COPIAS SEMEL, ITERVM AC TERTIO IN HVNGARIAM AD TVRCARVM IMPETVM COMPESCENDVM CHRISTIANIS EXTREMA MINITANTIVM MISIT.

Stephanus de Foſſanoua Cardinalis, & velut Sirletus teſtatur, D. Dominici amiciſſimus, in hac Baſilica requieſcit: *Stephanus de Foſſanoua Romanus, Presbyter Cardinalis ſanctorum duodecim Apoſtolorum, amiciſſimus ſancti Dominici, ab Innocentio Tertio creatus, iacet in terra, ante ſacellum Cardinalis ſanctæ Floræ.* Et in Archiuio: *Stephanus de Foſſanoua Rom. Card. SS. duodecim Apoſt. amicus B. Dominici, ab Innocentio Tertio creatus, iacet in terra in hac Baſilica S. Mariæ Maioris.*

De hoc Cardin. [illegible] Card. Sirlet. [illegible]

Hic

Hic etiam fuit ſepultus Petrus Capoccius A
Cardinalis, de quo hæc legimus.

Petrus Capocc. Card. ab Innoc. Quarto creatus anno 1244. fuit Archipreſb. huius Baſilicæ. Ciaccon. in vita Innoc. IV.

CARDINE PRAELATVM GENITVM
DE STIPITE CLARO,
QVEM REA MORS RAPVIT, INFIMA BVSTA TENET
CVLTOR IVSTITIÆ RIGIDVS SERVATOR HONESTI
QVÆQVE DARI VOLVIT PAVCA RETENTA TVLIT
GENTE CAPOCCINVS PETRVS, DATVS EST SIBI DVPLEX B
ENSIS AB ECCLESIA, QVOD TVEATVR EAM.
PRÆTVLIT ARMA LEGI, FEDERICVM SCHISMATE PLENVM
BELLI IVRE FVGAT, VNDIQVE CLERVS OVAT.
DONAT OPES LARGVS, LARGO DE PECTORE FVSVS
GRATIS IN HAC ÆDE VIRGO MARIA TIBI. C
AVRVM VESTIS OPVS, SCVLPSIT MANVS ARTE MAGISTRA.
MIRA COLVMNA LEVAT, ISTE MINISTRAT OPES,
CONDIT OPVS, SACRA CONDAS ANIMAM PRECOR HVIVS
SEDIBVS AETHEREIS INTEMERATA PARENS.

In manuſcripto huius Baſilicæ, ita legitur: *Petrus Capoccius Romanus, Cardinalis Sancti Georgij, ab Innocentio Quarto creatus, iacet in marmoreo tumulo, retro in ſacello gentis ſuæ.* D

De hoc Cardin. Petro vide Ioã. Villamella. lib. 7. cap. 118. & lib. 8. cap. 21. & 22. Ciaccon. & Honupbr.

In Chori pauimento ad dextrum cornu Aræ maximæ, Nicolai Quarti pedibus Petri Cardinalis Columnæ Sepulchrum cernitur.

D. O. M.

Nicol. 4. bulla an. 1288. Bonif. viij. ann. 1296. In manuſcript. legitur: Petrus Columna Card. Sancti Euſtachij à Nicol. iv. creatus, iacet prope ſepulchrũ ipſius Pont. iuxta quem Lugduni moriens apponi voluit. Cum poſt 300. annos ferè trãslatis oſſibus Nicol. iv. de loco ad locũ Card. etiam oſſa transferrẽtur, inuenti ſunt capilli rubei in eius capite.

PETRA PETRVM TEGIT HÆC, ANIMAMQVE FOVET E
PETRA CHRISTVS SIC SALVVS RETINET VTRVMQVE PETRA CHRISTVS
TRANSLATVS ROMAE DECESSIT AVENIONE
ANNIS MILLENIS TRECENTVM BISQVE DECENIS
LENIS ADIVNCTVS CVM SVSPIRIIS QVOQVE MVLTIS
ET LACRIMIS OSSA SVNT HAC CONDITA FOSSA
STIRPE COLVMNICENA FVIT HIC SIBI VITA SERENA.
LÆTITIIS PLENA SIT CVM SANCTIS ET ANIMA AMEN.

De hoc Cardin. vide Ciaccon. in vita Bonif. viij. & manuſcr. huius Baſilicæ.

In hac Baſilica Gonſaluus aliàs Guntiſaluus Rodericus Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus quieſcit; nimirum ſecus organum in ſepulchro marmoreo eleganter fabricato, cum hac inſcriptione.

HIC DEPOSITVS FVIT QVONDAM DOMINVS CONSALVVS EPISCOPVS ALBANENSIS ANNO DOMINI M.CC.LXXXXIX. HOC OPVS FECIT IOANNES MAGISTRI COSMAE CIVIS ROMANVS.

Et in Archiuio hæc annotantur: *Conſaluus Hiſpanus Epiſcopus Cardinalis Albanenſis à Bonifacio Octauo creatus, iacet in monumento tumulo retro organa.*

Nicolaus Capoccia etiam Cardinalis hic obdormit, & in marmorea tabula effigies cernitur cum inſcriptione, quæ illam circundat.

Hic Card. fuit creatus à Clem. vi. an. 1350. Lege Matth. Villan. lib. 8. cap. 100. & Ciacc. in vita Clementis Sexti.

NOBILIS DOMINI NICOLAI CAPOCCIAE VIRI HIC IACET CORPVS EXORTVM DE CAPVCCINIS, QVI SPERNENS VITIA, CHRISTO VIXIT AB EIVS ORTV. ITAQVE CONTINVANS AD MORTEM VSQVE PEREGIT. ECCLESIAM ROMANAM OMNIMODO IVSTE DEFENDENS TAM CONTRA BAVARVM, QVAM CONTRA IMPIOS OMNES. VNDE AVDEMARI B. PRAEPOSITVRAM IN QVA CAPPELLANIAS MAGNIFICE TRES DITAVIT, ET EPISCOPATVM VERCELLI, ET CARDINALATVM TITVLI S. VITALIS, ET ALMI, ET PRAESVLAREM SANCTAE CARDINALATVM OBTINVIT TVSCVLANAE, PERVSIOQVE FVNDAVIT MONACHORVM XXV. CONVENTVS, ET SCHOLAS SCHOLARIVM BIS PRAEFATORVM. IN AVENIONE LITIGANTES REGEBAT IN AEDE IVVENIS ABSTINENTIA, PORTAVIT CILICIVMQVE. IN ECCLESIA FVNDAVIT HANC CAPPELLAM CAPPELLANORVM TER, QVATER DE SVIS PATERNIS, ATQVE BONIS.

Teſtamentũ huius Card. adeſt in Archiuio.

O 3 Et ad

A

Et ad extremum hæc carmina legimus.

HIC VT IN SACRIS DOCTVS,
VTROQVE IVRE PERITVS
HABERE QVOD POTERAT PAVPERIBVS IPSE DABAT.
SED MIGRAVIT AD CHRISTVM EIVS ANIMA SIC BEATA.
MILLE TRECENTENO ANNO SEXAGINTA, ET DVO QVATER.
MARMORE CONSCRIPTVM FIRMAT HOC SE SCIVISSE MATREM,
PICTOR QVARE PER DICTA LAVDETVR OPERA DEVS.

In Archiuio talis Cardinalis Teſtamentum aſſeruatur, in quo iubet, vt in ſanctæ Mariæ Maioris Eccleſiam reponant: *Corpus meum ſi in Vrbe, vel prope me obire contigerit, volo ad ipſam deferri, & ſepelliri in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe in Cappella, ſeu loco bonæ memoriæ, D. Petri Capoccij, ſancti Georgij ad velum aureum Diacon. Cardin. fuit ſepultus.*

De hoc Card. vide Ciacc. & Honuphr. in vita Nicolai III. à quo fuit creatus Cardinalis. Nicolai IV. bullam, an. 288. & Bonif. viij. an. 1296. Ioan. Villan. lib. lib. 6. cap. 118. & lib. 8. c. 21. & 22.

Iacobus Cardinalis Columna in Chori pauimento eſt repoſitus ad aram maximam velut ex Teſtamento Agapiti Columnæ apparet: *Corpus autem meum volo tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſecundum loca, & tempora mihi incerta, iudicio tamen certo. Si verò Romæ, vel in Romana Prouincia deceſſiſſe contingat in Eccleſia Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe eligo ſepulturam ad pedem D. Iacobi patrui mei, qui eſt ſepultus ante Altare maius.*

Et Baſilicæ manuſcripta ſic habent: *Iacobus Columna Cardinalis, iacet ad Altare maius in terra.*

De hoc Cardin. vide Platin. in vita Vrbani VI. Honuphr. in epi. in vita eiuſdem Vrbani VI. Hic Card. obijt Romæ 5 Idus Octobr. 1380. Ciaccon. in vita Vrbani VI. fuit creatus Card. ab Vrbano V. an. 1378. 14. Kal. Octobr.

Agapitus Cardinalis Columna in Naui Maiori eſt humatus propè aram, in qua matris Dei Imago colebatur, quod teſtamento cautum eſt: *Corpus autem meum volo tradi Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſecundum loca, & tempora mihi incerta, iudicio tamen certo. Si verò Romæ, vel in Romana Prouincia me deceſſiſſe contingat in Eccleſia Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe, quæ dicitur de Niue, meam eligo ſepulturam in naui illa propinqua imagini Virginis glorioſæ, vel ante tabernaculum Virginis depictæ manu Beati Lucæ, dum tamen ſit poſſibile, vel in Cappella, vbi eſt ſepultus D. D. B. M. D. Petrus de Colūna Card. vel ad pedes D. Iacobi patrui mei, qui eſt ſepultus ante Altare maius.*

Cernitur etiam eodem loco eiuſdem Agapiti marmorea tabula vnà cum Inſignibus, ex qua vix hæc fragmenta eruimus.

.... TENVI REQVIESCIT AGAPITVS VRNA
.... EGREGIORVM DECVS ALTVS ARMORVM
.... ÆTATIS APEX SPECIMENQ. VERENDVM.
.... CARDINAL NATVS HONOREM.
.... PER ADITVS, VARIOSQVE RECVRSVS

B

.... LVSTRAVIT, ET ÆQVORA MILES
.... ET FLVITANIS IVRA TEGENTEM
.... NAS RAPVERVNT FATA SVB VMBRAS.

Et ex manuſcriptis ſic habetur: *Agapitus Columna Cardinalis ſanctæ Priſcæ, ab Vrbano Papa Sexto creatus, iacet in terra ſub lapide marmoreo ad imaginem glorioſæ Virginis, habet conſumptum Epitaphium, qui obijt anno 1379. die nona Decembris.*

C

Ciaccon. in vita Vrbani VI. à quo fuit creatus Card. an. 1378. 14. Kal. Octob.

Bartholomæus Mezzauacha Cardinalis humi iacet, haud procul à Beatæ Virginis Altari, vbi hodie D. Leonis Papæ Sacellum adeſt, & in marmorea tabula id Epitaphium notatur.

HIC REQVIESCIT CORPVS BONÆ MEMORIÆ REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS D. D. BARTHOLOMAEI DE BONONIA, TITVLI S.

D

MARTINI IN MONTIBVS PRESBYTERI CARDINALIS, QVI OBIIT ANNO DOMINI M. CCC XCIII. DIE XX. MENSIS IVNII.

Ciaccon. in vita Vrbani VI. à quo fuit creatus Card. in 4. creatione. an. 1384. 19. Kal. Ian.

Et in Archiuio hęc apparēt: *Bartholomæus Mezzauacha Bononienſis Cardinalis Reatinus ab Vrbano Sexto creatus, iacet in terra ad imaginem Beatæ Mariæ.*

Stephanus Paloſius Cardinalis, prope Pręſepium iacebat, in præſenti in naui ſacelli

E

Præſepis quieſcit, vbi in marmorea tabula ſic legitur:

HIC IACET REVERENDISS. IN CHRISTO PATER D. STEPHANVS PALOSIVS TIT. S. MARCELLI S. R. E. PRESB. CARD. ARCHIPRESB. S. MARIAE MAIORIS, QVI OBIIT ANNO DOMINI M. CCC LXXXVIII. MENSE APRILIS DIE XXIX. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. AMEN.

Et in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et in Archiuio: *Stephanus Paloſius Cardinalis Sancti Marcelli Rom. ab Vrbano Sexto creatus, iacet in terra ante Altare ſancti Hieronymi.*

Antonius Archionius Cardinalis in Præſepis naui eſt repoſitus propè locum, in quo olim D. Hieronymi Altare apparebat, & hæc inſcriptio legebatur:

Ciaccon. in vita Innoc. vij. à quo fuit creatus Card. in prima creatione, anno Dom. 1405. pridie idus Iunij. Sirlet. in manuſcrip.

QVEM PIA ROMVLEO GENVIT NATVRA FAVORI
TEGMINA CARDINEOS DEDIT B
HOC ANTONIVS ARTVS
HIC APICE EVECTO, SACRIQVE
AD VINCVLA PETRI
SEMPER....... VS VRBIS SOLAMEN
AMICVM
LVMINA VT EXTINXIT TERRA
GERMANA PROFVNDO
SPIRITVS HOSPITIVM MVNDI MELIORIS ADIVIT.
ANNO D. M. CCCC V. MENS. IVLII,
DIE XXVI. OBIIT ANTONIVS C
CARDINALIS DE ARCHIONIBVS.

Ex Archiuio hæc notantur: *Antonius Archionus Roman. Cardinalis ſancti Petri ad Vincula ab Innocentio Septimo Papa creatus, iacet in terra ad Altare ſancti Hieronymi.*

Franciſcus Landus Cardinalis à tribunæ leua eſt collocatus in Præſepis naui, & ſepulchrum marmoreum apparet cum his Carminibus.

LAVDIBVS ÆTERNVM SENIOR CELEBRANDVS IN ÆVVM
HIC FRANCISCVS HABET CINERES,
QVEM CLARA CREAVIT
LANDA DOMVS VENETÆ GRANDISSIMA GENTIS
ÆTHERAE VIRTVTE NITENS IVS
NACTVS VTRVMQVE
DOCTOR ERAT CLARI LVMINIS
GRAVIS AVTHOR HONESTI
IVSTITIAE SVBLIMIS APEX EXPERTVS HONORES
ECCLESIAE MERITOS GRADI SIBI
MERITA SEDIS
HINC CONSTANTIAE PATRIARCHAE APPOSITVS VRBI
HIERVSALEM SACRI TITVLVM
POST CARDINIS ALTVM
CRVX DEDIT HIC SVMMA PISANI
LAVDE PEREGIT
CONCILII FOEDVS GRADI TVNC
SCEPTRVM TENEBAT

A FERVIDA CONSTANTI LENIVIT
CORDA FVRENTIS
HIC POPVLI, MONVITQVE ABIENS
MORTIQVE PARATVS
INDE SABINENSEM TITVLVM DVM
PRAESVL AGEBAT
SPIRITVS AETERNVM CLARVS MIGRAVIT IN ORBEM
SEPVLTVS IN ECCLESIA SANCTAE
MARIAE MAIORIS.

In Archiuio ſic adeſt: *Franciſcus Landus Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis à Ioanne Vigeſimoſecundo creatus, in marmoreo ſepulchro iacet prope tribunam maiorem.*

Ex tractatu Card. Sirlet. huius Baſilicæ fuit creatus Card. à Ioan. xxij in 1. creatione, anno 1411. 8. idus Iun. Romæ Auctore Ciacc. in vita Ioan. xxij. Ex dicto tractatu fuit creatus Card. à Martino Quinto. Ciaccon. ait an. 1426. 9 Kalen. Ian. in 2. Cardin. creatione.

Antonius Caſſinus Cardinalis, vir ſummus, à Martino Quinto, & Eugenio Quarto Pontificibus, maximis obeundis occupatus, etiam hic quieſcit, velut ex Archiuio: *Antonius Caſinus Senenſis Cardinalis S. Marcelli à Martino Quinto creatus, iacet in terra in medio Eccleſiæ.*

Philippus de Leua Cardinalis, & Euſtachius frater à ſiniſtris parui oſtij Sanctæ Pudentianæ quieſcunt, vbi pulcherrima ſepulchra cernuntur, ſtatuis ornata, atque inſignibus marmoreis, his cum Elogijs.

Hic Card. fuit creatus à Sixto Quarto in ſecunda creatione, anno 1473. nonis Maij. Ciccon. in vita Sixti Quarti.

PHILIPPVS DE LEVIS TIT. SANCTI PETRI, ET MARCELLINI CARDINALIS ARELATENSIS E GALLIA ORTVS ILLVSTRIS MORIBVS, VIRTVTE ILLVSTRIOR ROMANO PONTI-
D FICE EX CHRISTIANIS FRANCORVM REGIBVS MAGNO IN PRETIO HABITVS IN SENATVM APOSTOLICVM PROBITATE ADSCITVS, OBIIT SVO NATALI MAGNO SVI DESIDERIO RELICTO QVIPPE QVI CORPORIS, ET ANIMI BONIS PRÆDITVS, SVMMAQVE AVCTORITATE POLLENS PROFVIT, QVIBVS POTVIT, OBFVIT NEMINI. VIXIT ANNOS XL. OBIIT ANNO
E M. CCCC LXXV. PRIDIE NONAS NOVEMBRIS.

Ad alterum Sepulchrum, hæc ſunt annotata.

DVO FRATRES IACENT EODEM CLAVSI SEPVLCHRO PHILIPPVS ET EVSTACHIVS PRESBYT. CARDINALIS FVIT, SED ARCHIEPISCOPVS ARELATENS. VTERQVE.

Et in-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et inferius.

SEDENTE INNOCENTIO OCTAVO PONTIFICE MAXIMO, EVSTACHIVS NATIONE GALLVS NOBILI LEVORVM GENTE ARELATENSIS ARCHIEPISCOPVS HIC SITVS EST, ANTEQVAM FVIT IN HOC ANTISTITE FIDES, PIETAS, RELIGIO, SANCTITAS, OB QVAE EVM MERITO PONTIF. MAX. INTER SACROSANCTOS SIBI DIVINARVM CÆREMONIARVM ADSISTENTES CONNVMERARI VOLVERVNT, QVI FRATREM PHILIPPVM S.R.E. CARDINALEM, QVI IVXTA SE CVBAT VNICE DILEXISSET IN VITA, IN MORTE QVOQVE, VT TVMVLO ILLI INIVNGERETVR MANDAVIT. VIXIT ANNOS XLII. OBIIT M.CCCC LXXXIX. DIE XXII. MENSIS APRILIS.

Ciac & Onuph. in vita Leon. X. à quo purpuratus fuit in illa maxima omniũ Card. creatione, qua 31. Card. creauit, & fuit anno 1551. Kalen. Iulij.

Et in minori naui à dextris Tribunæ, Cæſiorum Sacellum apparet, in quo Paulus, & Federicus Cæſius pulcherrimis Sepulchris quieſcunt, & effigies à dextra, & læua cernuntur cum his inſcriptionibus.

A dextris.

D. O. M.

PAVLO CAESIO S. EVSTACHII DIACONO CARDINALI A LEONE DECIMO ELECTO LIBELLIS GRATIAE SIGNANDIS PRAEFECTO A CLEMENTE VII. AD PRAECIPVAS RES AGENDAS ADHIBITO BASILICÆ ARCHIPRESBYTERO, FEDERICVS CARD. FRATRI BENEMERENTI POSVIT. VIXIT ANN. LVI. OBIIT ANN. SAL. M.D XXXVII. QVINTO NONAS AVGVSTI.

Et in Archiuio: *Paulus Cæſius Romanus Cardinalis Sancti Euſtachij à Leone Decimo creatus Archipresbyter iacet in archa gentis ſuæ.*

A ſiniſtris.

D. O. M.

Ciacc. & Honuphrius in vita Pauli iij. à quo fuit creatus Cardin. in 13. creatione an. 1544. 14. Kal. Ian.

FEDERICO CÆSIO S.R.E. EPISCOPO CARDINALI PORTVEN. QVI HOC SACELLVM, ET ALTERVM IN AEDE BEATAE MARIAE PACIS A AC TEMPLVM D. CATHARINAE VIRGINVM MISERABILIVM FVNDAVIT, ET DOTAVIT ANGELVS CAESIVS PATRVO OPT. POS. VIXIT ANNOS LXIV. MENS. VI. DIES XVI. OBIIT QVINTO KAL. FEBRVARII, ANNO SAL. M. D. LXVI.

Et in Archiuio: *Federicus Cæſius Romanus Epiſcopus Portuenſis, à Paulo Tertio creatus iacet prope ſacellum ſuum in archa marmorea cum* B *ſtatua cærea.*

Honuphrius, & Ciaccon. in vita Pauli iij. Baron. tom. 10. ad ann. 996. de familia Creſcentia loquens.

In minori naui ſecus organum Creſcentij Cardinalis ſepulchrum apparet ex marmore perpolitè conſtructum, cum hac inſcriptione.

D. O. M.

MARCELLO CARDINALI CRESCENTIO, QVI OB INSIGNEM PRÆSTANTISSIMI INGENII LAVDEM XXV. ANN. NATVS A CLEMENTE C SEPTIMO ROTAE AVDITOR, DEINDE EPISCOPVS FACTVS A PAVLO TERTIO S.R.E. PRESBYT. CARD. CREATVS PRINCIPVM VIRORVM, REGVMQVE INPRIMIS GRATIA, ET BENEVOLENTIA FLORVIT SVB IVLIO TERTIO BONONIAE PERPETVVS TRIDENTINI CONCILII SOLVS APOSTOLICAE SEDIS LEGATVS IN ORTHODOXÆ FIDEI CAVSA CVM TOTVS INCVMBERET GRAVI D MORBO CONSVMPTVS, VERONÆ DECESSIT, ANNO AETATIS SVAE LII. SALVT. M.DLII. V. KALEN. IVNII. ALEXANDER CRESCENTIVS SVI BENEMERENTI M. ET SIBI, ET POSTERIS SVIS T.F.F. MARIVS CRESCENTIVS HIPPOLYTI FIL. ALEXANDRI NEP. MARII PRONEP. FECIT. M.DLXXXIX.

Ciacc. & Honuphrius in vita Pauli iij. à quo fuit creatus Cardin. in 1. Cardin. creatione, anno 1534. 21. Maij.

In quo Guido, & Alexander Sfortia Car- E dinales requieſcunt, & duo marmorea ſepulchra miræ pulchritudinis cum imaginibus cernuntur.

A dextris.

D. O. M.

GVIDONI ASCANIO SFORTIAE CARDINALI, PAVLI TERTII PONT. MAX. NEPOTI BONONIÆ, ET FLAMINIAE LEGATO, ATQVE HVIVSCE BASILICAE ARCHIPRESBYTERO.

ALE-

ALEXANDER CARDINALIS SFORTIA FRATRI DESIDERATISSIMO. VIXIT ANNOS XLV. MENSES DECEM, DIES DVODECIM. OBIIT ANNO M. D LXIV. NONIS OCTOBRIS.

In Archiuio: *Guido Aſcanius Sfortia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius, Archipresbyt. à Paulo Tertio creatus, iacet marmoreo ſepulchro in eius ſacello.*

A ſiniſtris.

Ciacc. & Honuphrius in vita Pij IV. à quo fuit creatus Cardin. in 4. Card. creatione, anno 1565. 12. Martij.

ALEXANDER SFORTIA S. R. E. CARDINALIS, PAVLI TERTII PONTIFICIS MAXIMI NEPOS, BONON. ET FLAMIN. SVB PIO QVINTO, ET GREGORIO XIII. LEGATVS SIGNATVRAE IVSTITIAE PRAEFECTVS, HVIVSQVE BASILICAE ARCHIPRESBYTER SIBI MORTIS MEMOR POSVIT, ANNVM AGENS XLVII.

In Archiuio: *Alexander Sfortia Cardinalis à Pio Quarto creatus, Baſilicæ huius Archipresbyter, viuens ſibi ſepulchrum poſuit in ſuo ſacello.*

Guido Ferrerius in eadem naui conditur marmoreo ſepulchro, effigie exornato cum hac inſcriptione, ex qua etiam Petrum Franciſcum Ferrerium Cardinalem humatum eſſe deprehenditur.

D. O. M.

Honuphrius, & Ciacc. & Petramell. in vita Pij Quarti, à quo fuit factus Card. an. 1565. die 12. Martij, in 4. creatione.

GVIDO FERRERIVS TITVLI SS. VITI, ET MODESTI, S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS, VT VIVENTI PATRVO PETRO FRANCISCO CARDINALI, ET DIGNITATE, ET VOLVNTATE CONIVNCTISSIMVS FVIT, ITA MORIENS CORPORE AB ILLO NOLVIT ABESSE, CVM QVO ETIAM SVMMA DEI BENIGNITATE FRETVS CAELESTI, AC SEMPITERNA FELICITATE SE FRVITVRVM SPERAT. OBIIT DIE XVI. MAII, ANNO M. D LXXXV.

Petri Franciſci Cardinalis inſcriptio hæc eſt.

Vide dict. auctores in vita Pij Quarti, à quo fuit creatus Cardina. ann. 1561. 4. Kal. Martij in 2. creatione.

D. O. M.

PETRO FRANCISCO FERRERIO TITVLI S. ANASTASIAE, S. R. E.

A PRESBYTERO CARDINALI, IOANNIS STEPHANI BONONIEN. ET BONIFATII PORTVENS. CARDIN. EX FRATRE NEPOTI PHILIBERTI EPORIDIENS. CARDIN. FR. GVIDO CARDIN. VERCELLENS. PATRVO OPTIMO, ATQVE OPTIME DE SE MERITO POSVIT. VIXIT ANNOS LIV. OBIIT ANN. SALVT. M. D LXVI. PRIDIE IDVS NOVEMB.

B Et de Guidone ita in Archiuio: *Guido Cardinalis Ferrerius à Pio Quarto creatus, viuens ſibi ſepulchrum poſuit propè ſacellum Cardinalis Ceſij cum effigie,*

In maiori naui ab Aræ maximæ læua haud procul Præſepis Sacellum, Decij Azolini Cardinalis ſepulchrum adeſt, vnà cum effigie ad viuum exprimente, vbi hæc annotantur.

Ciaccon. & Petramel. in vita Sixti Quinti.

D. O. M.

C DECIO AZOLINO FIRMANO S. R. E. CARDINALI, QVI FIDEM, ET INTEGRITATEM SVAM SIXTO QVINTO PONTIFICI MAXIMO, IN CARDINALATV PRIMVM, DEINDE IN PONTIFICATV ITA PRÆBVIT, VT ANNI SPATIO AD SVMMAS DIGNITATES MERITO EIVS SIT EVECTVS, MAIVS IN DIEM PROBITATIS SVAE DATVRVS SPECIMEN, NISI IMMATVRA MORTE PRAEREPTVS IN

D MEDIO VITAE CVRSV DEFECISSET. VIXIT ANNOS XXXVII. MENS. III. DIES IX. OBIIT AN. M. D LXXXVII. IOANNES BAPTISTA CARDINALIS CASTRVCCIVS MEMOR AMICO OPTIMO POSVIT.

Et ibidem in pauimento.

D. O. M.

E DECIO AZOLINO FIRMANO S. R. E. CARD. ET HVIVSCE BASILICÆ ARCHIPRESB. A SIXTO V. PONT. MAX. CVI A SECRETIS ERAT OB PERPETVAM FIDEM, ET IN REBVS AGENDIS PRVDENTIAM AD CARDINALATVM ASSVMPTO, ET POST XXI. MENSES EXTINCTO ÆTATIS SVÆ ANNO XXXVIII. M. D LXXXVII. P. D. M. PII, GRATIQVE ANIMI SVI MONVMENTVM BENEMERENTI POSVERE.

Cardi-

Quinti, fuit crea tus; anno 1565. 12. Martij, 4. creatione à Pio Quarto.

Cardinalis Sanctacrucius in eadem naui A conditur in pulcherrimo ſepulchro, varijs marmoribus egregiè conſtructo, & his verbis inſignito.

D. O. M.

PROSPERO SANCTACRVCIO S. R. E.
CARDIN. EPISCOPO ALBANENS.
QVI OB EXIMIAS ANIMI, INGENIIQ.
VIRTVTES, POST PRIMARIA PALA-
TINA OFFICIA, ET ECCLESIASTI- B
CAS DIGNITATES A PIO QVARTO
PONTIFICE MAXIMO CARDINALIS
CREATVS, LEGATIONIBVS GERMA-
NICA, LVSITANICA, HISPANICA,
ET GALLICA, FLAGRANTE INTE-
STINO BELLO PROVINCIA EGRE-
GIA CVM LAVDE FVNCTVS, MA-
XIMISQVE TOTO VITAE CVRSV
PRO REPVBLICA SVSCEPTIS LABO-
RIBVS, OBIIT AETAT. ANN. LXXVI.
M.DLXXXVI. MARCELLVS EX C
FRATRE NEPOS POSVIT.

In maiori naui, qua minori ianuæ adiungitur ad ſacrum fontem, ſepulchrum Cardinalis Toleti videmus cum Imagine, & inſignibus, nec non elogio porphyreticis impreſſo.

D. O. M.

FRANCISCO TOLETO CORDVB. D
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI,
SVMMO THEOLOGO, VERBI DEI
PRAEDICATORI EXIMIO, IN REBVS
MAGNIS AGENDIS CONSILIO, ET
PROVIDENTIA SINGVLARI, QVI
OB EXCELLENTEM VIRTVTEM,
ET MERITA PRÆCLARO CLEMEN-
TIS OCTAVI PONTIFICIS MAXIMI
IVDICIO PRIMVS IN SOCIETATEM
IESV AMPLISSIMAM DIGNITATEM
INTVLIT. VIXIT ANN. LXIII. MEN- E
SES XI. DIES DECEM. OBIIT ANNO
M.DXCVI. DIE XIV. SEPTEMBRIS.

Ciacc. & Petramellar. de hoc Cardinali tractant

SANCTA DEI GENITRICE HAE-
REDE INSTITVTA PRESBYTERIS
QVI AD EIVS ALTARE MISSAS CE-
LEBRAVERINT, CENSVM PERPE-
TVO ATTRIBVI IVSSIT. BENEDI-
CTVS IVSTINIANVS, ET PETRVS
ALDOBRANDINVS CARDD. EXE-
CVTORES TESTAMENTARII COL-
LEGAE OPTIMO, ET CAPITVLVM,
ET CANONICI HVIVS BASILICAE
VIRO AMPLISSIMO, ET OPTIME
DE SE MERITO POSVERVNT.

Philippus Boncompagnus Gregorij XIII. nepos, & Cardinalis, etiam hic quieſcit, & ante Ciborium vbi Deiparæ Imago colebatur, humi marmorea tabula cum epitaphio cernitur.

PHILIPPO BONCOMPAGNO S.R.E.
CARDINALI S. SIXTI, GREGORII
XIII. PONT. MAX. EX FRATRE NE-
POTI, MAIORI POENITENTIARIO,
ATQVE HVIVS BASILICAE ARCHI-
PRESB. BONCOMPAGNVS PATER.
ET CHRISTOPHORVS ARCHIEPISC.
RAVENNAS, HIERONYMVSQ. FRA-
TRES FACIENDVM CVRARVNT.
VIXIT ANNOS XXXVIII. OBIIT VII.
IDVS IVNII. M.DLXXXVI.

Dominicus Pinellus Cardinalis, in hac Baſilica eſt conditus, & ſepulchrum ante Aræ maximæ confeſſionarium adeſt.

De Card. Dominico Pinello, vide Ciaccon.

DOMINICVS PINELLVS
CARDIN. ARCHIPRESBYTER VI-
VENS NOVISSIMA COGITANS SIBI
FIERI MANDAVIT. ANNO IVBILÆI
M.DC ÆTATIS LX. OBIIT ANNO
DOMINI M.DCXI. QVINTO IDVS
AVGVSTI.

Marianus Perbenedictus Cardinalis in Baſilica quieſcit, marmoreo ſepulchro vna cum effigie conſtructo ...... in minori naui haud procul Sixti V. ſacellum hæc notantur.

D. O. M.

MARIANO BERNEDICTO S. R. E.
CARDINALI DE CAMERINO EPI-
SCOPO TVSCVLANO, QVI AVITAM
NOBILITATEM MVLTIPLICI DO-
CTRINA, VITAE INTEGRITATE,
SCELERVM ODIO, REI CATHOLI-
CAE, ECCLESIASTICAE LIBERTA-
TIS, ET PVBLICI BONI ACRI STV-
DIO ILLVSTRAVIT. A GREGORIO
DECIMOTERTIO ABBAS, ET EPI-
SCOPVS MARTIRANI. A SIXTO
QVINTO PRAEFECTVS VRBIS, ET
CARDIN. CREATVS. A GREGO-
RIO DECIMOQVARTIO AMPLIORI
CVM

CVM POTESTATE AB INNOCENTIO NONO, CLEMENTE OCTAVO, LEONE VNDECIMO, TRIBVNALIBVS ECCLESIASTICAE DITIONIS, ET POLITICIS CONSVLTATIONIBVS PRÆPOSITVS. A.S.D.N. PAVLO QVINTO, DONEC SCIPIONEM BVRGHESIVM NEPOT. VOTIS COMMVNIBVS CARDINALEM DARET. NEGOTIIS OMNIBVS ECCLESIASTICI STATVS ETIAM MILITARIBVS PRAEFECTVS, QVIBVS ALIIS MVNERIBVS PRAECLARE GESTIS OBIIT ANNO ÆTATIS LXXII. SALVTIS CIↃ. IↃ. CXI. DECIMOTER- A

Petramellar. ait fuiſſe creatum Card. an. 1589. 13. Cal. Ian.

TIO KALENDAS FEBRVARII. MARINVS PERBENEDICTVS NEPOS, ET HAERES PATRVO DE SE BENEMERITO, MOESTISS. P. C.

Neque verò prætereundus videtur Ioannes Patritius, qui vt viuens tali Baſilicæ ſemper animo hærebat, ſic moriens corpore teſtatus eſt, dum in illa humatum audimus, his verbis porphyretico monumento inſculptis. B

IOANNIS PATRITII HVIVS BASILICAE FVNDATORIS SEPVLCHRVM.

FINIS LIBRI NONI.

BASI-

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER DECIMVS.

AVCTORE ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE SACELLO, IN QVO CHRISTI Saluatoris Præſepe religioſè colitur.

CAPVT PRIMVM.

VIRORVM illuſtrium negocio abſoluto, qui ex hac Baſilica prodierunt, & in ea requieſcunt; ſequitur Præſepis ſacellum deſignare à Sixto V. à fundamentis extructũ. Quamuis fuerit nonnihil de hoc ſuperius dictum, tamen ob eius excellentiam operæpretium duximus, illi peculiarem tractatum aſſignare, atque in plura capita diſtribuere: nimirum, primo generatim ſignificando, deinde peculiariter quæque attingendo. Igitur ante omnia de fabrica tradetur. Tum de picturis, atque marmoreis ornatibus. Tertio de Indulgentijs, atque reliquijs ibidem manentibus, & per Sixtum V. collocatis. Quarto res mobiles, atque ſacros apparatus ſignificabimus. Quinto Beneficiatos, de quibus antea fuit inſinuatum. Hoc ſacellum Sixtus V. Pontifex velut futuram dignitatem præuideret, pauper Cardinalis inchoauit. Modulus Crucem imitatur, vndiq. arcubus extantibus, atque amplo ſpatio; tholo plumbeis laminibus induto cooperiente, quem laternula in apice conſequitur. Plures ædiculas continet, de quibus diſtincte ſuo loco. Nobile pauimentum, tectoria opera, auro illuſtrata; perplura marmora varijs coloribus inſerta, nec non egregiè picturis decoratur; inter quas, Reges, atque Patriarchas cernimus, ex quibus Dei mater eſt deriuata. Angelorum legiones ad Chriſti Præſepium reſpicientium in ſacelli medio collo-

Præſepis ſacelli Sixtus V. dũ eſſet Card. exorſus eſt. Vide bullã fundationis, & Stringam in vita Sixti V.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

collocatum. Vndique etiam perplures ſacræ A hiſtoriæ circundant candido marmore cælatæ, atque ſepulchra mira præſtantia, & arte conſtructa, de quibus ſuo loco.

DE VESTIGIO,

ET SACELLI PAVIMENTO.

Caput II.

POST generalem deſcriptio- B nem, peculiaris conſequitur; nimirum breuiter veſtigiũ, pauimentum, & omnia ad ſacellum ſpectantia ſignificando. Exin ad Aram maximam properabimus; poſtea primaria eius pars ſignificabitur, quod erit prima ſacelli pars interna; cui ſecunda ſuccedet, nimirum dexterum latus. Tertia pars ad aditum cum clathris ſpectabit. Quarta verò, & vltima erit ſiniſtrum latus ſacrario adiunctum. Vt autem à primo inchoëmus, Pauimentum varijs marmoribus eſt conditum, in cuius medio ſanctiſſimi Præſepis ædicula adeſt, Altare ſupereminente, ex porphyreticis, ſerpentinis, atque alijs miri pretij lapidibus ad Pontificium ſacrificium optimè diſpoſito. Præſepium, atque vetuſta ædicula, è loco vbi prius inerat, fuit ſub hanc Aram inſigni arte translata, nihil partes diuidendo, ſed omnia coniuncta ſeruando. Illa ſpatium continet vndique circundans, picturis ornatum, quò poſſint homines incedere, & per aliquot gradus duabus ex partibus locatos progredimur. In Ara maxima quatuor Angeli ænei deaurati cernuntur, altera manu æneum tabernaculum ſuſtinentes, varijs loculamentis, figuris, Paraſtadis, capitellis, & baſibus ordine Corinthio egregia arte fabricatum. Altera verò luminare aſſiduè die, ac nocte accenſum. Pro qua re Sixtus Quintus Pontifex peculiares reditus aſſignauit.

Præſepe, atque ædicula à loco, vbi prius erant, ſub Sixti V. ſacelli aram traducta.

In Præſepis ſacello die, ac nocte iugiter luminaria reſplendent.

De ordine Corinthio, atque compoſito, vide Vitruuium, lib. 4. cap. 1.

SACELLI D. N. IESV CHRISTI PRÆSEPI A SIXTO PA



SIXTO PAPA V. CONDITI VESTIGIVM, ET PAVIMENTVM



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

collocatum. Vndique etiam perplures ſacræ A hiſtoriæ circundant candido marmore cælatæ, atque ſepulchra mira præſtantia, & arte conſtructa, de quibus ſuo loco.

DE VESTIGIO,

ET SACELLI PAVIMENTO.

Caput II.

POST generalem deſcriptionem, peculiaris conſequitur; B nimirum breuiter veſtigiũ, pauimentum, & omnia ad ſacellum ſpectantia ſignificando. Exin ad Aram maximam properabimus; poſtea primaria eius pars ſignificabitur, quod erit prima ſacelli pars interna; cui ſecunda ſuccedet, nimirum dexterum latus. Tertia pars ad aditum cum clathris ſpectabit. Quarta verò, & vltima erit ſiniſtrum latus ſacrario adiunctum. Vt autem à primo inchoëmus, Pauimentum varijs marmoribus eſt conditum, in cuius medio ſanctiſſimi Præſepis ædicula adeſt, Altare ſupereminente, ex porphyreticis, ſerpentinis, atque alijs miri pretij lapidibus ad Pontificium ſacrificium optimè diſpoſito. Præſepium, atque vetuſta ædicula, è loco vbi prius inerat, fuit ſub hanc Aram inſigni arte translata, nihil partes diuidendo, ſed omnia coniuncta ſeruando. Illa ſpatium continet vndique circundans, picturis ornatum, quò poſſint homines incedere, & per aliquot gradus duabus ex partibus locatos progredimur. In Ara maxima quatuor Angeli ænei deaurati cernuntur, altera manu æneum tabernaculum ſuſtinentes, varijs loculamentis, figuris, Paraſtadis, capitellis, & baſibus ordine Corinthio egregia arte fabricatum. Altera verò luminare aſſiduè die, ac nocte accenſum. Pro qua re Sixtus Quintus Pontifex peculiares reditus aſſignauit.

Præſepe, atque ædicula à loco, vbi prius ecant, ſub Sixti V. ſacelli aram traducta.

In Præſepis ſacello die, ac nocte iugiter luminaria reſplendent.

De ordine Corinthio, atque compoſito, vide Vitruuium, lib. 4. cap. 1.

SACRATISSIMI XPI CORPORIS ARA IN MEDIO SIXTI V. SACELLO POSITA, IN EA ÆNEVM INAVRATVM TABERNACVLVM, QVATVOR ÆNEORVM ITEM ANGELORꝝ INNIXVM MANIBVS, SVB EADEM SACRVM CHRISTI DOMINI PRÆSEPE.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE PRIMARIA INTERNA SACELLI PARTE.

Cap. III.

De marmore & varietate, atque præſtantia lapidum, vide Plin. lib. 36. c. 6. 7. 8.

HAEC principalis pars meridiem verſus reſpicit. Primus ſoccus ſacellum circundans ex coruina eſt compoſitus. Baſes ex albo marmore. Paraſtadæ diuerſis lapidibus incruſtantur, nimirum aureo textili ſimillimis, alabaſtritis, lincurijs, porta ſancta, glarea lapide vario, &c. magno pretio atque excellentia. Epiſtylia corynthium ordinem repræſentant ex Tiburtino marmore, tectorio, atque auro cooperta; quibus Cymatium, Zophorus, & corona inhærent, eodem modo conſtructa, diuerſa Sixti Pontificis geſta exprimentia. Fornicum Arcus, etiam tectorio inaurato, atque picturis magnificè exornantur. In huius partis medio per tres gradus ad ſolium peruenitur, in qua Pontificia ſedes conſiſtit. A læua, Sanctus Petrus Apoſtolorũ Princeps cum nonnullis ex ſuis diſcipulis, coloribus eſt expreſſus, dum Romam ingrederetur. A dextera eodem pacto Sanctus Paulus, & Sanctus Lucas Euangeliſta vtrique ſcribentes proponuntur. Supra talem ſedem in quadrato, tectorio aureo exornante, Domini natalitia apparent, mirificè coloribus delineata, cui Capitellorum medio Sixti Quinti inſignia ſuperſtant à binis Angelis ſuſtentata; & à dextris in quadrato ex deaurato tectorio hiſtoria annotatur, dum Beata Virgo vnà cum Ioſepho tributum ad Cæſarem portant. A ſiniſtris verò perſimili quadrato Angeli præ lætitia geſtientes, Chriſti natiuitatem Paſtoribus denuntiant. A læua in Paraſtadarum ſpatio, quod primariam huius Arcus faciem proponit, loculamentum cernimus, in quo Sancti Franciſci effigies marmorea adeſt, cui quadratum ex varijs lapidibus egregiè compactum ad ornamentum ſubeſt. Supra effigiem in Paraſtadarum interuallis in quadrato, tectorio condito hiſtoria eſt depicta Angeli Ioſephum in ſomnijs admonentis, vt puerum cum matre acciperet, & in Aegyptum migrarent, velut Sanctus Matthæus ſic enarrat. *Surge,*

S. Luc. cap. 2. Leo Papa in ſer. de Natiu. Dom.

S. Gregor. Papa in homilia 8. in Euang. S. Luc. cap. 2. Ambr. opuſc. in cap. 2. Lucæ.

A *& accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum:* A dextera huius principalis partis, in Paraſtadarum medio, primæ partis faciem dextris proponentium, loculamentum cernitur, in quo ex albo marmore Sancti Dominici effigies ineſt, egregia arte formata, cui quadratum ex varijs marmoribus adornatum, inſertis ſubeſt. Supra hanc in Paraſtadarum ſpatio in quadrato, tectorio inaurato formato, Beatæ Virginis ad ſanctam Eliſabettham Viſitatio eſt depicta, B quam Sanctus Lucas ſic enarrat. *Exurgens Maria abijt in montana, &c.* Super primam coronidem in partis medio feneſtra ineſt, à cuius dexteris in quadrato tectorio, atque auro exornante, colores, duos Reges exprimunt, infra quos in ſchedula legitur: ABIA, ET ASA.

S. Auguſt. ſerm. 10. de Sanctis, append. 71. Hieron. libr. 1. cõmen. in Matthæum cap. 2.

Matth. c. 1.

A feneſtræ læua itidem duos alios Reges eodem modo formatos, cum his verbis: IOSAPHAT, ET IORAM. *Matth. c. 1.*

C In Arcus medio figura apparet, ouatam ſpeciem imitans, tectorio deaurato extructa, cuius medium Angelos continet ob Seruatoris natalem exultantes, cum his verbis adiunctis: SIXTVS QVINTVS PONTIFEX MAXIMVS.

Infra interſectos arcus ſupra coronam ad rectam lineam Paraſtadarum ſpatij, in quadrato tectorio deaurato duo Reges apparent, D his verbis adiunctis: MANASSES, ET AMMON. *Matth. c. 1.*

Ex alia parte à dextra ſuper coronidem, duo Reges in quadrato inſunt, eadem materia, atque arte conflato, quod hæc verba declarant: OBED ET RVTH. *Matth. c. 1.*

In binis coronidis angulis bini Angeli inſiſtunt, eadem materia perpolitè compoſiti, quos inter arcus in triangulo quatuor Reges E ſupereminent, nimirum ex vtraque parte duo, ſub quorum pedibus talia legimus. A dexteris, IESSE, ET DAVID REX. A læua. ACHAZ, EZECHIAS. *Matth. c. 1.*

Supra hos arcus Corona, & Zophorus comparet gyrum efformantes, vniuerſum ſacellum præcingentes. Super coronam ſocci, & Paraſtadarum Cymatia feneſtras continentia, & tympanum formantia nituntur. Supra Paraſtadas Epiſtylia inſunt, in quo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum ſpatio Zophorus extenditur, & ſupra corona erigitur; ex quo tholi coſtæ ſe attollunt, & ad laternulam pertingunt. Inter coſtarum ſpatium Angeli triumphantes ex coloribus exprimuntur; & in coſtis, deaurato tectorio conditis plura Eccleſiaſtica geſta notantur. Super tholi fornicem laternula

A conſiſtit, in qua Deus Pater patente cælo eſt depictus, benedicendi actionem repræſentans. Supra quem extrinſecus tres montes ænei exiſtunt, quibus ſtella innititur, ex qua Crux ſe attollit, eadem materia conflata. Et hæc omnia ex delineatione inclarent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SACELLI CHRISTI D. SALVATORIS IN PRÆSEPI IN LIBERIANA BASILICA A SIXTO PAPA V. OPERE MAGNIFICO EXTRVCTI QVATVOR INTERIORES PARTES.

PRIMA PARS IN AVSTRVM RESPICIENS: IN CVIVS MEDIO PONTIFICIS SOLIVM, SVPRAQ. ET CIRCA PER TOTVM PARIETEM ELEGANTES PICTVRÆ AD B. VIRGINIS STIRPEM, EIVSDEMQ. ET PRÆSEPIS HISTORIAM PERTINENTES.




ABIA ASA
IOSAPHAT TORAM
10 20
Scala menſionis deſumpta ex linea paralela inter + et
10 20
Scala diminutionum deſumpta ex linea inter + et +

DE SECVNDA INTERNA SACELLI PARTE.

Caput IIII.

SECVNDA pars ad Orientem reſpicit, in cuius medio Pij V. nobile ſepulchrum renidet, nonnullis illo Pontifice geſtis, in marmore exculptis. Quia verò celebre exiſtit, id caput ei aſſignabimus; in ſequenti reliqua ad hanc partem ſpectantia tradentur. Ac vt à pauimento ordiamur, huic primi ſocci nituntur ex coruina compoſiti. Alter verò ex lapide aureum textile referente, baſes, Paraſtadæ, & Cymatium ex pario marmore; ſpatium alabaſtritis occupat. Inter paraſtadas interuallum ex indice lapide conſtat, velut etiam quadrati ſpatium, vbi talia adſunt.

PIVS QVINTVS GENTE GISLERIA BOSCHI IN LIGVRIA NATVS, THEOLOGVS EXIMIVS, A PAVLO TERTIO IN INSVBRIA HÆRETICÆ PRAVITATIS INQVISITOR, A IVLIO III. S. INQVISITIONIS OFFICII COMMISSARIVS GENER. A PAVLO IV. EPISCOPVS SVTRINVS, DEINDE S. R. E. TIT. S. MARIAE SVPER MINERVAM PRESB. CARD. ET A PIO IV. ECCLESIAE MONTISREGALIS IN SVBALPINIS ADMINISTRATOR FACTVS, EO VITA FVNCTO, SVMMO CARDINALIVM CONSENSV PONTIF. MAX. CREATVR, QVI VETERES SANCTOS PONTIFICES ÆMVLATVS, CATHOLICAM FIDEM PROPAGAVIT, ECCLESIASTICAM DISCIPLINAM RESTITVIT, TANDEM GESTARVM RERVM GLORIA CLARVS DVM MAIORA MOLITVR, TOTIVS CHRISTIANAE REIPVBLICAE DAMNO NOBIS ERIPITVR. KAL. MAII. M.DLXXII. PONT. ANN. VII. ÆTATIS SVÆ LXVIII.

SELINVM TVRCARVM TYRANNVM, MVLTIS INSOLENTEM VICTORIIS, INGENTI PARATA CLASSE, CYPROQ. EXPVGNATA, CHRISTIANIS EXTREMA MINITANTEM, PIVS V. FOEDERE CVM PHILIPPO A HISPANIARVM REGE, AC REPVBL. VENETA INITO, M. ANTONIVM COLVMNAM PONTIFICIAE CLASSI PRAEFICIENS, AD ECHINADAS, HOSTIBVS XXX. MILL. CAESIS. X. MILL. IN POTESTATEM REDACTIS, TRIREMIBVS CLXXX. CAPTIS. XC. DEMERSIS. XV. MILL. CHRISTIANIS A SERVITVTE LIBERATIS, PRECIBVS, ET ARMIS DEVICIT.

B GALLIAM, CAROLO IX. REGE PERDVELLIVM, HAERETICORVMQVE NEFARIIS ARMIS VEXATAM, VT DE REGNO, DEQVE RELIGIONE ACTVM VIDERETVR, PIVS V. SFORTIAE COMITIS S. FLORAE DVCTV, MISSIS EQVITVM, PEDITVMQVE AVXILIARIBVS COPIIS, PERICVLO EXEMIT, HOSTIBVSQVE DELETIS VICTORIAM REPORTAVIT. REGI REGNVM CVM RELI- C GIONE RESTITVIT, SIGNA DE HOSTIBVS CAPTA AD LATERANENSEM BASILICAM SVSPENDIT.

Columnarum Baſæ ex pario marmore conditæ; quadratorum verò tæniæ ex lyncurio. Zophorus ex rubra glarea; faſtigium, parium marmor conſtituit. At Pij V. ſtatua pernobili loculamento repoſita, ex Carrarienſi marmore eſt condita ad 12. palmorum altitudinem, ſedentis ſpeciem propo- D nens, illuſtri arte fabricata, ſub qua hæc verba præfulgent.

PIO QVINTO PONT. MAX.
EX ORDINE PRÆDIC.
SIXTVS QVINTVS PONT. MAX.
DE ORDINE MINORVM
GRATI ANIMI MONVMENTVM
POSVIT.

Ab huius dextera Marcus Antonius Co- E lumna cernitur, è Pij V. manibus Vexillum naualis Præfecti aduerſus Turcas, pro Eccleſia ſuſcipiens, quibus deuictis Romam triumphans redijt, ex albo marmore in quadrato loculamento, atque cælato opere. A læua in perſimili loculamento Pius V. apparet ſanctæ Floræ Comiti Generalis Præfecti ſceptrum prębens pro Caroli Noni Francorum Regis aduerſus Vgonottos defenſione de quibus poſtea triumphans Romam eſt reuerſus, eadem materia, atque opere compoſita. Supra Pij V. ſtatuam Zophorus vna cum corona monumenti latitudinem amplecti-

Io. Ant. Gabut. 4. cap. 2 in vita Pij Quinti, et lib. 5. cap. 8. & 15.

Gabut. lib. 2. c. 9. & lib. 5. c. 15. Vide etiã Stringam, & Onuph. in vita Pij Papæ Quinti.

plectitur; huic nobile quadratum adhæret duabus Cariatidis concluſum ſecundam Coronam ſuſtinentibus, quibus aliæ duæ ſuccedunt eodem modo conditæ, & in ſepulchri extremis collocatæ, & hiſtoriam continet Pij V. coronam ſuſcipientis die XVII. Ianuarij, S. Antonij Abbatis feſtiuitate, anno 1566. A dextra huius hiſtoriæ victoria naualis cernitur, quam Chriſtiani de Turcis reportarunt, nunquam ſimilis perſpecta. Quę omnia ex albo, & cælato marmore diligenter confecta exiſtunt. A læua perſimili quadrato Vgonottorum ſtrages Carolo Nono regnante à ſanctæ Floræ Comite edita; quorum inſignia fuerunt in S. Ioannis Laterani Baſilica ſuſpenſa ſuper maius oſtium, quòd vſque ad noſtram ætatem cernebatur. Has tres hiſtorias Coronis conſequitur ex iam deſcriptis marmoribus; ſuper cuius medio Zophorus ex albo marmore adeſt, cui Pij V. inſignia cum ornamentis nituntur. In extremis verò monumenti, bina marmorea vaſa ſe efferunt, totum opus determinantia.

Gabut. lib. 1. c. 9
Marc. Ant. Muret. Orat. 10. in reditu ad Vrbẽ Marc. Ant. Col. poſt Turcas nauali prælio vict.
Io. Ant. Gabut. in vita Pij V. l. 5. c. 4.
Gabut. l. 2. c. 9.

RELI-

MONVMENTVM PII PAPÆ V. IN QVO, ET EFFIGIES, ET RES EIVS PONTIFICIS PRECLARE GESTÆ ELEGANTER IN MARMORE EXPRIMVNTVR.



RELIQVVM SECVNDAE PARTIS INTERNAE PROPONITVR.

Caput V.

SPATIVM inter membra, & Pij V. monumentum intercedens vtrinque marmora varij coloris incruſtant; ſocci, baſæ, & paraſtadarum tæniæ ex eadem materia, atque opere conſtant, qua altera parte tradita. Paraſtadæ ex amatiſtis lapidibus aureum textile imitantibus; alabaſtritis, lyncurijs, inſiſtis, camibus, onichinis, lapide porta ſancta, glarea lapide vario. Supra primam coronidem ſpatium intra fornicis curuaturam quatuor Reges occupant, qui à feneſtræ dextris conſiſtunt. AMINADAB NAASSON. A ſiniſtris verò. SALMON BOOZ DE RAHAB.

Matth. cap. 1.

In coronæ angulis, duo Angeli pedibus innixi apparent, arcum continentes, ad quos in quadrato, opere tectorio, atque auro exornante quatuor Reges ſuccedunt à S. Matthæo in Beatæ Virginis, & Saluatoris genealogia numerati. Quia verò ſiniſtra arcus pars propè alteram iam deſcriptam, vtriuſq. partis angulum participat, neceſſarium videtur ad rem perfectè tenendam, eoſdem Reges iterare. Igitur ab angulorum læua egregiè Ieſſe, & Dauid Rex picti cum nominibus renident, hoc pacto. IESSE, ET DAVID REX. A dextera perſimili triangulo, atque tectorio. PHARES, ZARAM DE THAMAR.

Matth. cap. 1.

A lęua verſus Pontificiæ ſedis ſolium in ſiniſtro ſpatiorum latere à paraſtadis arcus diſſecti fictorum, loculamentum videmus ſancti Pauli effigiem ſtantem conſeruans, ex albo marmore diligenter formatam. Id quadratum ſupereminet ex tectorio inaurato infra primam ſacelli coronam ſitum, in quo eſt coloribus expreſſa Angeli ad S. Ioſephum præceptio, cum Beatam Virginem deſerere cogitaret, dicentis: *Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam, &c.* ſupra hanc hiſtoriam eodem paraſtadarum ordine Coronis occurrit, cui huius partis arcus nititur; in facie verò quadratum ex tectorio inaurato formatur; in quo duo Reges depicti notantur, SALAMON, ROBOAM.

Matth. cap. 1.

Ab huius partis dextera eſt D. Hieronymi ædicula, ſupra quam in paraſtadarum medio diſſectum arcum ſuſtinentium quadratum exiſtit eadem materia conditum Beatæ Virginis hiſtoriam proponens, cum ab Angelo nuncium recepit. Huic ſacellum ambiens prima corona ſuccedit, atque arcum ſuſtinet. Supra coronam ad ſectum arcum, quadratum ex tectorio adeſt, in quo coloribus notatur IACOB, ET IVDAE CVM FRATRIBVS HISTORIA.

S. Bern. homil. 3 ſup. verb. miſſus eſt.
S. Amb. lib. 2. in Luc.
Matth. cap. 1.

Integri arcus fornice in medio eſt figura ouatam ſpeciem repræſentans, & Angelorum Choros canentium ob Seruatoris natalitia, continet. Super tres arcus ſecunda corona ſe diffundit; huic paraſtadæ, atque paraſtadarum baſes nituntur cum capitellis ordine corinthio, & feneſtras concludunt, atque Tholi tympanum efformant. Ex vno ad aliud capitellum Zophorus pertingit tectorio conflatus, varia Sixti V. geſta continens. Supra tertiam coronam epiſtyliorum antiſtholi coſtæ ſe erigunt inaurato tectorio, atque eccleſiaſticis emblematis ornatæ. in medio verò amplum vanum ſupereſt, Angelorum legionibus plenum ob Chriſti natiuitatem exultantium. Super tholi apicem laternula comparet, cui tres montes cum ſtella inhærent, quæ Sixti Quinti inſignia ex parte proponunt. Ad hæc Crux conſequitur ex deaurato metallo conflata. Atque hæc de tali parte ſufficiant, quæ magis ex delineatione comprehendentur.

✠

DE

1761

SECVNDA PARS ORIENTI SOLI OPPOSITA, IN QVA PII V. PONT·MAX·STATVA, ET RES IPSIVS GESTÆ CONTINENTVR EX PARIO MARMORE NOBILI CÆLATVRA. MONVMENTVM QVOQVE A SIXTO V. PONT.MAX.MAGNIFICE ILLI CONDITVM. AD HÆC S.HIERONYMI ÆDICVLA, SACRÆQ. SPARSIM HISTORIÆ, ET VENVSTA SYMBOLA, DEI PARENTIS DECORA, ET VITAM REFERENTIA.




10 20
Scala menſionis deſumpta ex linea paralela iter+ et+
10 20
Scala diminutionum deſumpta ex linea inter+ et+

1768

DE TERTIA INTERNA SACELLI PARTE.

Caput VI.

ADHVC ſecundam internam partem deſcripſimus dexterum latus continentem, modo ad tertiam accedamus. Hæc pars ad Septentrionem reſpicit, & aditum comprehendit. Igitur ante ſacellum, nobile pauimentum adeſt ex marmoribus egregiè elaboratis diſtinctum. Super id fornix aſſurgit, quadratam figuram quatuor cum arcubus repręſentans. Primus ſupra cancellos extat ex tectorio opere, varijs Angelis, atque Seraphynis auro exornante, cælatus; in huius apice ſchedula his verbis apparet. XISTVS QVINTVS PONT. MAX.

Paraſtadæ Arcum ſuſtinentes diuerſi coloris marmoribus incruſtantur, quibus Clathri ſe adiungunt, ſacellum concludentes. Alter Arcus minoris nauis latitudinem comprehendens, ex parte, qua maiorem nauim reſpicit, duobus nauis columnis innititur: ex parte verò, qua ſacellum, paraſtadæ Cancellos ſuſtentant. talis Arcus itidem eſt ex tectorio varijs hiſtorijs auro illuſtribus cælatus; tertius Arcus eadem ratione ſe habet, & prorſus huic eſt perſimilis. Quartus maiorem nauim verſus, obſtructus exiſtit, ac proinde clauſum Arcum efformat; in cuius interiori parte ad ſacellum, quædam Sybillæ cernuntur coloribus expreſſæ, cum ſchedulis, Virginis partum vaticinantes: & quidem prima, FOEMINA CIRCVNDABIT VIRVM. Altera, ORIETVR IN BETHLEHEM. Tertia, IACEBIT IN FOENO. Reliquæ clauſos libros habent.

Fornix ſupra dictos Arcus tectorium opus mira arte ex auro cælatum oſtentat, cum quatuor Angelis, à quibus quatuor Euangeliſtæ præclarè depicti continentur.

Ad ſacelli ingreſſum tres gradus aſcendimus ad clathros perducentes, partim ex ære, partim ex orichalco conſtructos, octo columnis interpoſitis vuæ racemos, atque vitis folias imitantibus, cum auibus, ac ſeptem candelabris ex eadem materia conflatis, in quibus dum ſacra, Pontificia pompa ce-

A lebrantur ſeptem cereos collocant. A dextera propè cancellos eſt ſancti Hieronymi ædicula, velut antea tradidimus. A læua ſanctæ Luciæ Virginis, & martyris, in cuius Aram Sanctorum Innocentum reliquiæ, Sixto Quinto iubente è ſancti Pauli Baſilica extra muros deductæ fuerunt. Supra Cancellorum arcum partis internæ eſt prima Coronis, vndique ſacellum ambiens. Hanc feneſtra conſequitur in medio arcus ſpatio alijs perſimilis; à cuius læua in ſpatio
B intra fornicis curuaturam Abraham, & Iſaac hiſtoria eſt picta cum Angelo è cælo deſcendente, his verbis appoſitis. ABRAHAM, ISAAC.

Io. Chriſ. homil. 4. imperf. tom. 2. in 5. Matth. cap. 1.

A ſiniſtro latere Beata Virgo, Chriſtus, & ſanctus Ioſeph cernitur Angelis comitantibus, quibus hæc verba ſubſtant. IOSEPH MARIA, CHRISTVS.

In arcus circulo, figuram ouata ſpecie
C notamus, auro illuſtrem, quamplurimis Angelis redundantem, & Chriſti natiuitate exultantibus. In primæ Coronæ angulis duo ſtant Angeli ex tectorio compoſiti, quos arcuum angulus efformat, eadem materia conſtructus. A dextera tres Patres apparent, de quibus Beatæ Virginis genealogia. AZOR, SADOCH, ACHIM.

In anguli læua ab arcubus, pariter conſtituti ex eodem opere, atque coloribus.
D PHARES, ET ZARAM DE THAMAR.

In integri arcus medio figura comparet, ouatam ſpeciem imitans ex inaurato tectorio, cui magnus Angelorum numerus coloribus exprimitur, ob Chriſti natalitia exultantium. Ad ſiniſtrum ſacelli latus in paraſtadarum interuallo, haud procul à Pij V. ſepulchro loculamentum adeſt, quod ſancti Petri Martyris effigiem continet, ex albo marmore inſigni arte effictam. Supra lo-
E culamentum in eodem ſpatio à binis paraſtadis conſtituto, quadratum ex eadem materia cernitur, in quo hiſtoria notatur per ſanctum Lucam tradita, cum Beata Virgo vnà cum ſancto Ioſepho ſanctam Eliſabettham inuiſit. Super id quadratum prima Sacelli coronis occurrit, in qua itidem quadratum nitet eodem modo compactum, & duos Patres continet coloribus expreſſos, ESRON, ET ARAM. A dextero interno latere non procul ſacrarij oſtium, paraſtadarũ

ſpatio

ſpatio loculamentum concluditur cum Sancti Antonij de Padua ſtatua ex albo marmore fabricata; ſuper quam in eodem ſpatio opere tectorio quadratum inauratum adeſt, cui hiſtoria eſt picta Angeli Ioſephum admonentis, vt ſurgeret, & acciperet puerum, & matrem eius, & fugeret in Aegyptum: quo loco etiam Chriſti mater, & infans apparet. Hanc corona conſequitur cum quadrato eodem modo condito, in cuius medio ABIVD, ET ELIACHIM manent, Beatæ Virginis, & Chriſti affines. Supra tales arcus corona ſe diffun-

A dit vnà cum Zophoro, cui ſocci, & paraſtadarum baſes nituntur, mira arte excauatarum cum aureis tænijs, & Sacelli tympanum efformant feneſtras comprehendẽdo. capitellorum medio Zophorus ex tectorio adeſt, ad quem tertia corona cum Zophoro ſuccedit; ſupra quam inantistholi coſtæ ſe attollunt ſpatijs Angelorum miriades continentibus ob Chriſti natalem exultantium; extra tholi cacumen laternula comparet cum montibus, ſtella, atque Cruce, velut de alijs diximus.

DE QVAR-

TERTIA PARS AD SEPTENTRIONEM VERSA. ADITVS IN SACELLV̄ DESCRIBITVR
INAVRATI ÆRIS PERMVNITVS CANCELLIS: ET AD LATERA VTRINQ. ÆDICVLÆ,
HINC S. HIERONYMI, INDE S. LVCIÆ V. ET M. ET SANCTORVM INNOCENTIVM. SVPERNE
APPICTA AD MAIORES VIRGINIS SPECTANTIA ARGVMENTA





SIXT V
ARA XPVS
ABRAHAM ISAAC
PONT M
10
20
Scala dimenſionis deſſupta ex linea inter + et +
10
20
Scala diminutionis deſumpta ex linea inter + et +

DE QVARTA INTERNA SACELLI PARTE.

Cap. VII.

HÆc pars, Aræ maximæ ſiniſtrum latus comprehendit, & ad Occidentem reſpicit. In medio prima corona cernitur, ſub qua Sixti Papę Quinti monumentum refulget, varijs ipſo Pontifice geſtis cælato marmore expreſſis, de quibus peculiariter inferius tradetur. Igitur huius ornatus illi eſt perſimilis, quem de Pio Quinto diximus; nec ſolum quo ad lapides, ſed etiam modulum. Quia verò id monumentum ſiniſtri lateris ſacelli pars exiſtit, haud alienum duximus illud deſcribere. Ac vt à veſtigio ordiamur. Soccus ex coruina conſtat, cui alter inhæret ex lapide Porta ſãcta; baſis, Paraſtadis, & cymatium ex Carrarienſi marmore; Cauum ex Orientali alabaſtriti; inter Paraſtadas ſpatia ſub Sixti Quinti ſtatua à lateribus ex aſpilati, vbi elogia auro deſignata legimus.

SIXTVS QVINTVS PONT. MAX. CVPRIS AD LITTVS SVPERI MARIS IN PICENO NATVS, MONTALTI EDVCATVS, F. FÆLIX PERETTVS EX ORD. MINOR. THEOLOGVS, ET CONCIONATOR INSIGNIS, HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITOR, SVI ORD. PROCVR. ET VIC. GEN. A PIO IV. PONT. MAX. CVM VGONE BONCOMPAGNO CARD. LEGATO APOSTOL. IN HISPANIAM MISSVS. PIO V. PONT. MAX. OB SPECTATAE FIDEI ZELVM EXIMIE CARVS, AB EO EPISC. S. AGATHÆ, ET S.R.E. CARD. FACTVS, MAGNISQVE NEGOTIIS ADHIBITVS, SVMMO SACRI COLLEGII CONSENSV PONT. MAX. CREATVS, TOTO PONTIFICATV IVSTITIA, PRVDENTIA, ANIMIQVE MAGNITVDINE FLORVIT.

Vide Bullam Sixti Papæ V. par. 1. conſt. 14. conſt. 21.

BEATVM DIDACVM HISPANVM EX ORDINE FRATRVM MINORVM PHILIPPO REGE CATHOLICO SVPPLICANTE IN SANCTORVM NVMERVM RETVLIT, CAPTIVIS REDIMENDIS, PAVPERIBVS IN CVSTO-

A DIAM INCLVSIS AD AES ALIENVM DISSOLVENDVM, VIRGINIBVS DOTANDIS FRVCTVS ANNVOS ATTRIBVIT, VICTVM PER VRBEM OSTIATIM QVÆRENTIBVS DOMVM, IN QVA ALERENTVR ÆDIFICAVIT.

HIPPOLYTO CARD. ALDOBRANDINO LEGATO IN POLONIAM MISSO CONTROVERSIAM INTER AVSTRIACAM DOMVM, ET SIGISMVN-
B DVM POLONIÆ REGEM COMPOSVIT. EXVLVM, ET PERDITORVM HOMINVM LICENTIAM COERCVIT PVBLICAM TRANQVILLITATEM RESTITVIT. VRBEM ÆDIFICIORVM MAGNIFICENTIA, INPRIMISQ. VATICANA TESTVDINE ORNAVIT AQVAM FAELICEM OPERE SVMPTVOSO ADDVXIT.

Vide Sixti Papæ V. bullam par. 1. conſt. xxxv.

Columnarum baſæ ex Carrarienſi marmore conſtant, columnæ ex glarea marmo-
C re viridi, cum epyſtilijs ex albo marmore, quadris ex iſiſto adiunctis. Zophorum rubra glarea cõponit, faſtigium marmor parium; in cuius medio ex eadẽ materia Sixti Quinti inſignia effulgent. Eiuſdem Pontificis effigies ipſum egregiè referens flexis genibus, & palmis iunctis, Præſepium adorantem ex Carrarienſi marmore eſt compoſita, ſub quo in lydio lapide auro inſculpta hæc verba notantur.

D

SIXTO QVINTO PONTIF. MAXIMO
EX ORDINE MINORVM
ALEXANDER PERETTVS S. R. E.
CARDIN. VICECANCELL.
EX SORORE PRONEPOS PERFECIT.

Supra verò eiuſdem coronationis hiſtoria ex cælato marmore, anno 1585. velut ij affirmant, qui Romanorum Pontificum geſta tradiderunt. *Anno Domini 1585. die natali*
E *Sanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, Kalendis ſcilicet Maij, in gradibus ante fores Baſilicæ Vaticanæ, &c.* A dextris Didacus apparet inter Sanctos aſcriptus, quod apud Sanctum Petrum in Vaticano fuit actum in veteris Eccleſiæ parte ijs temporibus ſuperſtite; poſtea verò à Paulo Quinto Pontifice diruta, & magnificentius reſtituta. Hoc autem ſolemne frequenti, & Catholica pompa Sixtus Papa, ſecunda die Iulij, anno 1588. Pontificatus ſui quarto, agitauit, velut ex Bullario. *Sancti Didaci de Sancto Nicolao, Prouinciæ*

Ciacc. in vita Sixti Quinti.

Par. 1. Bul. 14.

uinciæ Bæticæ Hiſpani, Ordinis Minorum A *Sancti Franciſci canonizatio, & in Sanctorum Confeſſorum numerum, & in Cathalogum relatio, illiuſque feſti, anno quolibet die xij. Nouembris celebrandi præfinitio, cum officij pro eo, ſicuti pro vno Confeſſore recitatione, ac Indulgentiarum elargitione, &c.* A læua ex cælato marmore pax deſignatur inter Rodulphum Imperatorem, & Sigiſmundum Poloniæ Regem per Pontificem conſecuta, cuius gratia legatum à latere Hippolytum Aldobrandinum Cardinalem miſit, qui poſtea ad Petri B ſedem euectus, Clementis Octaui nomen ſeruauit, ſicut ex Bulla. *Sixtus Episcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Hippolyto tituli ſancti Pancratij, Presbytero Cardinali Aldobrandino nuncupato, maiori Pœnitentiario, noſtro ad Regem Poloniæ, ac omnes illius Prouincias, dominia, ciuitates, oppida, & terras, eorumque, nec non illis adiacentia, & quæcumque alia loca, ad quæ te declinare contigerit, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legato, ſalut. &c.* Cernuntur etiã Sancti Ioannis Laterani C ædes cum alijs heroicis geſtis. A ſtatuę dextera quædam piæ, & religioſæ actiones occurrunt eadem materia, atque opera impreſſæ, velut Hoſpitalium fundatio, Templorum erectio, ſed præſertim Sancti Petri in Vaticano tholi, triremium ad Chriſtiani nominis ſecuritatem conſtructio, puellarum coniugia, velut ex elogio deprehenditur. *Captiuis redimendis, pauperibus in cuſtodiam incluſis ad æs alienum diſſoluendum, virginibus dotandis, victum per vrbem oſtiatim quærenti-* D *bus domum, in qua alerentur, ædificauit.*

Vide Bull. Papæ Sixti Quinti, par. 2. conſt. 25. & Stringam in vita eiuſdem

A ſiniſtro latere eodem pacto deſignantur aduerſus latrones acta, obeliſcorum erectiones diuino numini dicatorũ; ac vt à Lateranẽſi inchoemus, ſic ad meridiem legitur:

CONSTANTINVS PER CRVCEM VICTOR, A S. SILVESTRO HIC BAPTIZATVS CRVCIS GLORIAM PROPAGAVIT.

Ad Orientem verò.

F. CONSTANTINVS AVG. CONSTANTINI AVG. FIL. OBELISCVM A PATRE LOCO SVO MOTVM, DENIQVE ALEXANDRIÆ IACENTEM, TRECENTORVM REMIGVM IMPOSITVM NAVI, MIRANDAE VASTITATIS PER MARE, TIBERIMQVE MAGNIS MOLIBVS ROMAM CONVECTVM IN CIRCO MAXIMO PONENDVM S.P.Q.R. D.D.

Ad Occidentem.

FL. CONSTANTINVS MAX. AVG. CHRISTIANAE FIDEI VINDEX, ET ASSERTOR OBELISCVM AB AEGYPTIO REGE IMPVRO VOTO SOLI DEDICATVM SEDIBVS AVVLSVM SVIS, PER NILVM TRANSFERRI ALEXANDRIAM IVSSIT, VT NOVAM ROMAM AB SE TVNC CONDITAM EO DECORARET MONVMENTO.

Ad Septentrionem.

SIXTVS V. PONT. MAX. OBELISCVM HVNC SPECIE EXIMIA, TEMPORVM CALAMITATE FRACTVM CIRCI MAXIMI RVINIS, HVMO, LIMOQ. ALTE DEMERSVM MVLTA IMPENSA EXTRAXIT, HVNC IN LOCVM MAGNO LABORE TRANSTVLIT, FORMAEQVE PRISTINAE ACCVRATE RESTITVTVM CRVCI INVICTISSIMAE DICAVIT. ANNO DOMINI M.D.LXXXVIII. PONT. IV.

In illo verò Vaticani hæc adſunt. Et primum in Obeliſco S. Petrum verſus.

SANCTISSIMAE CRVCI SIXTVS V. PONTIF. MAXIMVS CONSECRAVIT E PRIORI SEDE AVVLSVM, ET CÆSS. AVGG. AC TIB. I. L. ABLATVM M.D.LXXXVI.

In Paraſtade verò ad Occidentem.

CHRISTVS VINCIT. CHRISTVS REGNAT. CHRISTVS IMPERAT. CHRISTVS AB OMNI MALO PLEBEM SVAM DEFENDAT.

Ad Meridiem.

E SIXTVS QVINTVS PONT. MAX. OBELISCVM VATICANVM DIIS GENTIVM IMPIO CVLTV DICATVM AD APOSTOLORVM LIMINA OPEROSO LABORE TRANSTVLIT. ANNO M.D.LXXXVI. PONT. II.

Ad Orientem.

ECCE CRVX DOMINI FVGITE PARTES ADVERSAE, VINCIT LEO DE TRIBV IVDA.

Ad Septen-

Ad Septentrionem.

SIXTVS QVINTVS PONT. MAX.
CRVCI INVICTAE OBELISCVM
VATICANVM AB IMPIA SVPERSTI-
TIONE EXPIATVM IVSTIVS, ET
FELICIVS CONSECRAVIT.
ANNO M. D. LXXXVI. PON-
TIFICATVS II.

A Idem in Obeliſco legitur in ſanctæ Mariæ Populi area, qui lateranenſi eſt perſimilis. Quàm verò integrè iuſtitiam ſeruauit aduerſus latrones, qui illo Pontifice vixere, poſſunt rectè meminiſſe, & adhuc memoria viget, velut ex bullario. Quod verò ad vias, fon- *Conſtit. 6. & 7.*
tes, atque id genus alia pro communi bono tam Romæ, quàm in Elcceſiaſtica ditione patrata, ſpectat, & prædictis marmoribus cælata notantur, ſplendidè in Bullario appa- *Conſtit. 64.*
rent.

SIXTI V. PONT. MAX. EFFIGIES VNA CVM RERVM AB EO PRÆCIPVE GESTARVM MONVMENTO SCITE ELEGANTERQ. IN PARIO MARMORE AD IPSIVS SEPVLCHRI ORNATVM EXCVLPTA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PARS QVARTA AD OCCIDENTEM RESPICIT* | *IN HAC SIXTVS PAPA V. CERNITVR E
PARIO MARMORE NIXVS GENIBVS, PAL | MISQ. IVNCTIS AD PRÆSEPE CONVERSVS.
CIRCA QVÆDAM DE REBVS AB EO GESTIS CÆLATA | EX MARMORE. TVM S. LVCIÆ V. ET M. ET SS. INNOCENTIVM
ÆDICVLA: DEQ. VIRGINIS GENERE, AC VITA | VENVSTO LABORE PICTÆ HISTORIÆ.





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

RELIQVVM PARTIS INTERNÆ SACELLI DESCRIBITVR.

Cap. VIII.

AB VTROQVE monumenti latere ſocci, baſes, paraſtadæ, ſpatia inter membra, tæniæ, atque alia huiuſmodi ex varijs, & nobilibus lapidibus ſunt conſtructa, velut de cæteris diximus. Ob quam rem ad primam coronam properabimus. Igitur ſupra Sixti V. monumentum prima coronis comparet vndique ſacellum circundans. hanc feneſtra conſequitur in arcus medio locata, à cuius dextera in quadrato coloribus expreſſi Ioſias, & Iechonias Reges cõſiſtunt his verbis appoſitis. IOSIAS, ET IECHONIAS, & ſanctus Mattheus in geneologia commemorat. A feneſtræ læua eodem pacto cernũtur Salathiel & Zorobabel, quibus talia adhærent. SALATHIEL ET ZOROBABEL. In medio arcus fornice in figura ouatam ſpeciem referente tectorio formata, quamplurimi Angeli habentur eodem modo depicti ob Chriſti

A natiuitatem exultantes. In duobus angulis ſupra primam Coronidem bini ſtant Angeli ex tectorio egregiè conſtructi. Ad hos duo trianguli inter arcus ſuccedunt ex eadem deaurata materia compacti, in quorum medio à feneſtræ dextera Achaz, & Ezechias cum his verbis: ACHAZ, ET EZECHIAS. A læua, Azor, Sadoch, Achim, quos talia ſequuntur: AZOR, SADOCH, ACHIM. A monumenti dextera in Paraſtadarum interuallo Pontificum ſo-
B lium reſpicientium loculamentum adeſt, cum ſancti Petri ſtatua ex albo marmore perpolitè conſtructa. Ad hoc in quadrato ex tectorio coloribus expreſſa hiſtoria ſuccedit de tribus Magis Herode præſente, dum ſtellam omiſerant. Superiùs corona adeſt, ſupra quam eodem ordine, atque materia Ozias, & Ioathan apparent. A monumenti læua ſacrarium occurrit. cancellos autem verſus Sanctæ Luciæ eſt ædicula, quam hiſtoria in quadrato ex tectorio Innocentium
C præſtat coloribus deſignata. Super hanc corona ſe attollit, quam quatuor figuræ in quadrato eodem modo condito exornant, talibus verbis annexis, ELIVD, ELEAZAR, MATHAN, ET IACOB. atque hæc ſatis ſit de internis ſacelli partibus indicaſſe nunc ad reliqua pergemus.

DE INDVLGENTIIS, ET RELIQVIIS,

In hoc Sacello exiſtentibus.

Cap. IX.

QVAMVIS ſummi Pontifices Pręſepis ſacellum quamplurimis Indulgentijs decorarint; tamen temporum iniuria ſunt obrutæ. Nos tantum notabimus Præſepis Altare pro defunctis priuilegiatum: In nocte Natalis Domini cum ſequenti die Plenariam eſſe Indulgentiam, atque alias libro ſexto traditas. Sacræ Reliquiæ in hoc Sacello repoſitæ tales exiſtunt. Sub Præſepis Altare fœnum veneramur, ſuper quod Chriſtus naſcens, primò recubuit, vnà cum alijs ſacris Reliquijs. Illud verò mirum exiſtit, eodem modo conſeruari, ac ſi adhuc è prato reciſum eſſet, cum tamen amplius mille ſexcentum annis permanſerit. Sub ſanctæ Luciæ Ara quædam Innocentum corpora aſſeruantur.

DE SACRIS SACELLI MOBILIBVS.

Cap. X.

QVAMPLVRIMA ex argento condita ad Dei cultum in hoc Sacello reperiuntur, ab Alexandro Peretto Cardinali Montalto inſigni pietate fabricata. Et primum vna Crux, candelabra magna, atque mediocria, lampades magnæ, & mediocres, polubrum, & aqualis. Ampullæ, & Patinæ ad ſacrificium, plures calices. Acerra cum nauicula egregiè formata. Idem plures ditiſſimos apparatus, Planetas, & alias ſacras veſtes tradidit; nimirum varia Aræ maximæ pallia ex rubris ſericis auro, & argento intertextis. Pallium album pro eadem Ara argento, atque auro mirificè inſerto.

Pallium pro eadem Ara ex ſerico villoſo colore puniceo.

A Pallium pro eadem Ara, colore viridi, auro intertexto ditiſſimè compoſitum.

Pallium ex ſerico villoſo, colore nigro, aureis tænijs exornato.

Pallium ex ſerico vngulato, colore puniceo.

Pallium auro acubus inſerto, miri pretij, & pulchritudinis.

Pallia ex varijs coloribus, quæ etiam eidem Aræ inſeruiunt.

Alia Pallia pro tribus minoribus Aris;
B ideſt Sanctiſſimi Præſepis, Sancti Hieronymi, & S. Luciæ.

Primum Pallium album, & rubrum auro intertexto, in medio Peretti Principis inſignia geſtans.

Pallium alterũ ſericum argenteum auro exornatum, cum alijs Pallijs ex varijs coloribus, quæ breuitatis cauſa omitto.

Duorum Altarium, nimirum S. Hieronymi, & S. Luciæ pallia.

Primum ex ſerico vngulato colore viridi
C pallia quinque.

Pallia exin alba, argento intertexto, nec non alia ex diuerſis coloribus optimè exornata.

Pretioſæ Sacerdotum veſtes ſunt hæ.

Quædam ex ſerico, argento intertexto auro exornatæ.

Quædam ex baſilico viridi, rubro, atque albo, cum faſcia ex auro acubus in-
D ſerto.

Aliæ ex ſerico viridi.

Aliæ ex ſerico villoſo, auro ornatæ, cum Pluuiali, atque Tunicellis.

Aliæ ex ſerico raſo, colore nigro, auro exornatæ.

Aliæ ex ſerico vngulato, colore puniceo, auro deornatæ.

Aliæ quotidie inſeruientes, quas omittimus.

Adſunt etiam magnæ Arcæ, quo hæc cũ
E reliquis mobilibus aſſeruentur.

DE FVNDATIONE, DOTATIONE,

Cappellanis, Clericis, & Sacelli Miniſtris, nec non priuilegÿs.

Cap. XI.

CVm hæc poſſint ex Bulla dignoſci, ſatis in præſentia duximus quædam ex ipſa eruta annotare. *Ad Præſepe Ieſu Chriſti in Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe cum annuorum redituum aſſignatione, & Iuriſpatronatus, ac priuilegiorum conceſſione. Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Glorioſæ, & ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ ſalutiferam fœcunditatem humiliter venerantes, intra cuius caſtiſſima viſcera, virtute Altiſſimi mirabiliter obumbrante, diuina ſapientia ſibi domum ædificauit, ſummas illius laudes, & præclara in vniuerſum genus humanum, ſed in nos potiſſimum merita, & verbis, & factis quantum pro humana imbecillitate poſſumus libenter prædicamus. Hanc enim Beatiſſimam Virginem gratiæ, & miſericordiæ parentem, ab ipſa penè infantia nobis Aduocatam delegimus, cuius patrocinio, & interceſſione, multis periculis erepti fuimus, multa beneficia à bonorum omnium largitore Deo accepimus. Itaque cum alias eiuſdem ſanctæ Virginis nomine, & miraculorum ſplendore, Illuſtres Eccleſias ſemper in honore habuimus, tum in primis erga celeberrimam eius in Alma Vrbe Baſilicam ad Præſepe Domini, quæ ſanctæ Mariæ Maioris appellatur, præcipua quadam & pia deuotione affecti ſumus. Cumque conſideremus ſanctum Dominici Præſepis ſacellum, in eadem Baſilica ſitum, ob ſacras illius Præſepis reliquias, in quo Rex gloriæ naſci non abhorruit, & infans iacuit, magna in veneratione merito habitum, minus decenter pro loci dignitate, & ſanctitate ornatum, & extructum eſſe: Nos cupientes tam eximium, & religioſum monumentum debito cultu, decentique ornatu augere, ac nobili ædificio circumſectum communire, opus ſanè viribus noſtris, & facultatum noſtrarum illo quidem tempore tenuitate maius, freti ope eiuſdem Deiparæ ſemper Virginis, & animo ſuſcepimus, & re ipſa ag-*

Sanctiſſim. iſte Pontifex ab eius infantia B. Virginem ſibi aduocatam delegit, eiuſque patrocinio multa pericula euaſit.

Eius ideò Eccleſias, et maximè Baſilicam S. Mariæ Maioris de Vrbe deuotè admodum coluit.

Præſepis itaque ſacellum in dicta Baſilica minus decenter extructum, et ornatum eſse videns ipſe dum Cardinalis erat B. Virginis ope fretus inſignem ibi cappellam ædificauit.

A *greſſi ſumus. Nam iam pridem cum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalatus honore fungeremur, loco à dilectis filijs Capitulo eiuſdem Baſilicæ, interueniente etiam auctoritate felicis recordationis Gregorij Papæ Decimitertij prædeceſſoris noſtri, nobis conceſſo, inſignem Cappellam, & ſpatij amplitudine, & ſubſtructionis magnificentia, Templi inſtar, cæpimus à fundamentis ædificare. Cumque ædificatio feliciter procederet, eccè diuina ſic diſponente clementia, nullis noſtris meritis, ſed ipſius Beatiſſimæ Virgi-*
B *nis precibus in Apoſtolicæ ſedis faſtigio locati ſumus. Quare inchoatum opus tantò impenſius vrgentes, nulliſque quamuis maximis ſumptibus parcentes, Cappellam ipſam teſtudine ſublimi plumbi laminis extrinſecus tectam, & precioſis cruſtis, & tegmentis marmorum, atque opere tectorio marmorato, egregijſque picturis, & ſacris Imaginibus, & loco ipſo congruentibus exornatam, ita demum benedicente Domino perfecimus, atque omni ex parte abſoluimus, vt ipſa antiqua venerandi Præſepis ædicula, multis ca-*
C *tenationibus, colligationibus, & facturis circum adhibitis, ne parietes diſſolui, neuè opus vlla ex parte labefactari poſſet, magna ergatarum, & tractoriarum machinarum vi, ingenti labore, atque artificio tota ſimul ſolida, ac prorſus integra, quod factu difficillimum videbatur, veteri ſede conuulſa, & in altum ſublata in medium ipſius nouæ Cappellæ gremium, ſub eius pauimento, in locum ſubterraneum tranſlata, atque aſportata fuerit, vbi, & ſpecus circum circa humili fornice concameratus, per quem*
D *circuiri poſſit, extructus eſt gradibus ad commodum deſcenſum in eandem ſacri Præſepis ædiculam, & dictum ſpecum, hinc inde aptè poſitis, vt Chriſtifideles viri tantum, laudes, & preces Deo offerre, & Presbyteri in Altari ibidem ſito miſſas deuotè celebrare valeant. Altare item ſupra ipſius ædiculæ fornicem conſtituto ad miſſas Pontificias celebrandas. Duo præterea minora, ſed tamen inſignia Altaria, ſiue ſacella, noſtra itidem impenſa ædificata eodem modo picturis, & orna-*
E *mentis magnificè exculta ad ipſius Cappellæ limina ab vtraque parte adiunximus; vnum videlicet ſub ſanctæ Luciæ Virginis, & Martir. inuocatione dicatũ, cuius feſtus dies, idem natalis noſter eſt, & quam ab ineunte ætate omni ſtudio venerati, vt pro nobis apud Deum intercederet magna cum fiducia aſſiduè precati ſumus. ſub cuius etiam Altari in Arca marmorea duo ſancta Beatorum Innocentium corpuſcula à Baſilica ſancti Pauli extra Portam Oſtienſem noſtro iuſſu tranſlata, ritè recondi curauimus, vt ad*

Interim eiuſdem Beatæ Virginis precibus ipſe fuit Pontif. creatus, dictamque exornauit et perfecit.

Altareque maius ſuper ædicula d. Præſepis ad miſſas Pontificales celebrandas conſtituit.

Alia etiam duo Altaria ad limina dictæ cappellæ adiunxit.

Vnum ſub inuocatione S. Luciæ cuius dies feſtus etiam natalis ipſius fuit, et ſub eo duo ſanctorũ Innocentiũ corpuſcula eius iuſſu à Baſilica ſancti Pauli tranſlata recondi iuſſit.

Chriſti infantis cunabula ijdem ſancti Innocentes (flores ac primitiæ Martyrum, Deoque gratiſſimæ uictimæ) quodammodo excubare videantur. Alterum vero in honorem, & memoriam ſancti Hieronymi præſtantiſſimi Eccleſiæ Doctoris, cuius titulus in Eccleſia Illyricorum fuit nobis in noſtra aſſumptione ad Cardinalatus honorem aſſignatus, & perpetuò retentus, quique Præſepe Domini ita viuens coluit, vt ex hoc mundo decedens, per illud tanquam vitæ ianuam ad cæleſtem patriam commigrauit. Cum igitur, Deo fauente, pium huiuſmodi opus iam abſolutum, & ad tectum perductum foret, compertum eſt tandem relatione, ac teſtimonio fide dignorum virorum, qui ex peregrinatione Terræ ſanctæ nuper in Vrbem aduenerunt, nobis nihil tale vnquam cogitantibus, non humano conſilio, ſed planè diuino inſtinctu ita contigiſſe, vt hæc noſtra Cappella, veteri Cappellæ ad Præſepe Domini poſitæ in Eccleſia Bethlehemitana, quæ eſt in Palæſtina, ædificio, ſtructione, ac præcipuis ſuis partibus admodum ſimilis euaſerit: nam & à ſiniſtra parte Eccleſiæ vti hæc noſtra ſita eſt, & habet ædiculam Præſepis Dominici ſubterraneam, noſtræ conſimilem, tectam teſtudine, opere vermiculato ornatam, ſicuti & hæc eſt, ad quam & per gradus deſcenſus patet: habet quoque illa Cappella marmoreum, vti & hæc noſtra, pauimentum. Altaria etiam prima in memoriam ſanctorum Innocentium, & ſanctæ Catherinæ Virginis, & martiris, & ſancti Hieronymi extructa, quemadmodum & noſtra, vnum in ſanctæ Luciæ cum reliquijs ſanctorum Innocentium, & alterum in eiuſdem ſancti Hieronymi memoriam pariter erecta, ita vt ipſa glorioſa Virgo, quæ olim primis ſanctæ huius Baſilicæ fundatoribus certos fines, & locum niuibus, quarum memoria in hodiernum vſque diem religioſè colitur, mirabiliter præſcripſit, ac deſignauit: nunc etiam in noſtra Cappella, quaſi dictæ Baſilicæ appendice extruenda, diuinitus mentem noſtram inſpirauit, ſimulque ſuæ, ac diuinæ voluntatis, & prouidentiæ admirabilem minimèque obſcuram dederit ſignificationem. Demum verò nos ad Dei omnipotentis, & intemeratæ Virginis partus gloriam, fideliſque populi erga Cælorum Reginam deuotionem augendam, eandem Cappellam ſolemni ritu conſecrari, & dedicari curauimus, atque in ea duo ſepulchra conquiſitiſſimis columnis, & lapidum varietate, opere ſumptuoſo, ac magnifico extruximus: quorum alterum ſanctæ memoriæ Pio Papæ V. noſtro etiam prædeceſſore, de Chriſtiana Republica, deque nobis optimè merito, à dextris eiuſdem Cappellæ poſuimus, vt perpetuum noſtri erga eum grati, & pij animi apud poſte-

Alterum verò ſub inuocatione S. Hieronymi, cuius titulus in aſſumptione ad Cardinalatū, ei aſſignatus ab eo perpetuo retentus fuit.

Poſt perfectum opus huius Cappellæ compertū eſt eam eſſe ſimilē veteri cappellæ ad Præſepe Domini in Eccleſ. Bethlehemitana quod ex inſpiratione diuina id Pontificem feciſſe videtur.

In eadem cappella idem Pont. duo ſepulchra magnificè extruxit, alterum Pio Papæ V. de ſe, et Rep. Chriſt. benem. à dextris cappellæ poſuit, alterum ſibi à ſiniſtris reſeruauit, aliud etiā in ueſtibulo dictæ Cappellæ pro ſuis conſanguineis ſepeliendis aſſignauit.

A ros monumentum extet. Alterum à ſiniſtris, ad noſtram ſepulturam reſeruauimus: Tertium verò ſeparatim in veſtibulo dictæ Cappellæ, & in ipſa naui Baſilicæ illi contigua pro noſtris duntaxat conſanguineis ſepelliendis aſſignauimus. Vt autem in eadem Cappella noſtra ad ipſum ſanctum Præſepe, vbi Angelorum chori, Deo gloriam, & hominibus pacem annuntiantur, & vbi nos anno præterito cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac alijs Epiſcopis, & Prælatis in Na-

B talis Domini nocte Miſſarum ſolemnia celebrauimus, aſſiduè incruentum ſalutaris Hoſtiæ ſacrificium pro noſtra, & totius populi Chriſtiani ſalute offeratur, & diuinæ laudes, atque officia perſoluantur, ob eam cauſam certos Presbyteros, & Clericos, qui in Cappella, duobuſque ei coniunctis ſacellis, ſeu Altaribus prædictis Deo inſeruiant, conſtituere decreuimus. Cum itaque ſicut accepimus, ſancti Ioannis de Pyro Policaſtren. & ſancti Leonardi Salernitan. Ciuitatum, vel Diæc. Monaſteria or-

C dinum ſancti Baſilij, & ſancti Benedicti, quæ bonæ mem. Petrus Epiſcopus Caietanus, & quondam Ludouicus Blanchettus Clericus ex diſpenſatione, & conceſſione Apoſtolica in commendam dum viuerent reſpectiuè obtinebant, vtraque commenda huiuſmodi per obitum Petri Epiſcopi, & Ludouici prædictorum, qui apud ſedem prædictam diem clauſerunt extremum, ceſſante adhuc eo, quo ante commendam ipſam vacabat modo uacauerint, & vacent ad præſens, & dilectus Filius noſter Philippus tituli ſanctæ Sabinæ,

D Presbyter Cardinalis Spinula nuncupatus, qui monaſterium ſancti Nicolai de Butramo, dicti Ordinis ſancti Baſilij, Hieracenſis Diæceſis, ex ſimili conceſſione, & diſpenſatione in commendam ad eius vitam nuper obtinuerat, poſteriori commendæ huiuſmodi, ac omni, & cuicunque iuri ſibi in dicto Monaſterio ſancti Nicolai, illiuſque regimine, & adminiſtratione, vel ad illa quomodolibet competenti, hodie in manibus noſtris ſpontè, & liberè ceſſerit. Nos ceſſionem huiuſmodi admittentes, ac Cappel-

E lam noſtram prædictam ad eiuſdem Redemptoris noſtri laudem, & honorem, & glorioſiſſimæ illius Genitricis, dictique ſancti Præſepis memoriam, & venerationem, ac diuini cultus incrementum, competenti beneficiorū, & miniſtrorum Eccleſiaſticorum numero ſtabilire, annuiſque reditibus pro congrua eorum ſubſtentatione, & manutentione, onerumque illis, ac dictæ noſtræ Cappellæ, nec non illius fabricæ, & ſacriſtiæ pro tempore incumbentium ſupportatione neceſſarijs dotare volentes; verumque, & vltimum di-

ctorum

ctorum monaſteriorum vacationis modum, etiã ſi ex illo quæuis generalis reſeruatio etiam in corpore iuris clauſa reſultet præſentibus pro expreſſis haben. Motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in Cappella noſtra prædicta vnam Præpoſituram, quæ in ipſa Baſilica ſecunda dignitas exiſtat, hoc eſt, prima poſt Archipresbyteralem pro vno Præpoſito, vtriuſque, vel alterius Iurium Doctore, ſeu in Theologia magiſtro, & in Presbyteratus ordine conſtituto, ac vnam Sacriſtiam pro vno Sacriſta, & quatuor perpetuas ſine cura Cappellanias pro quatuor perpetuis Cappellanis Presbyteris, & quatuor alia Clericatus nuncupanda perpetua ſimplicia beneficia Eccleſiaſtica pro totidem alijs Clericis nuncupandis perpetuis Beneficiatis, quorum ſiquidem Sacriſtæ, Cappellanorum, & Beneficiatorum, qui Clerici nuncupantur dictus Præpoſitus caput exiſtat, ac in rebus, negocijs, & actibus per eos tractandis, & faciendis primum, & digniorem locum habeat; ibidemque præſit, ac tam ipſe, quàm prædicti Sacriſta, Cappellani, & Beneficiati dictæ Cappellæ, prout inferius deſcriptum erit, deſeruiant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus, ac eidem Cappellæ noſtræ, illiuſque fabricæ, & Sacriſtiæ, nec non communi maſſæ ipſorum Præpoſiti, Sacriſtæ, Cappellanorum, & Beneficiatorum pro eorum manutentione, & ſubſtentatione, ac onerum illis incumbentium ſupportatione ſingula Monaſteria prædicta, quæ Conuentu carent, ac quorum fructus, reditus, & prouentus ſancti Ioannis ad quadraginta, Sancti Leonardi verò ad quinquaginta florenos auri in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, ac Sancti Nicolai autem, ac illi perpetuo annexorum Sanctæ Mariæ de Pigliano, & eiuſdem Sanctæ Mariæ de Canicis quingentorũ quinquaginta ducatorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valoris annui, vt etiam accepimus, non excedunt, quibuſuis modis, & ex quorumcumque perſonis, ſeu per liberas quorumuis ceſſiones, de illorum regiminibus, & adminiſtrationibus in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte, factas vacent: etiam ſi tanto tempore vacauerint, quod eorum prouiſio iuxta Lateranen. ſtatuta Concilij, aut Canonicas ſanctiones ad ſedem prædictam legitimè deuoluta exiſtat, & illa ex quauis cauſa ad ſedem eandem ſpecialiter, vel generaliter pertineat, & de illis Conſiſtorialiter diſponi conſueuerit, ſeu debeat, ac ſuper regiminibus, & ad-

Et modo ad laudem eiuſdem B. Virginis et d. Præſepis venerationem vnam Præpoſituram, vnam ſacriſtiam quatuor Cappellanias, et quatuor Clericatus in dicta Cappella erigit et inſtituit.

Pro illorumque ſubſtentat. reditus beneficiorum hic deſcriptorum eis aſſignat.

A *miniſtrationibus Monaſteriorum huiuſmodi inter aliquos lis, vel eorum poſſeſſorio moleſtia, cuius litis ſtatum etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſo pendeat indeciſa, cum prædictis, & forſan alijs, illis annexis, eorumque membris, Grangijs, prædijs, poſſeſſionibus, decimis, primitijs, vineis, terris, agris, cenſibus, reditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentis, pertinentijs, rebus, & actionibus vniuerſis, cæteriſque bonis mobilibus, & immobilibus, ac ſe mouentibus cuiuſcumque qua-*

B *litatis, pretij, & valoris annui exiſten. ac vbique locorum conſiſten. eorumque proprietate, & dominio. Ita quod liceat Collegio Præpoſiti, Sacriſtæ, Cappellanorum, & Beneficiatorum huiuſmodi per ſe, vel alium, ſeu alios eorum, & dictæ noſtræ Cappellæ, illiuſque fabricæ, & Sacriſtiæ, ſuæque menſæ, ſeu maſſæ communis nominibus corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Monaſteriorum, annexorum membrorum, Grangiarum, prædiorum poſſeſſionum, decimarum, primitiarum, vinea-*

C *rum, terrarum, agrorum, cenſuum, iurium, pertinentiarum, rerum, actionum, & bonorum huiuſmodi, propria auctoritate abſque ſpolij, & attentatorum vitio, ac cuiuſcunque Iudicis decreto, vel miniſterio liberè apprehendere, & perpetuò retinere, illaque regere, & adminiſtrare, nec non fructus, &c. eorumdem percipere, exigere, & leuare, illaque in ſuos ſecundum ordinationem inferius per nos deſcriptam, & dictæ Cappellæ noſtræ, illiuſque fabricæ, & Sacriſtiæ vſus, vtilitatem, & neceſſitatem om-*

D *ninò conuertere, Diœceſani loci, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita, auctoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus, ac in eiſdem Monaſterijs ſic vnitis, eorumque Eccleſijs annexis membris, & grangijs dignitates Abbatiales, illarumque titulos, nomina, & denominationes eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, &c.* De priuilegijs verò hæc ſunt formalia verba.

E *Ad hæc Præpoſito, Sacriſtæ, Cappellanis, & Beneficiatis, Clericis nuncupatis prædictis, illorumque Collegio, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentijs, prærogatiuis, fauoribus, facultatibus, indultis, & alijs gratijs tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus alij, Dignitates, Cappellanias, & alia beneficia in dictæ Sanctæ Mariæ Maioris, & alijs eiuſdem Vrbis Baſilicis, & Eccleſijs pro tempore obtinen. eorumque Collegia de iure, vel conſuetudine,*

Priuilegia q. alijs in Eccleſijs vrbis dignitates huiuſmodi habentibus conceſſa prædictis etiã concedit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tudine, aut ex priuilegio, vel alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad eorum in-
A *ſtar, ſed æque principaliter, & pariformiter in omnibus, & per omnia vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeat, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus, &c.*

FINIS LIBRI DECIMI.

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER VNDECIMVS.

AVCTORE

ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE ORDINE RETINENDO in Beatæ Virginis Sacelli deſcriptione.

CAPVT PRIMVM.

POST Sacellum Chriſti Præſepis expreſsũ, vnà cum ad ipſum ſpectantibus, ſequitur Beatæ Virginis Sacellũ à Diuo Luca depictæ, per Paulum Quintum Pontificem Maximum à fundamentis cõſtructum, eidemque Virgini dicatum. Quia verò in externa Baſilicæ deſignatione libro quinto peracta, ſatis huius ſacelli externa fuerunt indicata, in præſenti ſolum interna delibabimus, modo etiam quædam ex externis intacta, & ad noſtrum munus ſpectantia annotentur. Primùm igitur, diuino fauente numine, modulum, fabricam, & marmorea ornamenta generatim, mox ſingillatim A narrabimus, nimirum in quatuor partes diſtribuendo, quæ quatuor facies exiſtunt, & in quauis hiſtoriæ deſcribentur coloribus impreſſæ, vnà cum menſuris; fine verò deſcriptionis, delineatio, & figura ſe efferet illi parti conueniens. Præterea auri, argenti, & metalli ornatus, atque adeò ſacros apparatus. Tertiò de Indulgentijs ad id ſacellum attinentibus tradetur. Quarto de ſacris Reliquijs ibidem collocatis. Quinto de Beneficiatis, ſeu Cappellanis, & Clericis com- B morantibus, atque priuilegijs. Demum reditus proferemus, quos Paulus V. pro ſacelli commoditate, atque vſu aſſignauit.

DE SO-

DE SOLO, ET PAVIMENTO,

Cum alijs nonnullis in genere.

Caput II.

VT autem à fundamentis exordiamur, licet affirmare tale Sacellum, mundi durationem æquaturum, nè dicam æternitatem, ſiue fundamentorum profunditatem excellenti materia repletorum, ſiue ſitum reſpicias profunda platea excauatum, in qua hæc fabrica ſe attollere incepit, quæ mundi miraculum videtur. Præterquam quod eodem tempore parte externa marmora locabantur Tiburtina cum ſoccis, baſibus, paraſtadis, capitulis, cymatijs, zophoris, coronidis, clathris, &c. velut libro quinto indicauimus, & ex delineatione de-
A prehenditur. Modo ad interna redeamus, illa vniuerſa attingentes. Antequam verò vlterius pergatur, pauimentum occurrit ſumma cura in diſtributionibus imitatum. Tholi altitudo ſuis cum teſtudinibus; pars media Pauli Quinti inſignia geſtans diuerſorum colorum lapidibus diſtincta, tantaque arte inſertis, vt picturæ opus omninò exprimat, cum teſtudinis ſpatijs, varijs marmorum orientalium coloribus, vt alabaſtris orientalibus, lyncurijs, caloritis orientali-
B bus, & cæteris quamplurimis lapidibus vnà nigris, croceis, & rubeis, faſcis alligatis, prout res ipſa, & lapidum conditio, eximia diligentia ornatorum poſcebat, & qui aſpicientium oculos perbellè oblectant. Adſunt etiam binæ ædiculæ, pauimento inſigni, cancellis, atque ſacris ferculis; nec non maior Ara cernitur, nobile ſacelli Sacrarium, murorum craſſities, & ante ingreſſum, pauimentum, fornicis ſupereminentis, ornamentis ſatisfaciens, velut ex delineatione deprehenditur.



SACELLI SANCTÆ MARIÆ MAIORIS A P

AD VARIOS VSVS ÆDIVM VEST



MERIDIES

…ORIS A PAVLO PP.V. CONDITI ADIVNCTARVMQ
…M VESTIGIVM CVM SACELLI EIVSDEM PAVIMENTO



1908

DE PRIMARIA INTERNA SACELLI PARTE;

Et primum de Ara maxima ibidem exiſtente.

Caput III.

HÆc pars Septentrionem verſus reſpicit, in cuius medio principalis Ara effulget magnificentiſſimè conſtructa, pretioſis lapidibus, ac gemmis, & inaurato metallo rutilans: quia verò maximum valorem continet, & quodammodo Eccleſiæ theſaurum, peculiare caput illi aſſignabimus. Et vt à pauimento ordiamur, per tres gradus ad Altare aſcenditur, albo marmore, atque pernobili conditos, ſuper quos Beatæ Virginis Ara ſe attollit; à cuius lateribus ſocci ſuper pauimentum nituntur rubro iaſpide, & croceo, atque tranſlucido, & deaurato metallo formato. Hiſce ſoccis Paraſtadarum baſes adhærent, vtræque ex aurato metallo conflatæ, & ambas Paraſtadas cum cymatijs æs format, eadem materia, atque auro exornante. Facies, & Paraſtadarum latera quadratum imitantia ex pretioſiſſimo iaſpide ſunt conſtructa, roſeum colorem albo intermixto cum ſanguineis lineis, atq; tranſlucido, exprimente, adamantiſque duritiem ſuperante. Huius cymatium ad Paraſtadas vnà cum ſocco ſuperpoſito, vel potius zophoro, pertingit, croceo iaſpide ſanguineis venis interſtincto, in quo baſes quatuor columnarum nituntur ex metallo, inſigni artificio conflatæ, thoris lauri folia exprimentibus adornatæ. Hinc quatuor columnæ ſe efferunt ex roſeo iaſpide conſtructæ, albis, & nigris maculis intermixtis, quas tæniæ ex deaurato metallo exornant. Epiſtylia ex metallo partim inaurata, atque egregiam artem exprimentia, compoſitum ordinem referunt. Pro huiuſmodi columnis dedolandis magna argenti ſumma eſt erogata, quando ob duritiem ferrum omne eludebant, tantumque hyſmeri aqua intermedia cedebant. Oppoſitæ Paraſtadæ, quæ ſecus columnas cernuntur, etiam ex deaurato metallo vnà cum oppoſitis capitellis exiſtunt. Spatium inter hæc ex indice lapide ſimul cum mem-

A bris repletur, imo ad ſummum pertingentibus, pariter inaurato metallo exornatis. Super epiſtylia cymatium progreditur itidem inaurato metallo formatum, cui zophorus nititur ex nobili iaſpide, atque tranſlucido, & croceo colore, & ſanguineo, coronidem ex eodem inaurato ære, atque nonnulla membra geſtans. Super hanc faſtigia inter ſecta cernuntur itidem metallo, atque auro condita, ſub quibus triangulum formatur

B ex pellucido iaſpide roſei coloris, albo, atque nigro diſtinguentibus. faſtigijs ſuperimpoſiti bini Angeli apparent ex ære, ſummo artificio, conflato, quorum veſtes aurum depingit. Inter hæc faſtigia quadratum continetur, in quo niuis miraculum inaurato metallo cælatum, cum loculamento ex zumemellazuli, vulgo lapide lazuli, reſplendet; nix autem ex præcellenti marmore eſt expreſſa. Coronæ vndique hiſtoriam circundantes, ex nobili iaſpide conſtant, quem

C inauratū metallum ambit. his ſoccus ſubeſt itidem ex iaſpide maculoſo, ac perilluſtri. In lateribus verò binæ ſchedulæ ex ære nituntur ad maiorem quadrati ornatum; ſupèr quo coronis comparet, faſtigium ex metallo deaurato geſtans. Faſtigio tres Angeli inhærent, omnes ex metallo deauratis veſtibus egregiè fabricati, qui tale opus definiunt. Hinc ad aræ loculamentum redeamus, nimirum quatuor columnarum interuallum. id verè poteſt affirmari mundi miraculum

D eſſe, cum vndique ex iaſpide nitenti ad coronæ modum formatum conſtet, cum faſcis, atque ornamentis ex deaurato metallo. Ingens verò ſpatium interceptum lapide lazuli incruſtatur, cæruleo colore, & auri micis velut ſtellis internitentibus coruſcante; in cuius medio cellula adeſt, cum marginibus ex amatiſta: atque illam varia inaurato metallo deſignata circundant, vbi Beatæ Virginis effigies à ſancto Luca depicta conditur. Prædictas margines zona conſequitur ex gē-

E mis in deaurato metallo inſertis, nempè topatijs, granatis, rubinis, ſmaragdis, atque alijs magno pretio dignis; quæ ſola duodecim aureorum millibus æſtimatur: & id ornamentum ſeptem Angeli ex deaurato ære formati ſuſtentant. Super hoc Spiritus ſanctus cernitur ex eadem materia, atque auro effulgens. Illud eſt obſeruandum, omnes Iaſpides à nobis enumeratos, adeò præcellere, vt inter gemmas ſibi locum vendicent. Atque hæc ſufficiant de Ara maxima Sacelli delibaſſe. Quæ omnia poterunt ex delineatione dignoſci.

INSIGNE ALTARE A PAVLO V. PONT. MAX. IN MAGNIFICENTISSIMO SVO BASILICÆ LIBERIANÆ SACELLO EX INAVRATO DVNTAXAT ÆRE PVLCHERRIMAQ. VARIETATE PRETIOSORVM LAPIDVM ATQVE GEMMARVM AD ORNATVM AVGVSTÆ IMAGINIS SANCTÆ MARIÆ A B. LVCA PICTÆ CONSTRVCTVM

Scala palmorum

DE RELIQVA PRINCIPALI SACELLI PARTE.

Cap. IV.

POSTQVAM Aram explicauimus, ſequitur ea indicare, quæ ad reliquam partem ſpectant. Igitur laterum Altaris partes ſe cum membris cõiungentes ex orientalibus lyncis ſunt compoſitæ. Paraſtadarum ſoccus, quæ ex parte tribunam ſuſtentant, & ex recto hanc partem reſpiciunt, ſuper pauimentum nitens, ex lapide vario conſtat, cocleola appellato, & vndique Sacellum circundat. Baſis ex Carrarienſi marmore conſtat, cui Paraſtadæ inhærent eodem marmore excauato, atque marmore auro texſtili perſimili inſerto, vndique nigris quadris ambientibus. Supra Paraſtadas capitelli reſident ordine corinthio, ex marmore oliuæ folias exprimentes. Duo membra à latere exiſtentia, haud procul à Clementis Octaui ſepulchro eodem marmore conſtant itidem excauato, & alio, auro teſtili ſimili, vulgo brocatello, componuntur vnà cum quadris circundantibus ad Paraſtadarum ſimilitudinem. Nunc ornatum, ſiue interuallum inter membra comprehenſum, quod præcipuam arcus faciem effingit, attingamus. Supra Baſi, fundamen exiſtit ex lapide Porta ſancta, vbi corona cernitur, quadratum exprimens ex pretioſo marmore, vndique glarea crocea inſerta, in cuius medio quadratum ineſt ex alabaſtrite flaueſcente, atque orientali, miræ nobilitatis. Huic Cherubin ſuperſtat cum loculamento ex lapide Porta ſancta incruſtato, ſuper quod Aedicula ſe attollit crocea coronide. Aediculæ verò interna varijs lapidibus veſtiuntur, & Aaron ſtatua pedibus nitens aſſeruatur perpolito marmore, & erudito artifice formata. ſuper Aediculam Cherubin ſe effert binis velis marmoreis, & pariter lapide Porta ſancta intertextis, huic Abacus coronatus apparet ex pario marmore, cui ornamentum croceo colore itidẽ coronatum adhæret, & inferius poſito reſpondet, atque in media parte alabaſtritis cotoneaceus orientalis includitur. Inter epiſtylia thorus ſe extendit, his Paraſtadarũ perſimilis, in quo ornamentum ex marmore adeſt perpolitè exculptum, cui puer ex eadem materia inſidet. Super capitella, atque ornamentum, vndique Sacellum à limine ſuperiori circundatur ex pario marmore, atque nonnullis membris mirè inſculptis, formato; ſupra quod zophorus perſtat ex aſpide ſummæ nobilitatis. Paraſtadarum verò Antis Cherubin inſidet ſchedulam geſtans, in qua Pauli Quinti Pontificis nomen ſic notatur, P. V. P. M. Zophoro corona nititur ex Carrarienſi marmore, roſis, mutulis, echinis, & verticellis inciſis, atque egregiam artem repræſentant. Super hanc arcus ſe attollunt, qui tympanum, & vniuerſum Sacelli tholum ſuſtentant. De huius arcus lateribus Aram ipſam in medio concludentibus, diſtinctè ſuo loco trademus. Ab Aræ maximæ dextra ijdem ſocci exiſtunt Baſes, Paraſtadæ, membra, loculamenta cum Cherubinis; alabaſtrites, atque eiuſdem ordinis epiſtylia, in quorum medio pariter ornatum cum Puero ſe oſtendit, nec non trabs marmorea, zophorus, atque coronis eadem materia, atque opera conſtructa, quę paulò ante de alia parte deſignatis, ęquãtur. Illud tantum reſtat, quod in huius faciei loculamento membrorum medio compacto Regis Dauidis ſtatua continetur, Goliam pedibus calcans, & Puerum prope ſe habens. A læua huius primariæ partis, pars Sacrarij ſacelli cernitur, & à dextra conclauium partes eidem ſacello coniunctorum, nec non murorum craſſities. Hic ſequitur eorum deſcriptio, quæ ſuper primam coronam talis partis habentur. Primum autem hiſtoriam depictam attingemus, quæ in ſpatio intra curuaturam fornicis ſupra Aram maximam conſiſtit. Et in eo Beata Virgo eſt depicta, Sanctus Ioannes Euangeliſta, & ſanctus Gregorius Thaumaturgus cum his verbis pernobili ſchedula à Puero ſuſtentata delineatis. FORMVLAM FIDEI S. GREGORIO THAVMATVRGO CONTRA HÆRETICOS TRADIT.

Ad cuius principalis arcus angulos ſuper coronam bini Angeli apparent. Nimirum in quauis parte ſinguli; ſupra quos bini Prophetæ in triangulo depicti mirè exornato exiſtunt, à dextra parte Iſaias cernitur ſchedulam retinens, his verbis deſignatam: ECCE VIRGO CONCIPIET, ET PARIET FILIVM.

A læua, in qua epiſtola decantatur imminenti Hieremias egregiè depictus conſpicitur, ſchedulam retinens his verbis expreſſam. FOEMINA CIRCVNDABIT VIRVM.

De ord. corinthio & compoſito vide Vitruuium lib. 4. c. 1. vbi agitur de tribus generibus columnarũ, earumque origine, & inuentione.

De hac hiſtoria vide Baron. tomo 2. ad annos 233. vbi multos ſanctos Patres adducit.

Hierem. 31.

Hi arcus ſumma arte diſtributi tectorio, A atque auro ornantur, nec non perpluribus figuris, & Eccleſiaſticis emblematis ad glorioſam Virginem ſpectantibus. Quia verò nequeunt deſcribi intrinſecus contenta, illa exprimemus, quæ diſtinctè poterunt cerni. Hic tamen obſeruabimus in præcipui arcus medio pernobilem figuram eſſe, ouatam ſpeciem repræſentantem, in cuius medio Sanctus Lucas Euangeliſta mira diligentia depictus conſpicitur, & Beatiſſimæ Virginis Altari ſuperſtat, his verbis delineatis. VIRGI- B NEM DIVINIS LAVDIBVS EXTOLLIT.

A dextro arcus latere ad rectum ſanctus Dominicus pictura expreſſus, adeſt vnà cum duobus ſocijs in quadrata figura, opere tectorio, atque auro exornata: & in vtraque parte varij alueoli continentur, tectorio, eodem modo decorati, in quibus Angeli, Cherubim, atque alia apparent. Sub ſancti Dominici pedibus Illuſtris ſchedula exiſtit, his verbis annotatis. FILIVM HVMANO C GENERI INFENSVM DEIPARA RECONCILIAT VIRTVTES S. DOMINICI OSTENDENS.

Huius hiſtoriæ veritas ex ipſius ſancti rebus geſtis apparet.

A ſiniſtro arcus latere, ad Papæ Clementis Octaui ſepulchrum in quadrata figura opere tectorio magnificè coronata, auroque exornata, ſancti Cyrilli Epiſcopi effigies reſplendet, vnà cum duobus Epiſcopis ab vtroque latere, atque ſub pedibus hæc inſcriptio legitur. VIRGO SANCTVM CYRILLVM MONENS ORIENTIS, ET D OCCIDENTIS EPISCOPOS OB SANCTVM IOANNEM CHRYSOSTOMVM DISCORDES RECONCILIAT.

De veritate huius hiſtoriæ vide Nicephorum ex Niceta lib. 14. cap. 28. & Bar. tom. 5. ad ann. 412.

Supra hos Arcus vndique coronis procedit, cui ſocci, & Paraſtadarum baſis nititur, tectorio auro exornato conſtructa. In talis coronidis zophoro hæc verba apparent vniuerſam peripheriam comprehendentia. SIGNVM MAGNVM APPARVIT IN COELO, MVLIER AMICTA SOLE, ET LVNA SVB PEDIBVS EIVS, ET E IN CAPITE EIVS CORONA STELLARVM DVODECIM.

Apocal. 12.

Supra zophorum Paraſtadæ ſe attollunt, in quarum medio feneſtræ inſunt: Paraſtadarũ verò capite epiſtylia ordine corynthio, inter quæ tympanum circundans zophorus egregiè formatus decurrit, folijs, atque emblematis ad Paulum Quintum Pontificem Maximum ſpectantibus illuſtratus, ſupra epiſtylia cymatium cum zophoro, & corona nititur auro exornante, quæ tertia eſt corona. Supra coronæ cymatium paruæ Paraſtadæ cernuntur, quibus accenſa candelabra adhærent, vndique circumferentiam ambientia, clathris comitantibus. Supra quos in tholi medio Virgo ouans cernitur, cum Angelorum myriadis deuotionem, atque inſignem lætitiam præferentibus. Ipſa verò ſceptrum geſtat, ſtellarumque duodecim corona in capite præfulget, & ſub pedibus Lunam retinet, ſub qua etiam ſerpens adeſt. Circa tholum præter Angelos, mira arte depictos, etiam Apoſtoli apparent. quæ pictura illud repræſentat, quod ex Apocalypſi indicauimus. Supra tholum laternula conſpicitur, internè egregijs coloribus depicta, in cuius medio Deus cum Angelorum militia miram artem exprimens eſt delineatus. Circum verò coronidem, vbi paruus tholus nititur, talia verba legimus. MARIÆ CHRISTI MATRI SEMPER VIRGINI, PAVLVS V. PONT. MAX.

Hęc laternula extrinſecus Tiburtino marmore conſtat perpolitè, atque egregiè inſculpto, & fornicem plumbi laminæ veſtiunt. In ſumma laternulæ parte æris pilea inaurata apparet, quam tres Dracones ſuſtentant, quibus totidem Aquilæ ſupereminent: hiſque omnibus triumphantis Crucis ſignum. Et hæc omnia ex delineatione, quam hic apponimus, magis comprehendentur.

DE

SACELLI DEIPARÆ VIRGINIS IN LIBERIANA BASILICA A PAVLO V. PONT. MAX. OPERE
MAGNIFICENTISSIMO CONSTRVCTI QVATVOR INTERIORES PARTES
PRIMA PARS SEPTENTRIONI OBVERSA TERGO IN AVSTRVM VERGENTE PRETIOSISSIMA
HIC INEST MAXIMAQVE ARA CVM DEIPARÆ EFFIGIE A SANCTO LVCA DEPICTA ET ELEGANTISSIMAE
PICTVRÆ AD IPSIVS DEIPARÆ HISTORIAM PERTINENTES.



DVODECIM ✠ SIGNVM · MAGNVM ·

DE SECVNDA SACELLI PARTE INTERNA.

Caput V.

PRIMA parte expedita, ſequitur breuiter alteram explanare ſiniſtrum latus continentem, verſus Orientem reſpiciens. Vt autem ordine agamus, primum de Clementis Octaui magnificentiſſimo ſepulchro tradetur in huius partis medio exiſtente. Quia verò dignum eſt memoria, peculiare caput illi aſſignabimus. Poſtea reliqua huius partis luſtrare properabimus. Igitur primò pauimentum occurrit, in quo totum ornamentum nititur. Primus ſoccus ex cocleola lapide vario conſtat, & vndique Sacellum, vt diximus, circundat. Secundus ſoccus primo innixus ex lapide auro textili ſimile, vulgo brocatello. Paraſtadarum Baſis huic ſocco inhærens ex albo marmore Carrarienſi eſt conſtructa perpolitè exculpto, velut etiam Paraſtadæ, quibus alabaſtrites orientales ipſis cum tænijs ſunt impreſſi. Inter Paraſtadas extantia ex indice pernobili componuntur, atque Zophorum habent ex alabaſtrite cotoneaceo, & faſcijs continentur ex pario marmore ad viſum pulcherrimis, in quorum ſpatijs indice conſtructis, hæc elogia auro inſculpta annotantur. Et primum in medio Clementis vita, ſic paucis indicatur.

Vide Stringam in vita Clemen. Papæ Octaui.

CLEMENS OCTAVVS PONTIFEX MAXIMVS PATRIA FLORENTINVS, EX ALDOBRANDINA FAMILIA, HIPPOLYTVS ANTEA NVNCVPATVS, A PIO QVINTO PONTIFICE MAXIMO INTER ROMANAE ROTAE AVDITORES ADSCRIPTVS, POSTEA DATARIAE A SIXTO QVINTO PRAEFECTVS, EXIMIAE ERVDITIONIS, SVMMAEQVE INTEGRITATIS LAVDEM PROMERVIT. AB EODEM SVMMO PONTIFICE IN AMPLISSIMVM CARDINALIVM ORDINEM ADLECTVS EST, MAIORISQVE POENITENTIARII HONORE AVCTVS. LEGATVS ETIAM AD SIGISMVNDVM POLO-
A NIAE REGEM MISSVS, GLISCENTEM INTER IPSVM, ET RODVLPHVM ELECTVM IMPERATOREM DISCORDIAM SEDAVIT. INNOCENTIO NONO PONTIFICE MAXIMO VITA FVNCTO AD ECCLESIAE CATHOLICAE REGIMEN VOCATVS, PRVDENTIA, PIETATE, VIGILANTIA, CAETERISQVE VIRTVTIBVS CHRISTI VICARIO DIGNIS, EXCELLVIT, OMNIVMQVE CONSEN-
B SV PONTIFICIBVS VERE MAXIMIS ADNVMERATVS EST.

A dextra, pax indicatur inter Galliæ, & Hiſpaniæ Reges per Clementem Octauum conſecuta, nec non Ferrariæ recuperatio tali pacto.

PACEM INTER POTENTISSIMOS CHRISTIANI NOMINIS REGES, IAM AD DECERTANDVM ARMIS
C PARATOS COMPOSVIT. FERRARIAM QVAMQVAM MAGNO EXERCITV COMPARATO SINE VLLA SANGVINIS EFFVSIONE APOSTOLICAE SEDI RESTITVIT.

A læua Beati Raymundi, & Hyacinthi inter Sanctos connumeratio ab eodem Pontifice præſtita, nec non Strigoniæ liberatio ex Turcarum manibus; quæ omnia aureis litteris exculpta hoc pacto.

D

Vide String. in vita Clem. viij. Pont. Max.

HYACINTVM POLONVM, ET RAYMVNDVM HISPANVM DOMINICANAE SODALITATIS ALVMNOS, MVLTIS MIRACVLIS CLAROS IN SANCTORVM NVMERVM RETVLIT, COPIAS SEMEL, ITERVM, AC TERTIO IN HVNGARIAM AD TVRCARVM IMPETVM COMPESCENDVM, CHRISTIANIS EXTREMA MINITANTIVM MISIT.

E

Cymatium ſupra Paraſtadas, atque inſcriptiones, ex pario marmore conſtat egregiè fabricatum, atque echinis inſculptum; à cuius medio Paraſtadæ aſſurgunt marmoreo loculamento, cum Baſi, atque Cymatio incluſæ, vnà cum quadris ex lapide lynci, quadratum verò ex pretioſo indice componitur, vbi hæc verba auro inſculpta legimus.

A

CLEMENTI OCTAVO PONTIFICI
MAXIMO,
PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
ROMANVS
GRATI ANIMI MONVMENTVM
POSVIT.

Super hoc, & in amplo loculamento eiuſdem Pontificis effigies adeſt in ſede Pontificia, atque benedictionem impartiens, ex Carrarienſi marmore egregiè conſtructa. B Hinc ad quatuor columnarum baſes redeamus eodem marmore formatas. Inter Baſes Abacus interiacet ex glarea lapide rubro. Columnæ ex pulcherrimo calorite Orientali conſtant, capitellos ordine compoſito geſtantes, & oleæ folia exprimentes. membra ad columnarum latera exiſtentia ex glarea lapide croceo conſtant, & capitellos ordine compoſito habent. Inter quos Cherubin apparet duobus cum ornamentis ex marmore formatis. Columnæ tria interualla conſtituunt, C in quorum medio ſuperiùs traditum loculamentum cernitur, vbi Clementis Papæ Octaui ſtatua continetur. A dextera, hiſtoria de Ferrariæ recuperatione per Petrum Cardinalem Aldobrandinum, ex albo marmore, & ſummo artificio inſculpta, quam corona circundat ex nigro, ac croceo marmore, & quadratum vna cum ſuis alueolis ex lynci lapide conſtituit. Quod magnificentiſſimè S. P. Q. R. ad grati animi memoriam in Aracæli Templo tali mo- D do atteſtatur.

PETRO CARDINALI ALDOBRANDINO SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CAMERARIO, CIVI, DOMI, FORISQVE CLARISSIMO, QVOD CLEMENTIS OCTAVI PONTIFICIS MAXIMI SAPIENTIA EIVS LEGATIONVM DVCTV, ATQVE INDVSTRIA, BIS DISCESSVM AB ARMIS DVCATV FERRARIENSI IN POTE- E STATE SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE RECEPTO, ET PACE INTER SVMMOS PRINCIPES CONSTITVTA, PVBLICAE SECVRITATIS, INCOMPARABILIS VIRTVTIS MONVMENTVM POSVIT.

Vide etiã Stringã in vita Clementis Papa Octaui.

S. P. Q. R. M. DC. II.

Et in magna etiam Conſeruatorum Aula tali pacto legitur.

PETRO. CARDINALI. ALDOBRANDINO. SANCTAE. ROMANAE. ECCLESIAE. CAMERARIO. CIVI. PVBLICAE. SALVTIS. ET QVIETIS DEFENSORI. QVOD. DVABVS. LEGATIONIBVS. CLEMENTIS. OCTAVI. PONTIFICIS. MAXIMI. FORTITER. ET FELICITER. PERFVNCTVS. DVCATV. FERRARIEN. SINE. CAEDE. RECVPERATO. ET RECONCILIATIS. MAXIMORVM. PRINCIPVM. ANIMIS. ITALIAM. ET VRBEM. INGENTI. CVRA. LIBERAVERIT. GRATI. ANIMI. MONVMENTVM. POSVIT.

Laertio. Chervbino. V. I. D. Antonio. Matthaeio. Mario. Accorambono. Conss. Octavio. Roberto. Cap. Reg. Priore.
M. DC. I.

A dextera verò ſimili quadrato cum duobus columnis extante, etiam corona adeſt adhuc indicatæ ſimilis, & Strigoniæ vindicatio apparet Ioannis Franciſci Aldobrandini opera, ex Carrarienſi marmore ab excellenti artifice deſignata. Sic autem S. P. Q. R. pari beneficentia declarat.

IO. FRANCISCO ALDOBRANDINO ECCLESIASTICAE MILITIAE SVMMA CVM POTESTATE PRAEPOSITO CLEMENTIS OCTAVI IVSSV, CVIVS FRATRIS FILIAM HABEBAT IN MATRIMONIO, LATROCINIIS PAVCOS INTRA DIES LATIO TOTO DEPVLSIS, LEGATIONE AD PHILIPPVM II. HISPANIAE REGEM MAXIMIS POPVLI CHRISTIANI DE REBVS AEQVE SAPIENTER, AC FELICITER OBITA, HVNGARIA, CROATIAQVE TVRCARVM E FAVCIBVS, HAVD SEMEL EREPTA, EXPVGNATO STRIGONIO, PAPPA, ET VICEGRADO RECEPTIS, DEMVM IN OBSIDIONE CANISSAE PARI CVM PIETATIS, AC FORTITVDINIS LAVDE VITA FVNCTO ANNO DOMINI M. DC. II.
S. P. Q. R. DVCI CLARISSIMO CIVI OPTIME MERITO, P. P.

Vide etiã Stringã in vita Clemen. Papa viij.

Super Epiſtylio Cymatium ſe effert ex albo marmore variè inſculptum cum arcunculis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

culis,& verticillis; ſupra quod Zophorus extenditur ex flaueſcente alabaſtrite, cui coronis eſt innixa ex Carrarienſi marmore, roſis, mutulis,& verticillis impreſſa. Abacus ſupra coronidem ex glarea lapide rubro,atque albo conditur. Super Abacum quatuor Cariatides inſiſtunt, & trium hiſtoriarum vana efformant, nimirum Clementis VIII. incoronationis in medio exiſtentis anno Domini 1592. die 9. Februarij ex pario marmore cum corona ex iſiſto, quod iucundum aſpicientibus viſum oſtendit. Ab huius hiſtoriæ dextera, illam pacis intuemur inter Francorum, & Hiſpaniarum Reges per

A Alexandrum Medicem Cardinalem, poſtea Leonem XI. nec non inter eundem Galliæ Regem, & Sabaudiæ Ducem per Petrum Cardinalem Aldobrãdinum abſolutæ, itidem ex pario marmore, atque corona, ex iſiſto formatam. A læua ij proponuntur quos Clemens VIII. inter ſanctos aſcripſit. ſuper hæc coronis extenditur pario marmore concinnata: à cuius medio faſtigium ſe extollit eodem marmore compoſitum, & Clementis inſignia complectens, binis vaſis à lateribus locatis, quæ tale opus determinant, quod Zophoro, & maiori coronæ coniungitur, vndique ſacellum ambienti.

Vide String. in vita Clem. viij. Pont. Max.

CLEMENTIS VIII·PONT. MAX. MONVMENTVM QVOD PAVLVS V. PONT. MAX. GRATI IN EVM PONTIFICEM ANIMI ERGO IN SVO SACELLO MAGNIFICENTISSIME EXTRVXIT, TVM APPOSITA EIVS EFFIGIE, TVM REBVS AB EO EGREGIE GESTIS IN MARMORE EXPRESSIS, ET INCISIS.



RELIQVVM PARTIS INTERNÆ EXPLICATVR.

Caput V I.

POSTQVAM id monumentum deſcripſimus, ſequitur ſecundæ partis reliqua indicare. Laterum partes cum membris ſe coniungentes ex lynci orientali conſtant ſumma cura fabricatæ, atque expolitæ. Binæ paraſtadæ magnum arcum efformantes, & recto hanc partem reſpicientes ex parte ſacellum ſuſtentant.

Nos pro viribus deſignabimus, quæ autem nequibunt ex verbis deprehendi, delineatio repræſentabit. Vt autem à dextro monumenti latere ordiamur, ſoccus ſupra pauimentum nitens ex cocleola lapide vario conſtat; atque vndique ſacellum, vt diximus, circundat. paraſtadarum baſis eſt ex Carrarienſi marmore, huic paraſtadæ nituntur eadem materia confectæ, vndique ex cauatæ, atquæ lapide aureo textili ſimili inſerto, vnà cum tænijs nigris vndique ambientibus, velut de prima interna parte ſignificauimus. Super paraſtadas capitella ſe efferunt ordine Corinthio ex Carrarienſi marmore, oleæ folia exprimentia. Duo membra à ſiniſtro Aræ maximæ latere eodem marmore ſunt compoſita itidem lapide aureum textile referente inſerto cum nigris tænijs. Inter hæc membra ſpatium exiſtit, quod præcipuam arcui faciem conſtituit alteri lateri perſimile.

Vt autem à pauimento ordiamur, in tali ſpatio oſtium adeſt, per quod ad ſacelli ſacrarium pergimus; cuius limen ſuperius ſupra ſe Cherubinum habet, limen loculamenti inferius ſuſtinentem, in quo ſancti Ioſephi Confeſſoris, & B. Virginis ſocij ſtatua continetur ex marmore Carrarienſi egregiè confecta. Super loculamenti fornicem duo mutuli extra apparent cum Cherubino ex albo marmore, atque ornamentis eadem materia conſtructis, quibus clathri ex varijs, & pretioſis lapidibus decorati inſiſtunt; & columnæ ex lapide aureo textili perſimili conſtant; atque cauum retinent quod chorũ conſtituit. Super paraſtades atque membra, epiſtilia ordine Corinthio locantur, in quorum medio ſuper chori cymatium ornamenta extra apparent, quibus Puer ineſt: omnia ex Carrarienſi marmore confecta. His cymatium

A ſuſtentatur, in quo zophorus conſolidatur ad coronam vnitus, quæ eſt ſacelli primaria, cui magnus arcus adhæret. A monumenti læua ijdem lapides cernuntur, ideſt ſocci, Baſes, Paraſtadæ, membra ſuis cum epiſtylijs, Cymatia, Zophori, coronidis ornamenta, & pueri ex capitellis ſe exerentes eis perſimilia, quæ antea deſcripſimus. Nos ne idem ſæpius agatur, tantum indicabimus quod ſpatio continetur, quod membra efformant, vel præcipue huius faciei paraſtadæ, in quo

B S. Caroli Borromæi Aedicula eſt ſita nobilibus cancellis ex Carrarienſi marmore præcincta, cum marmoreis columnis aureum textile imitantibus. Interna verò parte ijſdem lapidibus exornatur, de quibus ſupra diximus, egregiam Aram continens ex magni pretij marmoribus, atque lyncis columnis fabricata, cum ſancti Caroli effigie coloribus expreſſa. Ab hoc Altari ditiſſimum ferculum ſe attollit, à quo ſancti Reliquiæ aſſeruantur. Hic etiam pauimentum adeſt va-

C rijs, & nobilibus lapidibus, nec non egregia opera confectum. A dextero latere dum ædiculam ingredimur præcellentes cancelli occurrunt ære deaurato conditi, Pauli V. inſignia ſeruantes, ideſt Excellentiſſimæ familiæ Burgheſiæ. ſuper ſacelli Arcum duo mutuli extra apparent, Cherubinos, & ornamenta in medio retinentes, ex Carrarienſi marmore mirificè exculpto. Et ibidem cancelli nituntur, qui vnum Chorum formant, omnia varijs marmoribus compoſi-

D ta, & columellis aureum textile referẽtibus. Atque hæc breuiter ſatis ſit indicaſſe, quæ infra primam coronidem continentur. Hinc ad ſacras hiſtorias pictura expreſſas properabimus, tectoria auro exornata, atque adeo ad reliqua ſupra primam coronidem exiſtentia. Primum autem in huius alteræ partis medio ſuper primam primariam coronam feneſtra cernitur, cui huius lateris magnus Arcus eſt ſuperadditus. A dextra vel potius in ſpatio intra fornicis curuaturam S. Ioannes Dama-

E ſcenus coloribus eſt expreſſus, ſub quo hæc verba legimus. REDDIDIT TRVNCAM MANVM S. IOANNI DAMASCENO, QVA SCRIBENS PRO IMAGINIBVS EIVS PVGNARAT.

A læua autem, & in eodem ſpatio intra fornicis curuaturam nobilis pictura ſe effert S. Ildephonſum repræſentans, ſub quo talia annotantur. SANCTVM ILDEPHONSVM QVI HAERETICOS PRO GLORIA VIRGINIS CONFVTARAT, SACRA VESTE ORNAT.

Hanc hiſtoriam ſcribit Io. Patr. Conſtant. & legit. etiam apud Sur. to. 3. de vit. ſanct. & Lip. to. 5.

Hanc hiſtoriam ſcribit Iulian. Pomer. & legit. in tract. tom. 9. Biblioth. veterũ Patr. habetur etiam apud Sur. tom. 1. die 23. Ianuarij ſeru. adhuc veſtis in Eccl. Toletana mira ait Iulian. ſubtilitatis atq; candoris.

Totus

Totus arcus opere tectorio eſt diſtinctus A
auro exornante, quàplurimis Angelis, Cherubinis, & Eccleſiaſticis emblematis coruſcantibus. In huius medio figura ouata ſpecie formatur, eadem materia, atque auro pernobilis, & in ea Spiritus ſanctus inſtar columbæ apparet. In duobus præcipui arcus angulis ad coronæ extremum, vbi ijdem arcus coniuncti proprium angulum conſtituunt, bini Angeli pedibus innixi exiſtunt, vnus à dextris, alter verò à ſiniſtris. Supra in eiſdem angulis ab arcubus deriuatis, coro B
nide, atque inaurato tectorio exornatis duo Prophetæ cernuntur de Beata Virgine loquentes cum ſchedula in manibus. Et quidem à dextera eſt Hieremiæ effigies coloribus expreſſa; cuius verba quamuis fuerint ſuperius allata, tamen ad maiorem Prophetæ cognitionẽ iterabimus, eorum interpretationem omittentes. Etenim neceſſarium creditur eos repręſentare pro abſoluta Sacelli partium internarum excellentia. talia verò ſunt verba. FOEMINA CIRCVNDA- C
BIT VIRVM.

Hierem. 31.

Ab huius arcus læua Daniel apparet in quadrata figura, vndiq; corona tectorio deaurato circundante; infra quem in ſchedula eius materię talia legimus. ABSCISSVS EST LAPIS DE MONTE SINE MANIBVS, QVI FACTVS EST MONS MAGNVS.

Daniel. Vide Iren. et Damasc in orat. 1. de dormit. Virg. lib. 3. adu. hær. c. 28. Iuſtin. in Dial. cum Triphone. Auguſt. in tract. 4. & 7. & 9. in Ioan. Cyr. Hier. cap. 2.

A dextera huius ſecundæ partis ſupra ſacrarij oſtium, recto interciſum arcum reſpiciens ſuper primam primariam coronidem in quadrato, tectorio cum auro exornante D
Sancti Irenęus, & Cyprianus Epiſcopi cernuntur, ſub quibus in ſchedula talia ſunt annotata. SS. IRENAEVS, ET CYPRIANVS EPISCOPI HAERETICOS VIRGINIS HOSTES DEBELLANT.

Lege ipſorum ſcripta cont. hæretic. à nobis ſuperius adduct. & præcipue lib. 3. c. 28. aduerſ. hæreſes.

A ſiniſtra huius partis ſupra ſancti Caroli ædiculam ad rectum, arcum ſupra principalem Sacelli coronam in quadrato opere tectorio, atque auro decorato, miroque artificio exculpto Conſtantini Copronymi hiſtoria depingitur, his verbis in ſchedula rem exprimentibus. CONSTANTINVS COPRONYMVS IMPERATOR FLAMMIS ARDENS, ET EIVLANS VIRGINEM PLACARI EXPOSCIT.

Vide Zonar. to. 3. an. ſe viuent. in ignem client. eſſe dicebat.

Super hos arcus altera corona cum zophoro ſe extollit, in qua illorum verborum pars legitur, quæ ſanctus Ioannes protulit, noſque antea attulimus, & vniuerſum peripheriæ Sacelli zophorum circundant, hoc pacto. APPARVIT IN CAELO MVLIER AMICTA.

Apoc. 12.

A coronæ lateribus Cancellorum externa cernuntur, vndique Sacellum circundantium. Super hanc coronam Paraſtadarum baſes nituntur feneſtras diuidentium, ad quas zophorus, cymatium, & tertia coronis progreditur, nec non paruæ Paraſtadæ; ſupra quas candelabra inſiſtunt; in medio verò clathri, velut in prima parte de Sacelli internis diximus. Supra clathros, quos tympanum determinat huius ſecundæ partis tholus continetur, in cuius ſpatio quidam Apoſtoli cernũtur lętitiam pręſeferentes, nubibus innixi, quibus Angelorum exercitus ſupereminet obglorioſæ Virginis triumphum ouantium. à tholi faſtigio laternula ſe extollit ad hanc partem pertinens, vbi etiam externa tholi comparent plumbo contecta. Super laternulam dracones cernuntur pileam continentes, ex qua Crux duabus Aquilis comprehendentibus ſe effert. Atque hæc de ſecunda interna Sacelli parte ſufficiant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SECVNDA PARS ORIENTI SOLI OPPOSITA IN QVA CLEMENTIS VIII PONT. MAX. STATVA ET RES GESTÆ CONTINENTVR CANDIDO MARMORE FIGVRATÆ, MONVMENTVM QVOQ. A PAVLO V. PONT. MAX. ILLI POSITVM ET SANCTI CAROLI ÆDICVLÆ ET SACRÆ HISTORIÆ PERELEGANTER DEPICTÆ AD BEATISSIMAM DEI MATREM ET SANCTOS PERTINENTES

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


IN CÆLO MVLIER AMICTA
10 20 30
Scala menſionis deſumpta ex linea paralela inter + et +
10 20 30
Scala diminutionũ deſumpta ex linea inter ∗ et ∗

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE TERTIA SACELLI PARTE INTERNA;

Cum omnibus, quæ ibi exiſtunt: & primum de his, quæ extra apparent.

Caput VII.

HACTENVS primam, & ſecundam partem internam deſcripſimus, adhuc tertia conſequitur ad meridiem reſpiciens. Quia verò in huius partis medio aditus ad Sacellum adeſt, operęprętium erit, ſi caput aſſignabimus, ſimul indicantes, quæ intrinſecus, atque extrinſecus videntur. Igitur ad Sacellum per ſecundam Baſilicæ nauem pergimus ab Aræ maximæ dextra, & amplus arcus aditum præbet, in cuius fornice tholus ſe attollit cum laternula, hiſtorijs hic attingendis exornantibus. *Ioan. Damaſc. orat. 1. Greg. lib. 1. Reg. cap. 1.* & quidem in tholi apice perpolitè depictus Sanctus Spiritus apparet cum Angelorum myriadis: in circunferentia verò hæc annotantur. ASTITIT REGINA A DEXTRIS TVIS IN VESTITV DEAVRATO: CIRCVNDATA VARIETATE. D

Hieron. in Apol. ad Pãmac. Ex altera parte Sanctus Hieronymus cernitur, ſub quo talia verba leguntur. VIRGO PERPETVA. MATER, ET VIRGO.

A Ab alia Sanctus Athanaſius, cui hæc adhærent. EX VIRGINE SOLA CORPVS CHRISTI ORTVM TRAHIT. *Athan. hom. de Incarnat. verb. & corporali ad nos Aduentu.*

Ex altera Sanctus Gregorius Nazianzenus, infra quem hęc apparent. QVI SANCTAM MARIAM DEIPARAM NON CREDIT, EXTRA DIVINITATEM EST. *Greg. Nazian. epiſt. ad Cled. Presbyt. ſeu in orat. 51.*

In quatuor figuris huius fornicis, oui ſpeciem referentibus, quatuor Summi Pontifices ſunt depicti, nimirum Sanctus Gregorius Magnus, B Sanctus Martinus Primus, Sanctus Gelaſius Papa, & Sanctus Leo Quartus. A maiori naue, dum ad Sacelli aditum tendimus, amplus arcus erigitur quatuor marmoreis columnis innixus, ſupra quem Beatæ Virginis tranſitus hiſtoria notatur, vbi etiam Pauli Quinti Pontificis Maximi inſignia adſunt, cum ſchedula his verbis impreſſa.

C PAVLVS QVINTVS PONTIFEX MAXIMVS.

Atque hinc ad paruum tholum eſt iter, velut adhuc ſignificauimus. Pauimentum ex vario marmore conſtruitur, velut albo alabaſtrite flaueſcenti, aureo textili perſimili, lynci glarea lapide vario, tænijs nigris, atque alijs pretioſis lapidibus, & miram artem exprimit fornicem repræſentans.

✠

RELI-

SACELLI PAVLI V. PONT. MAX. PROSPECTVS INTERIOR CVM EA BASILICÆ LIBERIANÆ PARTICVLA, EX QVA AD ILLVD ADITVS EST.

RELIQVVM TERTIÆ PARTIS INTERNÆ INDICATVR.

Cap. VIII.

IN medio nobiles cancelli exiſtunt Sacellum conclu dentes ferro conditi, atque ære veſtiti egregijs delineationibus, auro, & Pauli Quinti Pontificis inſignibus decorati, ſeptem candelabris accedentibus, in quibus ſeptem cerei nituntur, dum Pontifex in Sacello ſacrificium præparat. A dextera ad Sacelli ingreſſum ſancti Caroli Borromæi ædicula occurrit, de qua in ſecunda parte diximus. A læua illa ſanctæ Franciſcæ Romanæ, quam in quarta Sacelli parte, fauente Deo, deſcribemus. Supra cancellos arcus adeſt, cui cymatium eſt innixum, vndique Sacellum ambiens, & Zophorum ſuſtentat orientali carolite conſtructum. Cui ampla corona ſuperſtat graphicè inſculpta. In medio ſupra coronam ampla ſchedula ſe offert, cum his verbis decorata.

INIMICITIAS PONAM INTER TE ET MVLIEREM, ET SEMEN TVVM, ET SEMEN ILLIVS, IPSA CONTERET CAPVT TVVM.

Gen. 3. at apud multos Patres legitur ipſe conteret caput tuum, & ſic tranſtulerunt ſeptuag. interpretes, ſed in vulgata editione ipſa legitur, & ab Amb. de fug. ſecul. c. 7. Chriſoſt. in hec verba. Auguſt. de Geneſ. contra Manich. libr. 2 cap. 18. & in Pſal. Greg. lib. 1. moral. cap. 38. &c.

Super ſchedulam ornatui innixam tria inſignia præfulgēt. Et quidem maiora Pauli Quinti Pontificis exiſtunt. A dextris verò & inferius Illuſtriſſimi Cardinalis Burgheſij. A ſiniſtris illa Excellentiſſimi Sulmonēſis Principis. Quod reſtat tertiæ partis Sacelli, nimirum à prima coronide vſque ad pauimentum egregijs marmoribus conſtructa eſt tam in ſocco, baſi, Paraſtadis, membris, quadratis, capitellis, ornamentis, pueris, cymatijs, Cherubinis, Zophoris, corona perſimile, quàm in lapidibus; nimirum cocleola, lapide vario, marmoribus albis, alabaſtrite, lapide porta ſancta, lyncis, caloritis, &c. Quæ omnia cum in prima parte ſatis fuerint inſinuata, inane hic eſſet repetere; ſolum illa addemus, quæ ibi fuerunt omiſſa. Igitur in huius partis dextra in membrorum medio ſpatium videtur, in quo loculamenta formantur, in quorum vno Sancti Dionyſij effigies Sacerdotis habitu, & pedibus innixa cernitur, puerum ad pedes habens ex albo marmore conſtructa. Ab huius ſtatuæ læua Sfortiani Sacelli pars ſe oſtendit. A dextera in ſecundo loculamento Sācti Bernardi Ab-

Baron. in mart. Niceph. hiſtor. l. 2. cap. 20.

A batis effigies cernitur ſub pedibus dæmonē continens, vbi etiam in muri craſſitie porticus adeſt. A ſuperioribus Sacriſtiæ conclauibus, ad Chorum ſuper Sancti Caroli ædiculam ducens, arcus tali coronidi ſupereminentes, omnes ex deaurato tectorio, & egregiè diſtributi exiſtunt, Angelis, Cherubinis, & alijs Eccleſiaſticis emblematis ornantibus velut in prima Sacelli parte. In binis angulis, vel primæ coronæ lateribus, vbi arcus

B nituntur, duo Angeli apparent pedibus nixi ad viſum pulcherrimi. In huius arcus circulo, ideſt in medio ipſius arcus, in figura ouata ſpecie, tectorio deaurato formata, Iulianus Apoſtata eſt expreſſus à Sanctis Artemio, & Mercurio ſpiculis confoſſus, vbi etiam hæc verba legimus. VIRGO MANDAT VT IVLIANVM TELO TRANSFIGANT.

Hiſtoria hæc refertur ab Helad. ſucceſſore ſancti Baſilij in ſede Archiepiſcopali apud S. Io. Damaſce. orat. 5. de Imaginib. Zonar. duos fuiſſe aſſerit qui occiderint Iulian. Niceph. eos exprimit fuiſſe SS. Mercur. & Artem. mart. quæ narrat Bar. ad ann. 363. tom. 4.

A dextra in triangulo verſus ſancti Caroli ædiculam opere tectorio, auro, exor-

C nante Daniel occurrit, ſumma arte depictus, de quo in altera parte diximus; cui hæc verba adhærent. ABSCISSVS EST LAPIS SINE MANIBVS DE MONTE, QVI FACTVS EST MONS MAGNVS.

In læuæ triangulo eodem modo conſtructo Ezechiel ſe effert coloribus mirificè expreſſus, his verbis adiunctis. DEVS ISRAEL INGRESSVS EST PER EAM.

Ezech. 44.

Eodem ordine ad diſſectum arcum ſupra primam magnam coronam in quadra-

D to, tectorio, atque auro magnificentiſſimè diſtincto Sanctus Franciſcus ineſt vnà cum duobus ſocijs, ſub quo ſchedula eodem modo conſtructa cernitur, his verbis impreſſis. VIRGO IRATVM TOTI MVNDO CHRISTVM PLACAT, MERITA SANCTI FRANCISCI PROPONENS.

De Virginitate Sanctiſſ. Mariæ portā in hanc, quæ clauſa fuiſſe dicitur intelligunt Patres Chriſoſt. homil. de Ioan. Bapt. Ambr. de inſtit. Virg. ad Euſeb. cap. 8 & epiſt. ad Syric. Papam. Hieron. in comment. in Ezech. Auguſ. in ſerm. 2. de Natal. Dom.

Ex altera interſecti Paraſtadis parte in facie ſupra coronidē quadratum videmus, varijs tectorijs deauratis amplificatum, & in eo Sānctam Pulcheriam Imperatricem duabus cū

E Reginis, & ſchedulā hæc inſcriptio exornat. SANCTA PVLCHERIA IMPERATRIX EDILTRVDES REGINA ANGLIÆ, B. CHVNEGVNDIS REGINA POLONIÆ VIRGINITATEM IN MATRIMONIO SERVANT.

In eius vita.

Euagr. libr. 2. cap. 1. Niceph. lib. 15. cap. 58. Martyrol. Rom. 4. Idus Septēbr. Beda lib. 4. hiſt. gent. Angl. cap. 19. & 20. Martyr. Rom. 9 Kal. Iulij. Sur. tom. 2. Trithe. de virg. illuſtr. ord. S. Bened. li. 3. c. 159. Martyrol. Rom. 5. nonas Martij.

Super tales amplos arcus, quorum duo interſecti, alter integer manet, corona extenditur, quæ eſt ſecunda, in cuius Zophoro verborum pars ante allatorum hoc pacto legitur: SOLE, ET LVNA SVB PEDIBVS EIVS.

Supra hanc ſecundam partis externæ coronam

ronam clathri ſe attollunt, vndique tholi A tympanum circundantes. In coronæ interna parte ſoccus, & Paraſtadarum baſis nititur, tympanum efformantium, & eiuſdem feneſtras diſtinguentium. In Paraſtadis verò capitelli ſunt innixi ordine corinthio cõpoſiti; in quorum ſpatijs ex vno ad aliud Capitellum pertingens zophorus diffunditur inaurato tectorio conditus, quem cymatium ſupereminet; poſtea planus zophorus, cui coronis ſuccedit, quæ tertia exiſtit; ſuper quam cancelli cernuntur, vna cum paruis Paraſtadis candelabra aſſeruantibus. Super talem coronidem tholus aſſurgit eximijs picturis, atque Angelorum myriadis illuſtratus; infra quos quidam Apoſtoli cernuntur, velut de alijs partibus diximus, lætitiam præſeferentes. Tholo laternula ſuccedit; in cuius apice extrinſecus tres dracones exiſtunt ex inaurato metallo, pilam eadem materia compoſitam, aſſeruantes. hanc tres Aquilæ ſupereminent, è quibus Crux ſe oſtentat. Quæ omnia pariter aurum exornat. Atque hæc de tertia Sacelli parte ſufficiant.

A

DE QVARTA SACELLI PARTE INTERNA.

Cap. IX.

CVM ad huc internæ ſacelli partes fuerint explicatæ; ſequitur quarta pars, quam ob eius nobilitatem in plura capita diſtribuemus. In primo celebre monumentum Pauli Quinti declarabimus, hiſtorias comprehenſas, atque ornatus. In altero huius partis reliquum cum cæteris ad illam ſpectantibus. In tertio legatos à remotis, nec cognitis locis exprimemus à potentibus Regibus ad Paulum Quintum Pont. Max. miſſos; quod pro hiſtoria deſeruiet, quæ in ſepulchro exprimitur. Igitur hæc quarta pars interna ad orientem reſpicit; in cuius medio Pauli V. Pont. Max. monumentum aſſurgit, quod pro viribus, in præſenti deſcribemus. Tale monumentum illi Clementis VIII. aſſimilatur, non ſolum in marmoribus, columnis, & ornamentis, ſed etiam in modulo; ob quam rem non omnia minutatim deſignabimus, ſed tantum ea, quæ à primo diſcrepant. Primum autem Pauli V. Pont. effigies occurrit, quam nobile loculamentum continet ſupra paraſtadas locatam, genibus flexis, atque manibus iunctis Virginem reſpicientem, & orantis ſpeciem præferentem, ex albo marmore artificioſè conſtructam. Sub hac in indice lapide, auro hæc legimus ab eodem Pontifice compoſita.

PAVLVS V. PONT. MAX. MORTIS MEMOR VIVENS SIBI POSVIT.

A læua in loculamento, quadrata figura Ferrariæ arx cernitur à Clemente VIII. pro populi tutela ædificata, vbi Paulus Sabellus Albanen. Princeps, & Sedis Apoſtolicæ Generalis Viceſgerens, & Pontifici Arcis modulum aperiens multis Cardinalibus aſtantibus, pro cuius munitione Paulus V. quingentos mille aureos nummos impendit, hodie verò prima Italiæ Arx reputatur; & maiori porta Pauli V. inſignia cum his verbis renident.

PAVLVS V. PONT. MAX. ARCEM FERRARIÆ A CLEMENTE VIII. PONT. MAX. INCHOATAM IN OPPORTVNIOREM FORMAM REDEGIT ATQVE PERFECIT ANNO SAL. M.DCXI.

A dextra in altero loculamento ex candido marmore hiſtoria adeſt auxilia continens primis Pontificis annis ad Cæſarem in Vngariam adducta aduerſus Turcas Chriſtiani nominis hoſtes, per Iacobum Cardinalem Serram tunc Cameræ Clericum, & Sedis Apoſtolicæ Commiſſarium. Super hæc quatuor Cariatides inſiſtunt, & perſimili loculamento ſanctæ Franciſcæ Romanæ, & ſancti Caroli Borromæi inter Sanctos annumeratio apparet à Paulo Quinto celebrata, ex albo marmore, nobili arte conſtructa. Super Pauli V. Pont. Max. effigiem ſuæ coronationis hiſtoria eſt in albo marmore exculpta, quæ anno 1605. 29. Maij mira vrbis, & orbis lætitia celebrata fuit per Franciſcum Sfortiam primum Diaconum Cardinalem tit. ſanctæ Mariæ in via lata, & Alexandrum Perettum Cardinalem Montaltum tit. S. Laurentij in Damaſo S. R. E. Vicecancellarium. Ab huius læua eodem ordine perplurium Principum legationes repreſentantur ad Chriſtianæ, & Catholicæ Religionis bonum ſpectantes, ad Paulum V. miſſæ ex ignotis, & à Romana Societate alienis locis. Nos cum vel nihil ab alijs dictum, vel quædam fuerint omiſſa paucis infra ſignificabimus. Super has, coronis extenditur pario marmore deducta; à cuius medio faſtigium ſe effert eodem marmore conſtructum, & Pauli Quinti Pontificis Maximi inſignia complectens, binis vaſis à lateribus locatis, quæ tale opus determinant.

Vide Stringã in Cronol. Eccleſ.

PAVLI V. PONT. MAX. EFFIGIES CVM LOCVLIS, IN QVIBVS MONVMENTA RERVM AB EO EXIMIE GESTARVM GRATI POSTERI COLLOCABVNT.

RELIQVVM PARTIS INTERNÆ EXPLICATVR.

Cap. X.

PRAEDICTI monumenti latera ex lynci orientali conſtant, ſocci, Paraſtadæ, Cymatia, tæniæ, Epiſtylia, & reliquum ornamentum illi eſt perſimile, quod de cæteris Sacelli partibus inſinuauimus. Supra monumentum Zophorus adeſt ex calorite Orientali, cui corona ex Carrarienſi marmore adhæret, velut antea diximus. Supra coronam feneſtra apparet Arcus gyro circundata, qui hic totus cernitur. A talis feneſtræ dextera in ſpatio intra fornicis curuaturam Heraclij Imperatoris hiſtoria proponitur ab egregio Artifice egregiè depicta; infra quam ſchedula deaurato tectorio formata, hæc verba includit. HERACLIVS AVGVSTVS COSRHOE PROFLIGATO, PERSIS DEVICTIS REGEM DEDIT.

Baron. ad ann. 628. tom. 5. Theophan. in miſcel. Euangel. lib. 4. c. 25. Niceph. lib. 17. c. 13. Bar. tom. 7. ad ann. 577.

A læua altera pictura ineſt Narſetis hiſtoriam ſignificans, & ſchedula his verbis eſt impreſſa. NARSETEM VIRGO DOCET QVOMODO TOTILAM VINCENS, ITALIAM LIBERET A GOTHIS.

In Arcus apice figura eminet ouatam ſpeciem repręſentans deaurato tectorio conſtructa, in qua Deus ira permoto ſimilis cernitur, & Sanctorum Dominici, atque Franciſci precibus ſedatur. In Angulis ex arcubus enatis, vbi inter ſe iunguntur, bini Angeli pedibus nixi ſupra primæ coronæ latus apparent. Super hos ex vtraque parte, trianguli ex tectorio deaurato conditi aſſurgunt. In quorum dextero verſus S. Franciſcæ Sacellum Ezechiel eſt pictus, his verbis annotatis. DEVS ISRAEL INGRESSVS EST PER EAM.

Ezech. cap. 44. Iſai. cap. 7.

In ſiniſtro Iſaias cum his verbis. ECCE VIRGO CONCIPIET, ET PARIET FILIVM.

Super hos tres Arcus, nimirum Vnum integrum, reliquos verò interſectos, ſecunda coronis locatur vna cum Zophoro, in cuius medio Sacellum ambientis, verborum Apocalypſis pars legitur. ET IN CAPITE EIVS CORONA.

Apocal. c. 12.

A A dextra ſanctæ Franciſcæ Romanæ ædicula collocatur ex varijs, & nobilibus marmoribus, atque picturis decorata, vna cum clathris circũdantibus. In huius altari, tabernaculum adeſt ex illuſtribus lapidibus compactum, atque inaurato ære exornatum; in quo eiuſdem ſanctæ, reliquiæ aſſeruantur. Hanc organi chorus ſupereminet. Paraſtadæ Aediculam comprehendentes, & reliqua ad ipſas ſpectantia ex eadem materia atque modulo conſtant, quæ antea B tradidimus. Super primam coronidem, in interſecti arcus medio, quadratum ineſt opere tectorio deaurato, explicatis perſimile, & Leonis Armenij hiſtoriam continet in ſacrario interfecti, his verbis in ſchedula delineatis rem exprimentibus. DEIPARA MATRI LEONIS IMPERATORIS ARMENI OSTENDIT SANGVINE TEMPLVM REPLETVM, ET LEONIS NECEM.

Zonar. tom. 3.

A læua Aram maximam verſus, inter C paraſtadas, atque membra ex marmore, in eo lapidibus auro textili ſimilibus, & varij coloris inſertis, condita, ſpatium concluditur, in quo Oſtiũ adeſt ad conclauia ducens, a dextro ſacelli latere ſita. Hinc etiã ad omnes tam internas, quàm externas partes licet pergere. Super oſtium nobili marmore, atque polito conflatum, loculamentum cæteris notatis ſimile comparet, & S. Ioannis Euangeliſtæ effigiem continet ex albo marmore ſtructam, egregie artem, expri- D mentem. Hoc clathri ſupereminent haud deſcriptis diſſimiles, qui quartum ſacelli chorum efformant. Supra chorum ornamenta cum Pueris marmoreis apparent, ex Paraſtadarum epiſtylijs, erumpentibus. Ad hæc Zophorus conſequitur ex orientali calorite, quem corona comitatur accuratè confecta. Super hanc primam coronam in interſecto arcu, Virginis Aram ſupereminente, quadratum ſe offert opere tectorio deaurato conſtructum, Angelis, atque ec- E cleſiaſticis emblematis ornatum, in cuius medio ſanctorum Ignatij, & Theophili Antiocheni Patriarcharum, effigies adhærent, cum his verbis in ſchedula tectorio deaurato condita, impreſſis. SANCTI IGNATIVS, ET THEOPHILVS PATRIARCHAE ANTIOCHENI MARIAM CONTRA HAERETICOS DEFENDVNT.

Vide S. Hier. de Script. Eccl. & Euſeb. in Chron. & Hiſtor. lib. 3. cap. 16. & lib. 4. cap. 19.

Supra hos Arcus Cancellorum partem videmus cum candelabris impoſitis. Huic

ſecundæ coronidi, Paraſtadarum Baſes nituntur, quæ timpanum conflant, & feneſtras diuidunt, atque interualla componunt, ex quibus tertia corona conſtituitur, cui clathri adhærent, velut de alijs diximus. Super hanc coronidem tholus ſe attollit; in

A cuius ſpatio Beata Virgo, Angeli, Cherubini, & quidam Apoſtoli adſunt nubibus innixi, & in Cœlo ouantes. Ad tholi apicem laternula ſe effert iiſdem ornamentis, atque inſignibus illuſtrata.

208A

PARS TERTIA IN AVSTRVM RESPICIENS ADITVS IN SACELLVM DESCRIBITVR INAVRATI ÆRIS PERMVNITVS CANCELLIS ET AD LATERA VTRINQVE ÆDICVLÆ HINC SANCTI CAROLI BORROMÆI INDE SANCTÆ FRANCISCÆ ROMANÆ SVPERQ HÆC ARGVMENTA DEIPARÆ ET SANCTOR APTA HONORIBVS SVBTILI OPERE PICTA




LVNA SVB PEDIBVS EIVS

208c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QVARTA PARS OCCIDENTI OBIECTA SOLI — IN HAC PAVLVS IPSE V·PONT·MAX·CERNITVR
E PARIO MARMORE NIXVS GENIBVS PAL MISQ IVNCTIS CONVERSO AD VIRGINEM
ORE HABITV VENERANTIS CIRCA QVÆDAM DE PRÆCLARIS EIVS OPERIBVS ITEM MARMORE PARIO AFFABRE EX:
PRESSA TVM CELLA SANCTÆ FRANCISCÆ ROMANÆ HISTORIÆQ DEIPARÆ ATQVE SANCTIS ACCOMODATÆ

2007

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DE LEGATIONIBVS AD PAVLVM QVINTVM PONT. MAX. MISSIS.

Cap. XI.

IGITVR prima legatio in marmore expreſſa, Chriſtiani Regis exiſtit. Altera vero potentiſſimi ſed Mahumetanę religionis. Tertia Patriarchę. At quarta potentitiſſimi quidem, ex incognitis partibus, & catechumenis. Igitur primus Regis Gonghi ſingulari liberalitate, ac pōpa exceptus in Vaticanas ædes ſe recepit, in quibus graui febri adortus, non ſolum à Pontificis familiaribus mira charitate curabatur, ſed etiam ipſe Pontifex ſolita pietate inuiſere dignatus eſt. Cum autem ex humanis exceſſerit, ſolemni pompa, atque cereorum immenſo numero funeralia decorauit, Romano Clero, & Pontificis familia, nec non populo Romano ad ſanctæ Mariæ Maioris Baſilicam cadauer comitantibus. Dum autē eius ſerui Romæ morabantur, ſplendidè, ac magnificè Pontifex tractauit; diſcedentes verò litteris, atque pretioſis muneribus eſt proſequutus.

Regis Perſarum ad Paulum V. Pont. Max. legatio. *Vide Sziringam in crono. Ecclef.*

Anno Domini MDCIX. Romam à Perſarum Rege ad Paulum V. Legati venerunt, ea comitate, ſplendore, ac liberalitate excepti, quam magis animo complecti, quam verbis exprimere valemus. Etenim Aedes in D. Petri ad Vaticanum area egregiè ornatas, atque omnibus bonis affluentes vnà cum miniſtris aſſignarunt. Poſtea ad Pontificem pergentes pro Regis mandatis exponendis, tunc in Quirinalibus exiſtentem, Pontifex coram duodecim Cardinalibus excepit. Vbi vero litteras, atque Regis mandata declararunt, & ad ædes redibant apertè teſtabantur ſummo iure Pontificem à Rege Patrem appellari: etenim ad Pauli V. pedes genibus innixi ex eius ore diuinitatis radios, ac ſplendorem ſe efferre vidiſſe. Quod etiam ex nomenclatore poteſt deprehendi, adhuc Romæ permanente, & nos huic rei adſuimus. Per multos dies ſingulari munificentia ab Illuſtriſſimo Cardinali Burgheſio decorati quamplurimis egregijs picturis, veſtibus, atque alijs muneribus amplificati fuerunt; prętor pecuniæ ſummam, atque impenſas in reditu factas, cum ex Pontificis

Apoſtolicæ, atq; Regis Perſarum literæ.

A mandato homines pro hac re Bononiam vſque perrexerint, quod etiam Benedictus Iuſtinianus Cardinalis Bononiæ Legatus eiuſdem ordine vſque ad Tridentinam Ciuitatem præſtitit. Inde Carolus Madrutius Cardinalis vſque ad Pragam, perpetuo ſummi Pontificis, & Apoſtolicæ ſedis impenſis.

Tertia legatio nullo pacto prætereunda videtur ob expreſſam Dei bonitatem, atque vigilantiam, præſertim erga eos, qui rectam voluntatem conſeruant. Igitur primis Pauli V. Pontificis annis, B nonnulli ex orientis partibus Romæ aderant, potius ignorantia, quam pertinacia, erroribus immerſi, velut etiam alij iiſdem locis commorantes. Hi egregiam Pontificis magnificentiam, atque pietatem cernentes, præſertim verò die Iouis ſancto, dum poſt pauperum pedes dilutos illorum menſæ deſeruit, in patriam reuerſi, vndique tantam charitatem prædicabant. Ex qua re Babylonius Patriarcha commotus, protinus Romā legatos mittit, nec non ipſas C leges iis locis aſſeruatas, implorando, vt ſicut ipſi ſe Romanæ Eccleſiæ ſubditos fatebantur ſic leges ab erroribus purgarentur, & ad Romanam normam dirigerentur. Ob quam rem quidam Cardinales ſæpius congregati, atque omnibus abſterſis libris, & alijs rebus ſacris prouiſis, domum ſunt reuerſi. Cuius negotij curam Petrus Stroza habuit inſigni pietate, ac doctrina Vir, & Pauli V. Pont. Max. ab epiſtolis Apoſtolicis ſecretis ad Principes, qui omnia diligenter, & piè confecit D velut etiam Commentarios, id totum eruditè exprimentes. Nos cum illi ſint iam editi, tantum quædam ex ipſis eruta apponemus.

Patriarchæ Babylonis ad Paul. V. Pont. Max. legatio.

Apoſtol. atque Patriarchæ Babylonis literæ.

Contigit (ita diſponente diuina prouidentia) vt inter eos pauperes, quibus anno primo ſui Pontificatus Sanctiſſimus D. N. PAVLVS QVINTVS ſolemni ritu pedes lauit quinta feria Maioris hebdomadæ; duo reperirentur Chaldæi, vnus Monachus, alter Laicus, qui ſanctorum Apoſtolorum limina viſitaturi, E *paulò ante Romam venerant. Hi poſtea domum reuerſi, cum renunciaſſent Eliæ Babylonis Patriarchæ, cuius obedientiæ ſubiacebant, quanta paterni amoris ſignificatione eos Summus Pontifex excepiſſet, eiuſque nomine nonnulla munera illi attuliſſent; & libellum reddidiſſent profeſſionis Fidei, quæ Orientalibus ad Vrbem venientibus credenda, confitendaque proponitur; ipſe tanta in ſe, ſuoſque commotus charitate, quamprimum legatos ad Sumum Pontificem decreuit, qui ei gratias agerent; vtque communem pa-*

trem, ac dominum agnoſcerent; & illius obedientiæ A ſubiectum ſe eſſe ſignificarent. Profitebatur enim Patriarcha vnum, idemque cum ſancta Romana Eccleſia de Fide ſentire. Nam Chaldæi Sedem Babylonis ab Apoſtolica Sede conſtitutam; & ſubinde Fidei doctrinam ab eadem accepiſſe; conſtanter aſſerunt. Et quamquam manifeſtiſſimis implicati ſint Neſtorij erroribus, atque hæreſibus; oſtendere nihilominus omni ſtudio contendunt, differentiam inter nos, & ipſos conſiſtere in verbis tantummodo, non autem in ſenſu verborum. B Legati ſtatim, ac iter ingreſſi ſunt, in latrones inciderunt, itaque alios decernere oportuit. Multis, & hi quoque calamitatibus afflicti, etſi Romam peruenerint; nihil egerunt, immò legationem ſuam ſuſpectam reddiderunt. Perterriti enim quia audiſſent, quam execrabile eſſet, & quàm odioſum apud nos Neſtorij nomen; vt Neſtorianæ hæreſis inuidiam declinarent, nonnullas abſtulerunt paginas ex libris, quos ad recognoſcendam doctrinam fidei, quam profitentur, & Eccleſiaſticos eorum ritus; obtulerant; C ita perſuaſi à ſubdolo quodam interprete neophyto antea hebræo; propterea dimiſſi re infecta abierunt. Quod cum in eorum reditu Patriarcha poſtea intellexiſſet; & ex his, quæ legatis in Vrbe acciderent; cognouiſſet, negocium imprudentia eorum perturbatum, inuerſumq; fuiſſe; ſtatuit, inito cum Epiſcopis ſuis conſilio; denuò legatum mittere, qui non tantum officia obedientiæ, atque obſeruantiæ Summo Pontifici debita præſtaret; ſed rationem Fidei, quam Chaldæi profitentur; redderet, ac ſi error aliquis in eorum profeſſione reperiretur, D correctionem humiliter ab eo poſtularet. Legatio demandatur Adæ Archidiacono Cameræ Patriarchalis Monachorum Chaldæorum Archimandritæ, viro docto, & prudenti. Is ad Vrbem anno tertio à diſceſſu priorum legatorum venit, & Sanctiſſimo Domino Noſtro literas Patriarchæ ſui reddidit, & cum illis Fidei profeſſionem, atque commentarium à ſe iuſſu Patriarchæ ſui compoſitum de conciliatione dogmatum Chaldæorum, cum Fide Catholica; poſtulauitque ſumma animi demiſſione, vt cuncta diligenter examinarentur, expenderenturq; & pro neceſſitate ſaluti eorurum conſuleretur.

EPISTOLA

PATRIARCHAE BABYLONIS.

AD SANCTISS. D. N. PAVLVM PAPAM QVINTVM.

AB humili Elia Orientali, qui per gratiam Dei Sedi ſanctæ Babylonis inſeruit, adorationes continuæ, & inclinationes perpetuæ, genuflexionesque ſempiternæ ante ſanctos pedes tuos, ò Pater benedicte, & caput Patrum, Sol Chriſtianitatis, & nomen, in quo ſitum eſt ædificium Eccleſiæ Eccleſiarum. Dominus meus, & Pater meus Papa, Dominus Pater Patriarcharum omnium, qui in vniuerſo ſunt.

Sciat tua erga nos Charitas, quòd peruenerunt ad nos literæ, & Fides tua firma, & benedictiones, quas miſiſti humilitati meæ, & accepi benedictionem ſimul cum populo meo, & gratias Chriſto egi, eo quòd dignus benedictionibus Sanctitatis tuæ, atque memoria illuſtri factus ſum, & numeraſti me inter filios tuæ Paternitatis præter mea merita. Ego verò ſtatim miſi gratiarum actionem, & literas, & Fidem meam. Sed obuiam venerunt legatis meis peſſimi homines, & omnia abſtulerunt ab eis, & euacuati reuerſi ſunt ad me, & iterum miſi alios, nec etiam hi venerunt ad tuam Sanctitatem, quod ægre tuli ſimul cum Epiſcopis, & Archiepiſcopis meis, & dixi: Quid faciam? non poſſum ire, quoniam non relinquunt me Principes oppreſſores noſtri, neque etiam Ieruſalem adire, tenent nos tanquam ſeruos, & non relinquunt nos facere voluntatem noſtram. Tandem miſi tuam Fidem, literaſque tuæ puritatis cum filio meo fideli, conſiliorumq; meorum conſcio Patre Ada, vt oſtenderet eas in omnibus regionibus noſtris, vt videremus quid nobis Orientalibus faciendũ eſſet: et permanſit in his regionibus per annum integrum, & ſimul omnes conſuluimus, & miſimus ad tuam Sanctitatem hunc E ipſum Patrem Adam, & miſi cum eo Fidem, literaſq; meas, & dixi de his, vt coram Paternitate tua extra ea, quæ ſcripta ſunt ageret; quoniam ipſe eſt caput Patrum, & Abbas Monachorum Orientalium, & neminẽ habemus eo nobiliorem, vt tota pars Orientalis fatetur. Atque nunc, ò Pater, ſubmiſſo capite adoramus ante Sedem tuam ſine fraude, & dolo, & præceptum tuum à me eſt receptum ex præcepto illius, qui claues tradidit tibi. Neque negabo illam vocem dictam Petro, quod tibi tradidi claues Regni, & quod ligabis in terra, ſit ligatum in cælis, et quod

ſolueris

ſolueris in terra, ſit ſolutum in cœlo. Et non obſiſtam, ſicuti reliqui hæretici contra præceptum ſanctorum Apoſtolorum; & Patrum Orthodoxorum, qui affirmauerunt, quòd Sedes Romæ Magnæ teneret principatum; & ipſa eſt caput omniũ ſedium; abſit à me: ſed fateor, quod Eccleſia Romana ſit Mater Eccleſiarum. Et qui hoc non ita fatetur, ſit anathema. Et ſedes noſtra Babylonica non ex ſe electa eſt, ſicut aliorum hæreticorum, qui ſine lege multiplicauerunt Patriarchas in mundo, ſine ſede Eccleſiæ Magnæ Romæ; ſed ex præcepto Papæ, & ex conſilio Eccleſiæ Rom. electa eſt ſedes Babylonis, & ita ſcriptum inuenitur apud nos in annalibus; quod videlicet Patres Orientales Romæ ordinabantur. Sed factum eſt poſtea, vt cum mitterent homines propter confirmationem, in itinere interficerentur: & cũ diu hoc feciſſent omnes peribant. Hoc autẽ Eccleſiæ, et Pontifici narrato, Pontifex conſilio inito decreuit, & dixit: Ordinemus eis Patriarchã, & permittamus, ut Patriarchas ſibi eligant, nè in via intereant propter confirmationẽ, neq; eis mala accidant, & nos peccemus, aut ipſi ſint extra ouile Romæ. Sic itaq; accepimus poteſtatẽ vſque adhuc, & non à nobis ipſis aliquid fecimus, vt reliqui, qui Apoſtolorũ canones conculcauerunt, & leges Patrum; & impleuerunt terram Patriarchis ſine neceſſitate. Propter hoc uocata eſt Sedes Babylonis quinta, propter quattuor Sedes quattuor Euangeliſtarum; & ex eo quòd electus eſt Patriarcha cum confirmatione Romana, & dedit nobis facultatẽ, vt conſtituamus paſtores, tũc vocata eſt ſedes Babylonis, quæ quattuor comitatur ſedes, & quinta numerata eſt, ſicut vna ex his Etenim, ò Pater, ecce Fides mea peruenit ad tuam Sanctitatem cum epiſtolis, & videas ſi eſt dolus in profeſſione noſtra, aut eſt error, aut receſſio quædam à Matre noſtra Eccleſia Romana; ADMONE, ET FACIEMVS, DOCE, ET OBEDIEMVS. Et ſi in omnibus veri ſumus ante Sedem tuam, & nõ eſt dolus in Fide noſtra; petimus à benignitate tua, nè paupertatis ſeruorum tuorum obliuiſcaris; quoniam multi ex profeſſione noſtra, pericula tulerunt, cum apud uos venerint. Aliqui enim ex his mortui ſunt; alij interfecti ab hoſtibus; & pauci reuerſi ſunt, & peruenerunt ad nos. Et hoc ſufficiat Sanctitati tuæ à noſtra humilitate, quòd ex vltimis Orientis partibus ſuper capita, & oculos noſtros, præcepta tua feramus, & venimus cõtra omnès nationes ſanguine noſtro, & ſuſtinemus calamitates, vt ante excellentiam veſtram adoremus, & benedictionem a Matre Eccleſia Magna Pauli, & Petri accipiamus nos humiles, & ſubditi. Quis vrget nos, vt hoc faciamus, niſi Fides Chriſtiana, & amor veſter erga humilitatem noſtram? Et hoc, quod veſtræ ſapientiæ indicauimus, ſufficiat. ſed hunc totum laborem ſuſtinemus propter Romanam Eccleſiã. Et miniſtri ueſtri Ieruſalem tenent omnes, qui ſunt ex profeſſione mea tanquã exteros, atque rebelles ab Eccleſia Romana; & nõ gratificantur nobis ſicut antea; quoniam interpretes eorum ſunt ex profeſſionibus, quæ nos habent odio, & ipſi miniſtri veſtri non inquirunt veritatem. Petimus à Sanctitate tua, vt admoneas eos, vt tanquam eos, qui ſunt ex profeſſione tua, nos teneant, & beneuolos ſe reddãt ijs, qui ſunt ex profeſſione noſtra. Ego verò litteras miſi ad præceptores veſtros, vt dominarentur in Ieruſalem ijs, qui ſunt ex profeſſione noſtra, quoniam apud nos ſcriptũ eſt in annalibus, quòd Archiepiſcopus noſter, qui erat in Cypro, & ijs, qui ſunt ex profeſſione noſtra, qui habitant Ieruſalem, & Clerus, qui erat in Monaſterio S. Iacobi Niſibi, inter filios Eccleſiæ Rom. numerantur, propter amorem Paternitatis ueſtræ erga humilitatẽ noſtram. Et nunc qui ſum ego, omnes mei, & omnis pars Orientalis? Nos tãquam balbutientes corã Sãctitate tua, ſed tanquã ſerui obedientes tuæ Dominationi ſubdimur, & intellectu à ſciſſionibus alieno pedes ſanctos tuos deoſculamur, & ſumma cupiditate ſalutem Sanctitati tuæ deſideramus, & ad orationes veſtras, & conſeruorum tuorum Petri, et Pauli confugimus, vt digni efficiamur peccatorum remiſſione in die Iudicij terribilis Dei Verbi; cui & Patri ſuo, & Spiritui ſancto ſit honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

S. D. N. PAVLI PAPÆ QVINTI, EPISTOLA AD ELIAM BABYLONIS PATRIARCHAM.

PAVLVS PAPA QVINTVS.

VENERABILIS Frater, Salutẽ, et Apoſtolicam benedictionem. Duplici affectu, lætitia, atque commiſeratione, nec ſanè leui, commouerunt charitatis noſtræ viſcera literæ, quas à Fraternitate tua Nobis reddidit dilectus filius Adam Archidiaconus, vt ſcribis, Cameræ tuæ Patriarchalis, & Monachorum tuorum Archimandrita, quem ad Nos miſiſti. Lætabamur quidem ſummoperè, ex reuerentia, ac deuotione, quam profiteris ſummã erga ſanctam Beatiſſimi Petri Principis Apoſtolorum Sedem; eoq; magis, quia hoc verè Chriſtianæ pietatis ſtudium perpetuò viguiſſe in Eccleſia tua ſcribis. Miſerabamur autem, uel potius angebamur, quòd cum hac veneratione Apoſtolicæ Sedis,

non

non eandem doctrinam Catholicæ Fidei, quam
ipſa profitetur; reperiebamus. Sed miſericordiarũ
Patri Deo gratias agimus, quia te quoque vehe-
menter commotum fuiſſe ob hanc diuerſitatem
vidimus: in quo diuitias ineffabilis eius clemen-
tiæ agnoſcimus, & peculiarem quandam erga
te immenſæ miſericordiæ ſuæ gratiam. Nam
tametſi ex diligentia, atque ſollicitudine, qua
rationem tantæ diſcrepantiæ exquiſiuiſti; te
valdè prudentem, & accuratum in paſtorali
tuo munere deprehenderimus; nihilominus cum
nimis compertum ſit, quantum referat non mo-
do in his, quæ ad Fidem pertinent; ſed in quali-
bet doctrina, quomodo quis educatus fuerit; fa-
tendum planè videtur, totum hoc miſerentis Dei
opus fuiſſe; vt dum omnes anteceſſores tui, ac
nationis veſtræ Doctores, ſemper exiſtimaue-
runt, vt dicis, ſe rectè de Fide ſentire, nec ab
Eccleſia ſancta Catholica, & Apoſtolica Roma-
na in alio, quam in modo loquendi differre; pri-
mus dubitare cœperis; ſedulò veritatem quæſie-
ris; nec temerè tuorum reſponſioni, quamuis de-
ſiderio tuo congruerit, acquieueris; ſed piè, ac ſa-
pienter Nos, ac ſanctam hanc Sedem conſulere
volueris. Peramanter itaque Archidiaconum
tuum excepimus; profeſſionem Fidei veſtræ, &
quo pacto tam diuerſa dogmata componi, & ad
vnum ſenſum redigi poſſe exiſtimaret; audiui-
mus. Sed mutauit ille ſuam ſententiam: etenim
cum nullam prorſus haberet notitiam ſacrorum
Conciliorum, vt manifeſtè apparebat ex Com-
mentario, quem de hac compoſitione, & conſen-
ſu, ſcriptum à ſe, mandato tuo ad Nos attulerat;
& ex diſputationibus, quas habuit ſatis diutur-
nas, ac frequentes cum viris pietate, ac doctri-
na præſtantibus, quibus ut illum docerent Catho-
licam veritatem, mandauimus; & ipſe quoque
ingenuè fatebatur: poſteaquam oſtenſum illi fuit,
damnatum fuiſſe Neſtorium à ſanctis Patribus
in Concilio Epheſino, ob has nefarias blaſphe-
mias, nempè quia impiè aſſerebat, Chriſtum Do-
minum noſtrum fuiſſe purum hominem; & Ver-
bum Dei inhabitaſſe in eo, tanquam in templo;
ita vt diuinitatem, & Humanitatem diceret
in ipſo accidentaliter coniunctas, & non ſubſtan-
tialiter, & hypoſtaticè vnitas; & Beatiſſimam,
immaculatamq; Virginem Mariam hac de cau-
ſa non Matrem Dei, ſed tantum Matrem Chri-
ſti appellandam: ſimiliter duas in vno Filio
fuiſſe perſonas, puri ſcilicet hominis, ac Verbi
Dei; Hominem à Deo aſſumptum, ob aſſumen-
tis coniunctionem, non autem propriè, dicendum
eſſe Deum; eguiſſe propitiatione, ſicuti ceteri ho-
mines egent; paulatim ad Pontificiam dignita-
tem euectum eſſe; & non minus pro ſe, quàm
pro nobis ſacrificium Deo obtuliſſe; à Spiritu ſan-

A cto tanquam ab aliena virtute glorificatum; ac
demum non aliter, quàm Moyſes dictus fuit
Deus Pharaonis, Dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum exiſtimandum eſſe Deum. Quibus omni-
bus diligenter, ac ſedulò recognitis, poſt annum
elapſum, & amplius; Neſtorium tandem, &
omnes, qui cum eo hæc, & ſimilia ſentiunt; ala-
cri animo damnauit, & anathematizauit. Pa-
ri quoque pacto fuit illi demonſtratum ex deter-
minatione ſextæ Synodi vniuerſalis, quæ tertia
eſt Conſtantinopolitana, Duas eſſe in Chriſto Do-
B mino voluntates, ac duas operationes, ſicut duæ
ſunt in eo naturæ: contrarium autem, tanquam
blaſphemum, & hæreticum, à ſanctis Patribus
fuiſſe reprobatum; qui ſynodali decreto Maca-
rium Patriarcham Antiochenum Epiſcopali di-
gnitate propterea priuauerunt, & à communio-
ne Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ ſeparauerunt; quia
auſus fuerat impiè aſſerere cum Theodoro Epiſco-
po Pharantiano, Sergio, & Petro Epiſcopis Con-
ſtantinopolitanis, Cyro Epiſcopo Alexandrino,
damnatis hæreticis, vnam tantum eſſe in Chri-
C ſto voluntatem, atque vnicam operationem. Vi
dit ſimiliter Decretum in Concilio Florentino vni-
uerſali, à felicis recordationis Eugenio Quarto
prædeceſſore noſtro factum, de proceſſione Spiritus
ſancti à Patre, & Filio; cui Patres omnes Ec-
cleſiæ Latinæ, ac Græcæ pariter ſubſcripſerunt,
ipſo Græcorum Imperatore præſente; qui ad re-
mouendum Græcorum ſchiſma, Synodi vniuer-
ſalis congregationem curauerat; & ex Regia Vr-
be Conſtantinopolitana in Italiam venerat. Ex
quibus omnibus Archidiaconus tuus Orthodoxa
D veritate percepta, quam Eccleſia ſancta Catho-
lica Apoſtolica Romana docet, de altiſſimis my-
ſterijs Incarnationis Verbi Dei, & proceſſionis
Spiritus ſancti, errores ſuos proprios, atque na-
tionis veſtræ communes agnouit; quos ſpontè, &
ingenuè coram dilecto filio Magiſtro Commiſſa-
rio Officij ſanctæ Inquiſitionis confeſſus, ac dete-
ſtatus eſt; illoſq; auctoreſq; illorum, Neſtorium,
Theodorum Mopſueſtenum, Diodorum Tarſen-
ſem Macarium Antiochenum, ceteroſq; omnes
hæreticos, atque hæreſiarcas ab Eccleſia ſancta
E Romana damnatos, cum eorum hæreſibus, &
impietatibus abiurauit, damnauit, & anathe-
matizauit. Et quia venerabilis Frater à Nobis
efficaciter poſtulaſti, vt tibi errores ſignificare-
mus, quos in Fide veſtra reperiſſemus, illoſq;
corrigeremus; paratum quippè te exhibeas cum
Archiepiſcopis, & Epiſcopis obedientiæ tuæ ſubie-
ctis, ad correctionem recipiendam; iuſto, pioque
tuo deſiderio ſatisfacere cupientes, ac ſimul vt
adimpleremus præceptum, quod à Domino in
Beati Petri perſona accepimus, vt videlicet con-
firmaremus fratres noſtros in fide: mãdauimus,

cuncta,

cuncta, quæ dilecto filio Adæ Archidiacono tuo oſtenſa fuerunt de ſacrorum Conciliorum Decretis, diligenter deſcriberentur, & in Chaldæum idioma fideliter verterentur; & ad fraternitatem tuam mitterentur. Igitur accipies cum his noſtris literis deſcriptionem errorum, immò blaſphemiarum impij Neſtorij, vt in Concilio coram Patribus recitatæ fuerunt; cuius initium tale eſt: Petrus Presbyter Alexandriæ, Notariorum Primicerius dixit: Habemus præ manibus Reuerendiſſimi Neſtorij blaſphemiarum commentarios, &c. *Accipies pariter epiſtolam à Beato Cyrillo Epiſcopo Alexandrino, atque Synodo Alexandriæ congregata, ad Neſtorium ſcriptam; qua fraternè illum erroris ſui admonent; atque duodecim capitibus, quid de ineffabili myſterio Incarnationis tenendum Catholicè ſit, declarant. Incipit autem ſic:* Cum Saluator noſter apertè pronuntiet, &c. *Monuerat Beatus Cæleſtinus Primus, prædeceſſor noſter Neſtorium; & de illius ſalute ſollicitus, correctionem eius curandam Beato Cyrillo mandauerat: ea ratione, vt niſi ad præfinitum tempus reſipuiſſet; illum auctoritate Apoſtolica, ab Eccleſiæ communione ſepararet. Itaque Cyrillus coacta Alexandriæ Synodo; epiſtolam, cuius exēplum tibi mittimus, ſcripſit. Sed Neſtorius ex admonitione deterior, ac magis contumax, deteſtabiliores ſemper euomens blaſphemias; grauiores turbas in Eccleſia excitabat. Quarè Synodus vniuerſalis Epheſi conuocatur, cui Cyrillus vices Cæleſtini Papæ gerens, auctoritate eius Apoſtolica præfuit: in qua recognitis, examinatiſque erroribus Neſtorij, cum ipſe noluiſſet ſiſtere ſe Concilio; vnanimi Patrum ſententia Synodali decreto damnatus fuit: cuius damnationis exemplum tibi quoque mittimus, quod ita incipit:* Sancta Synodus dixit: Cum præter cetera, &c. *Sed damnato, depoſitoq; Neſtorio, atque in exilium ad Libyæ deſerta deportato; ſcriptiſque ſuis vbique locorum concrematis; nihilominus ignis hæreſeos extinctus omninò nō eſt; ſed flamma tantum compreſſa, quæ longè, latèque diffuſa erat. Nam ſcintillæ vnde hoc incendium initium habuerat, latitantes permanſerant: ſcripta nempè Theodori Epiſcopi Mopſueſteni, qui Neſtorij magiſter extiterat. Neque enim à Patribus antea animaduerſa fuerant, vel quia non ſatis vulgata, vel quia Theodorus ob grauiſſimam pugnam, quam ſuſceperat, atque ſuſtinuerat de myſterio Incarnationis aduerſus Apollinariſtas, tantam ſibi doctrinæ, ac pietatis famam comparuiſſet, vt nè dum ſuſpenſus non eſſet, immò verò inter Orthodoxos, grauiſſimoſque Eccleſiæ Patres haberetur. Igitur Hæretici, quod Neſtorij nomine amplius profiteri non*

Diſput. cap. vij. pag. 65.

Diſput. cap. vij. pag. 69. b.

Diſput. cap. viij. pag. 79.

A *poterant, Theodori auctoritate docere, ac tueri nitebantur. Hinc temporis progreſſu adeò magna perturbatio exorta eſt in Eccleſia Dei, vt poſt Chalcedonenſem Synodum, quartam videlicet vniuerſalem, iterum ſancti Patres coacti fuerint conuenire Conſtantinopolim ad vniuerſale Concilium; in quo Theodori Mopſueſteni dogmata recitata, diligenterq; animaduerſa, & examinata, ac demum damnata, & anathematizata fuerunt. Huius autem examinis, atque damnationis exemplum, nec non Fidei ſce-* B *leratum Symbolum Theodori Mopſueſteni, ex actis eiuſdem quintæ Synodi vniuerſalis deſcriptum tibi mittimus, cuius initium eſt:* Sancta Synodus dixit: Ad longum tempus extenſis quæ de Theodoro mouentur, qui Mopſueſtenæ Sanctæ Eccleſiæ fuit Epiſcopus, &c. *Quibus omnibus exiſtimauimus, fore vt ſatis innoteſcere fraternitati tuæ poſſent errores, qui cū Neſtorio, atque Theodoro Mopſueſteno vobis communes ſunt: & quàm execrabile, atque Catholicæ Fidei contrarium ſit, negare Beatiſſimā,* C *ſemperq; Virginem Mariā eſſe verè matrē Dei; & in Chriſto duas perſonas ponere. Pari pacto tibi mittimus Decretum ſextæ Synodi vniuerſalis Conſtantinopoli celebratæ; quo ſancti Patres actione decima octaua definierunt, eadem ratione confitendum eſſe duas in Chriſto eſſe voluntates, atque operationes, qua credimus, duas eius eſſe naturas, in vna eius radiantes ſubſiſtentia; nec vlli licere aliam Fidem profiteri, aut docere. Incipit autem:* Præſens ſancta, & vniuerſalis Synodus, fideliter ſuſcipiens, &c. *Ex* D *quo non tantum quid Catholicè credendum ſit, intelliges; verum etiam cognoſces, quàm grauiter peccent, qui importunis interpretationibus contrariam ſententiam, damnatamq; impietatem tueri ſtudent. Poſtremò mittimus tibi Decretum à felicis recordationis Eugenio Quarto etiam prædeceſſore noſtro, in Synodo vniuerſali Florentina factum, de proceſſione Spiritus ſancti; cuius initium eſt:* Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Lætentur cœli, &c. *Apertè in hoc Eugenij De-* E *creto videbis, omnes pariter Latinæ, & Græcæ Eccleſiæ Patres confeſſos fuiſſe, Spiritum ſanctum à Patre, & Filio, tanquam ab vno principio procedere: & quamuis Græci à Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum dicant, non ob id tamen, qui rectè ſentiunt, proceſſionem hanc aliter, quàm ab vtroque æqualiter intelligunt. Nullo autem modo dicendum, Spiritum ſanctū à Patre ſolo procedere; hoc enim hæreticum, atque damnatum eſt. Ideò ſancta Romana Eccleſia, omnium aliorum Mater, & Magiſtra, diuinitus illuſtrata; ad euitandam omnem ſuſpi-*

Iſtos errores inuenies cap. 11. pag. 95.

Diſput. cap. 10. pag. 159.

Poſt Epilegum pag. 188.

cionem

*cionem huius impietatis, opportunè declaratu-
ra eiuſmodi proceſſionem; non addens, ſed expo-
nens, poſuit in Symbolo illud:* Filioq; procedit.
*De incomprehenſibilibus igitur myſterijs ſalutife-
ræ Incarnationis Verbi Dei, atque æternæ proceſ-
ſionis Spiritus ſancti, ſic definitum fuit à Sanctis
Patribus; & ita credat, oportet, quicunque pro-
fitetur Catholicam Fidem. Declarationes, ex-
poſitiones, conciliationes omnes, quæ vel contra-
rias ſententias defendunt, vel eas ad ſenſum Or-
thodoxæ veritatis redigere conantur; non modò
vanæ, ac ſuperfluæ; ſed damnatæ, ac reproba-
tæ. Sunt enim hæreticorum commenta, quibus
eorum impietatem, quam profiteri amplius ma-
nifeſtam non poterant; fucàtam defendere cona-
bantur. Nam ſectatores Neſtorij nefaria eius
dogmata, ex commentarijs, vt diximus, Theo-
dori Mopſueſteni, à quo virus perditiſſimæ
hæreſis hauſerat; & ex his, quæ ab eius fau-
toribus contra Beatum Cyrillum, ſanctamque
Epheſinam Synodum ſcripta fuerunt; callidè in-
ſtaurare, atque in vulgus ſerere ſtuduerunt.
Unde magna Orientis pars poſtmodum infecta
fuit, præcipuè Chaldæi, qui hac de cauſa deinceps
Neſtoriani dicti ſunt. Propterea monemus fra-
ternitatem tuam, atque efficaciſſimè hortamur,
vt Theodori Mopſueſteni ſcripta, pariterque
Diodori Tarſenſis, qui cum eo peſſimè ſentiebat;
lethalis huius meſſis infauſta ſemina, ſi, vt ac-
cepimus, apud vos reperiuntur; delere, effrin-
gere, penituſque ex veſtra natione exterminare
omninò ſtudeas. Quippè Theodorus tanquàm
hæreticus, ac peſſimæ doctrinæ auctor, à Sanctis
Patribus in quinta vniuerſali Synodo, vt vi-
dere poteris, ſecunda videlicet Conſtantinopoli-
tana, damnatus eſt. Remoto autem hoc obſta-
culo, facilè vt confidimus, cooperante diuina
gratia, Catholicam veritatem contra aduerſa-
riorum mendacia tueberis, præſidio auctoritatis
ſanctorum vniuerſalium Conciliorum, quorum
decreta tibi mittimus. Quibus ſicut fraternita-
tem tuam, cæteroſque venerabiles Fratres Ar-
chiepiſcopos, & Epiſcopos, atque eruditiores Mo-
nachos, & Sacerdotes veſtræ nationis inſtruere
aduerſus hæreticos curauimus; ita & reliquo-
rum neceſſitati, quantum cum Domino poſſumus,
conſulere cupientes; quamplurimos libellos profeſ-
ſionis Catholicæ Fidei, & Chriſtianæ doctrinæ
typis Arabicis excuſos, eidem Adæ Archidiacono
tuo, perferendos ad vos dedimus. Abundè ſa-
tisfeciſſe nos hactenus tuo deſiderio credimus, ve-
nerabilis, ac dilectiſſime frater. Habes namque
à Nobis certiſſimam doctrinam Catholicæ Fidei,
& firmiſſima fundamenta, quibus ipſa nititur.
Docere igitur tuos veritatem, aduerſariorum
mendacia, atque malitiam redarguere ſufficien-*

A *ter poteris. Reliquum modo eſt, vt eodem zelo,
quo veritatem cognoſcere concupiuiſti, cures,
nitaris, efficias, vt ipſam nunc vobis declara-
tam, & patefactam, ceteri quoque recipiant.
Nos autem alacri animo pios labores, atque co-
natus tuos in propagatione Orthodoxæ Fidei ſem-
per adiuuabimus: & quò maiores progreſſus ve-
ſtros in recta doctrina audierimus, eò magis
prompti, ac parati erimus ad noſtrum auxilium
vobis ſubminiſtrandum; ſicut Archidiacono
tuo vberius declarauimus. A quo particulam*
B *ſalutiferi ligni ſanctiſſimæ Crucis Domini noſtri,
incluſam parua Cruce aurea, ornata lapidibus
cæleſtis coloris, in maioris Crucis formam; atq;
librum ſanctorum Euangeliorum, Arabico idio-
mate typis excuſum; & cum his argenteum ca-
licem, & patenam, atque thiaram, ac veſtes
Pontificales pro ſolemni celebratione incruenti
ſacrificij, diuinorumque officiorum; nec non duos
alios libros ijſdem characteribus Arabicis impreſ-
ſos, vtiles ad medicinæ corporalis doctrinam, &
ad intellectus acumen augendum: nam fore illos*
C *tibi valdè gratos, ipſe communis noſter filius
Adam Nobis oſtendit. Quæ omnia fraterni-
tati tuæ ex benedictionibus ſancti Petri mittimus;
vt ſignum aliquod à Nobis habeas ſinceræ, ac
perfectæ dilectionis, qua te in viſceribus Chriſti
complexi ſumus. Quem tuum Archidiaconum
valdè tibi commendamus; & pro peculiari no-
ſtro in eum amore, tanquam filium Nobis val-
dè charum, vt præcipuè diligas, deſideramus.
Toto enim tempore, quo apud Nos manſit, piè
admodum vixit; monaſticæ vitæ ſuæ inſtitu-*
D *tum religioſè obſeruauit, zelum veritatis agno-
ſcendæ eximium prætulit; aſſiduus in expeditione
negotij ſibi à te commiſſi, fuit; in exponendis ve-
ſtris de Fide opinionibus diligens, & accuratus,
ſed minimè peruicax; in recipienda veſtrorum
errorum correctione docilis, atque morigerus: de-
mum ita ſe in omnibus geſſit, vt meritò beneuo-
lentiam omnium, qui aliqua de cauſa cum eo
egerunt, ſibi conciliauerit. Quare ſi rem Nobis
gratiſſimam facere deſideras, virtutem, & pro-
bitatem ipſius, omni honorificentia maiori, qua*
E *poteris, noſtra cauſa augebis, non enim dubi-
tamus, quin optimè collocaueris quicquid hono-
ris, ac dignitatis in eum contuleris; ac præterea
debitum laboribus ſuis tàm magnis, tamq; lau-
dabilibus præmium tribues, quod maximè deſi-
deramus. Deum miſericordiarum, ac Patrem
luminum oramus, vt opus, quod ineffabilis ſua
clementia cœpit in te; perficere per humilitatis
noſtræ miniſterium, ad ſanctiſſimi nominis ſui
gloriam, ac veſtrarum animarum ſalutem di-
gnetur: & ex intimis noſtri cordis viſceribus ti-
bi, dilectiſq; filijs nationis veſtræ, qui Fidei Ca-*

tholicæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tholicæ notitiam verè, & ex animo concupiſcunt; benedictionem noſtram Apoſtolicā impartimur. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Anulo Piſcatoris, die ſanctiſſimæ Annunciationis B. Virginis Mariæ. viij. Kalendas Aprilis, 1614. Pontificatus Noſtri Anno nono.

Petrus Stroza.

ILLVSTRISS. DOMINO

PETRO STROZAE

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI A SECRETIS.

Frater Thomas Nouarienſis. S.P.D.

QVONIAM *ex qua die Babylonem contendens, profectus ſum Aleppo, hæc prima ſe mihi dat occaſio, cùm teſtificandi meum per literas in Dominationem veſtram Illuſtriſſimā officium, & obſequium, tum de Patriarcha Babylonico certiorem eam faciendi, nunc opportuna ferente commoditate, ſimul cum læto nuntio breuiter ſuorum laborum fructus, & quaſi carptim proferam, quòd temporum anguſtiæ, & iā iam Tabellarij præfeſtinum iter ita flagitent.*

Cum ergò anno proximè elapſo 16. Kalendas Ianuarij Aleppo diſceſſiſſem, 10. Kalendas Ian. Vr Chaldæorum (Nunc Orſam vocant) propè acceſſi: quo in itinere P. Petrum Metoſcitam, ſecundò ab illo Patriarcha redeuntem offendi, à quo cum poſt mutuam ſalutationē, vbinam eſſet Patriarcha, quærerem; vbi Timothæus, & quo ſe modo res haberet: verſari eos reſpondit Merdinum propè in deſerti illius cœnobio, quod Mar Bettican vocitant: tum, i porrò inquit, lepus te certò manet. Ego me leporum captādorum non veniſſe ſubijcio, nec vt ipſorum rebus me implicarem, ſed Chaldaicæ linguæ, cuius eram percupidus, ediſcendæ gratia, i, ſubiungit ille, certò lepus te manet: ſi ita eſt, inquam ego facilius capietur; certè quicquid erit, officio canum fungemur. tum diſcedentes, atque amicè officia mutua offerentes, quiſque iter cœptum carpit.

Ipſo Natali Chriſti Domini Orſa profecti, et poſt aliquot dies Merdinum verſus ire coacti, vt quos commemoraui ſupra inuiſeremus, multa vadoſa loca non ſine præſenti periculo, diuina freti ope, prætergreſſus, poſt laborioſum dierum 14. iter Patriarcham adij, & ab illo, atque à D. Gabriele Decano Archiepiſcoporum humaniter exceptus ſum; cum diceret Patriarcha, dolere ſibi non parū, quod eo in loco tum eſſemus, in quo non poſſet lautius, & commodius hoſpitem excipere. Profectus erat ijs diebus D. Timothæus, vt dies Domini Natalitios cum grege ſuo duceret. Interea Patriarcha Priorem cœnobij, vt Eliam accerſeret, miſerat, quem expectabat, etiam vt cum illo Natalem Chriſti ſuo more celebraret: ſed intercluſerant niues aditum. Itaque ſoli, dies illos feſtos egimus, & ego ſingulos ſuis munuſculis donaui, Patriarcham præcipuo anulo aureo, eleganti arte perfecto, & in modum Crucis lapillulis pretioſis diſtincto; Dominū etiam Gabrielem ſuo, ſed pretio minori. Quieti per hos dies degebamus, & læti, cum ecce 23. Ianuarij præſentis anni, Merdini gubernator ad iſtud Monaſterium Ianiſſarium, qui me, & Patriarcham iunctos in carcerem rapiat, mittit. Ego tum diuino quodam fauore eram in ſylua, cum irrupit barbarus, cuius mentem cum ſeruus meus Franciſcus turcica lingua intellexiſſet, monuiſſetque de periculo, nocte in tempeſta, in vetera quædam antra abſcondi me me, ibique ſex dies egi: Patriarcha ſequenti die à truculento milite in cuſtodiam pedes inhumanè ductus eſt. Sex illi dies fluxerant, cum aduentat ille tandem expectatus Elias, cum duobus Archiepiſcopis, Sacerdotibus aliquot, & Monachis, quorum cauſa antris eductus, cum ad ſalutandum eos veniſſem, ille me incredibili amoris ſignificatione proſecutus, vna cum alijs ad cœnam vi coegit; & poſt eā cum ad eos, qui aderant Archiepiſcopos, & Religioſos chaldaicè uerba feciſſet, interiorē veſtē, quā nigra tectā de more Archiepiſcopi gentis illius geſtat, exuens, mihi donat; vtq; induā illam, omninò iubet; Ego inquiens Elias ueſtē hanc Rabbano Thomæ dono, vt intelligant omnes, velle me ijs omnibus obſequi, quæ ille Sanctiſſ. D.N. Papæ nomine imperabit, vtq; ita faciatis omnes in primis volo In ſequenti die Emetum, vt equis ſuis veherer, curauit, vbi Patriarchā expectaremus, qui poſt multas, & graues ærumnas, in pretium deniq; liberationis ſuæ 60. aureos perſoluens, è carcere euaſit. Mea quæ ſors futura fuiſſet, Deus bonè, ſi in illos prædones captiuus incidiſſem?

Vigeſimo Ianuarij, Monaſterio egreſſus, vltimo eiuſdē menſis Emetū veni, cūq; aduentum meū D. Timothæus Archiep. audiſſet, is cum uniuerſis Sacerdotibus, cæreiſq; accenſis ad ipſū vſq; primū templi ueſtibulū obuius mihi prodit, et cum cātu in tēplum induxit, actiſq; ſuo more Deo gratijs, oſculati omnes manus meas, eūdem mihi, quē Patriarchæ poſtea, niſi quod Crucē, & paſtoralē baculū non prætulerunt, honorem detulere. Omnes item Chaldæi, qui Emetum incolunt, veſperi ſalutandi mei cauſa domum noſtras venere, & vt manus oſcularentur, quorum pars præcipua in cœna mecum fuerunt pro more gentis apparatiſſima, cum interim ad ſingula pocula pias laudes

Sanctiſ-

*Sanctiſſimo Domino Noſtro canerent, eique lon-
gam, beatamque vitam apprecarentur. Stantes
honoris cauſa, & capitum tegmina magno cum
reuerentiæ argumento deponentes. Denique eò lo-
ci, quam comiter habitus audiui demum Patriar
cham cum Archiepiſcopis tertio Februarij ad pro-
ximum pagum nomine Ceruchiam veniſſe, ac
poſt triduum propius ad Aintanur Ciuitatem ac-
ceſſiſſe. Hic ille dum ſubſiſtit. Elias Ciuitatem
adit, vt quoſdam Turcas amicos ſuos muneri-
bus ornaret. Ego interim qua ratione iſta Eliæ
ſubdi poſſet Eccleſia, animo cogitabam. Ipſe verò
de admittendo Patriarcha Babylonico, qui legi-
timus ipſorum eſſet, deque concordia, & vnione
nationis ſuæ agebat. Simonem Perſam, quòd eſ-
ſet in ſummum Pontificem benè affectus, &
quòd illius cauſa Templum Hieroſolymis ædifi-
caretur; ibi relinquendum exiſtimaui. Magnæ
ſunt exortæ in hoc negotio, & impeditæ difficul-
tates; primorum tamen eò inclinauit animus, &
ſententia, vt Patriarcha acceptaretur. Reſti-
terunt quatuor Sacerdotes duntaxat, quorum
pertinacia indignatus Elias, ad Patriarcham
proximè ſequenti luce redit, comminatus, niſi Pa-
triarcham admitterent, eos ſeſe Archiepiſcopo pri-
uaturum, deſerturumque, vt erant promeriti.
Quare ſtatim propoſita etiā anathematis, niſi pa-
reret, pœna, Archiepiſcopo mandat, confeſtim ex-
cedat inde. quod ille cum feciſſet, magni facti sūt
motus animorum; & diuerſi inter eos, qui per-
ſtabant in excludendo Patriarcha obſtinati; &
eos, qui Templi cauſa Hieroſolymitani, & Ti-
mothæi, quem ſummus Pontifex miſerat, gratia,
excipiendum dicebant. Ego cum ex ea diſſentio-
ne, ne quid grauius exoriretur, vehementer ti-
merem, præcipuum è Sacerdotibus accerſitum ad
me ſum hortatus, vt quoniam Pontificem vene-
rarentur; quem idem ſummus Pontifex ad eoſ-
dem mittebat, ipſi nè aſpernarentur. Tum di-
ſcedens, ad Patriarcham quamprimum contuli;
quo diſceſſu illi territi, & ne ego quoque ipſorum
diſcordia offenderer, veriti id demum effecerunt,
vt duodecim illi omnes Presbyteri cum Elia de
ſuo Patriarcha admittendo, tabellis etiam conſi-
gnatis conſentirent, ea conditione, vt proximo
Septembri Hieroſolymitana illa fabrica, & Mo
naſterium item, cui ædificando emendum ſolum
deſtinant, perficiat. Atque ita Patriarcha Ci-
uitatem eorumdem rogatu, cum tribus Archiepi-
ſcopis, & mecum ingreſſus, ſolitis & ritibus,
& honoribus ſacram in ædem quoque deductus
ab ijs eſt.*

*Sequenti Dominica, quæ prima fuit ipſis in
Quadrageſima, nobis ſecunda erat, ſolemni ritu,
& pompa admiſſus Patriarcha eſt; faciente Ti-
mothæo ſacrum, & Elia concionem habente:*

A *qua peracta, Pontificali veſte, noſtro mo-
re, modoque Patriarcha indutus eſt, indutique
eodem more Elias, Ioſeph, & Timothæus, toti-
dem enim ornamentis pulcherrimis locupletata
Eccleſia illa eſt, primis quidem à Gregorio, ſe-
cundis à Sixto, tertijs à Camera Apoſtolica,
quartis à Sanctiſſimo Domino Noſtro. eadem
ratione induti Sacerdotes, nec non & Diaconi,
omnes ſupplicationē inſtituerunt ſolemnem, con-
cinentes Patriarchæ laudes: qua tranſacta, ſede
ſua collocatus ille, manuum oſcula vtriuſque ſe-*
B *xus excepit. Tum quatuor Sacerdotes ſolium at-
tollētes, à primo vſque ingreſſu Templi ad ſum-
mum Altare Patriarcham Cruce, quam ma-
nu geſtabat, populum ſignantem, humeris por-
tauere. Sacrum ergò peragitur; & poſtremò Pa-
triarcha, omnem ſexum, & ætatem populi, qui
aderat, Sacratiſſima corporis Chriſti communio-
ne impertit; nec cum ſummo mane hæc celebritas
cœpiſſet, ante ſerum diei completa eſt.*

*Proximè ſequenti die indicta Synodus, primo
Martij, conuenit, in qua poſt ſacras preces, ob-*
C *ſeratis Templi portis, ſedente primo loco Patriar-
cha, aſſidenteque illi à dextris Gabriele, à ſini-
ſtris Elia, tum ordine ſuo Ioſepho, Timothæo,
Abrahamo, & quotquot aderant, Elias (cui
partes hæ demandatæ erunt) paucis præfatus, me
vniuerſi cœtus nomine compellare cœpit, peterēq;
vt quæ Sanctiſſimus Dominus Noſter ab ijs ex-
peteret, quid fieri vellet, quid imperaret, quid
Legato ab ſe ad eum miſſo reſponderet, ediſſe-
rerem, ac explicarem. Tum ego, & monitis Do-
minationis Veſtræ Illuſtriſſimæ, & libello ſummi*
D *Pontificis ad Patriarchā conſcripto (cuius exem-
plum mihi P. Adamus Aleppi reliquerat) in-
ſtructus, expeditè ſatisfeci. Primò ergo ſummum
Pontificis in Patriarcham, & vniuerſam eorum
nationem amorem, & qua humanitate Legatū
eorum ad ſe miſſum excepiſſet, expoſui; tum mu-
nera publica, ac nominatim ad Patriarcham ab
eodem miſſa recenſui; ſed præſertim, quòd cum
maximè locum promendum, & id beneficij
exaggerandum ſcirē, ſingularem fauorem in Tē-
plo illo ab ipſis exoptatiſſimo Hieroſolymitano, quo*
E *tandiù fuerant orbati, iam conceſſo; multis am-
plificaui. Subieci demū habere eos libellum Chal-
daica lingua ad ipſos à Sanctiſſimo Domino No-
ſtro deſtinatum, ex quo quænam ſuæ ſit Sancti-
tatis voluntas, & quid ab illis optet, ſiue expe-
ctet, facilè intelligant. Proferatur ille, Reſpon-
dit Elias, vt hoc ſciamus. Ego ad Timothæum
mihi proximum verſus, illum vt exhiberet, ita-
licè monui; quo ille dicto nonnihil, vt viſus eſt,
commotus, tu, inquit, articulos Fidei modo pro-
pone, libello non eſt opus: Quin libellus ò Timo-
thæe, inquam ego, ſummus Pontifex tibi, vt il-*

lum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*lum ſolus habeas, ſeruesque reconditum, haud-
quaquam dedit, ſed vt cum Patriarcha, &
Synodo communices. Demum eò res deuenit, vt
verbis certaremus quod Elias cum vidiſſet, Pro-
duc, inquit, Codicem illum Timothee, benè mo-
net Thomas, Nosque Sanctiſſimo Pontifici, niſi
libellum videamus, haud reſpondebimus. Et
inter illos quoque rixa verborum, quam meri-
dianæ orationis tempus diſſoluit, cœtus enim
cum ea ſententia, vt libellus palam legeretur,
dimiſſus eſt.*

*Vrgebat proxima die Patriarcha, vt libel-
lum proferendum curarem, ego demiſsè reſpon-
di, poſſe illum facilius Timotheum, vtpotè ſibi
ſubditum, ad officium cogere. Enimuerò non
ignoras, inquit, Timotheum Ciuibbus Emetia-
nis charum eſſe, cui ſi moleſtiam vllam faceſ-
ſam, illi, qui me in Patriarcham ſuum nuper
adſciuere, per quam facilè turbarum aliquid,
& tumultus ciebunt. Sanè Patriarcha vir eſt
antiquæ probitatis, integer vitæ, iniuriarum pa-
tiens, modeſtique animi, & minimè fucati.
Timotheus libellum detinebat & munera; an
quia Emeti promiſerat ſe illa Eccleſiæ daturum,
ſi in Archiepiſcopum ab ea deligeretur, vel vt
Hieroſolymam deferat, vel etiam vt retineat
ſibi, prorſus ignoro. Ego quidem atrocius in il-
lum eo die præſens ipſe ſum inuectus, quibus etiã
minas grauiſſimas addidi, quanquam poſſem
grauiores; cum plus illi mali, quam quod mi-
nabar, inferre poſſem. Quare ille commotus, ac
ſibi timens, præſertim cum ad eam obiurgatio-
nem meam alia non leuior acceſſerit Eliæ viri
planè prudentiſſimi, cuique Timotheus Archi-
diaconum ſuum, legationem ad Pontificem, Ar-
chiepiſcopatum Emetianum, & alia debet quã-
plurima: is, vt mihi ſatisfaceret, ad me adijt,
veniaque petita, facturum ſe quicquid ego im-
perarem, recepit. Tum poſt amplexus mutuos,
ego omnes illi officij, atque amoris partes obtuli,
tantum Patriarchæ mandata Pontificis ex libello
traderet, ne res cœpta perturbaretur.*

*Itaque luce proxima, tertio Martij, cum
poſt orationem ſolito more in Templo conſediſſe-
mus, ego de vnione animorum, atque amore
cœpi maxima cum omnium voluptate dicere:
Timotheo præſertim placuit Oratio, cuius ego di-
ligentiam in exequendis Romæ bonis partibus Le-
gati Pætriæ ſuæ, & Patriarchæ plurimum com-
mendaui. Inde ad articulos fidei proponendos
oportune delabor. Vt intelligam, inquam ego,
qui Oratoris munus cum fide ſuſtinere vehe-
menter cupio, num vos ijs omnibus, quæ ve-
ſter ad Pontificem Nuntius detulit, plenè conſen-
tiatis; ita exordiar. Creditisne Illuſtriſſimi, ac
Reuerendiſſimi Patres Romanam Petri ſedem,*

A *in qua in præſentiarum Paulus Quintus Ponti-
fex Maximus ſedet, ſupremam eſſe Chriſtia-
narum omnium; cuius auctoritas tanta ſit, vt
quicquid in terris ligauerit, ligatum ſit & in cæ-
lis; & quicquid in terra ſoluerit, & in cælis ſo-
lutum ſit; cuique aliæ omnes obedientes eſſe de-
beant? Omnes aperto capite dixere, Naam,
ideſt, ita; cuius in argumentum ipſi libros aliquot
ſuos, in quibus hæc omnia continerentur, profer-
re parati erant. Quæro ego, benedicitis ne vos
cuicunque illa benedicit? & cui maledicit, ma-*
B *ledicitis? Reſpondent, etiam, iiſdem verbis.
Vos quicquid illa de fide Chriſti Domini docet,
& acceptat, docetis, & acceptatis? ita inquiunt.
Benè habet, inquam ego, hæc generatim propoſi-
ta ſunto. Nunc ſpeciatim quædam diſtinctè in-
quiramus. Vos duas in Chriſto perſonas, an
ſicut Eccleſia Catholica credit, vnam duntaxat
admittitis? Nobis, reſpondit Elias, re vera
hac in parte imponitur, quaſi duas in Chriſto
perſonas eſſe dicamus; hoc enim fuit hæreſis Ne-
ſtorij, non Theodori. Quamobrẽ nos vnã, inquit,*
C *tantum perſonam in Chriſto Domino credimus.
Cumque dum prolixius rem ille totam explicat,
ad vocem, Parſopa, ventum fuiſſet, ſtatuit,
eam verbo Chnum, quod arabicè perſonam ſi-
gnificat, reſpondere; nec eſſe Chnumain, quod
duas denotat perſonas; ſed tantum vnam. In-
de ad glorioſæ Virginis veræ Matris Dei ra-
tionem venimus, & Elias aperto capite, ſtansq;
magna dicendi vi, motuſque animi, Audi, in-
quit, Rabban Thoma; Nos hic confirmamus,
credimuſque ea omnia, & ijs ſubſcribimus, quæ*
D *Legatus noſter Romæ ad Sanctiſſimi Papæ pe-
des tranſegit; atque ita vlterius quærendi de ar-
ticulis omnem mihi rationem, & viam inter-
cluſit. Tum Timotheus, quod res ipſi tam be-
nè, feliciterque verteret, lætus, confeſtim Pon-
tificis libellum Caldaicè, & Latinè conſcriptum,
offert Patriarchæ, qui eum oſculatus reſerans,
primò vtramque, & quæ initio, & quæ in fine
poſita eſt, figuram contemplatur: deinde Ponti-
ficis Epiſtolam, & nonnulla ſecretò cum perle-
giſſet, poſtulauit Elias, palam, & publicè, al-*
E *taque voce, vt legeretur. Quare oblatum ſibi
à Patriarcha cœpit ipſe, contenteq; legere vſque
à principio, nonnunquam ad errores Neſtorianos
interſpirando, dicendoque, Stagforlà, ideſt par-
cat nobis Deus. Nos non ita credimus. Defati-
gatus verò legendo, Timotheo tradidit, qui ad
Symbolum vſque Theodori percurrit. Et cum
ego oportunum iam eſſe exiſtimarem, Vnum, Il-
luſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Patres, aio, ſuper-
eſt, plenè vt ſit hodie mihi, planèque ſatisfactũ.
Quæro ergò, ſi duo ſint, quos inter concordia, &
pax ſit ſancienda, num poterit, qui cum illis gerit*

*inimicitias, pacis illius arbiter, atque effector eſ-
ſe? Minimè gentium, inquiunt illi; ergò neque
Neſtorius, inquam ego, nec Theodorus nunc in-
ter nos fœdera pacis, & vnionis componere poſ-
ſunt, quos nobis inimicos, atque hoſtes eſſe non
dubitatis, quos & Chriſto Domino exoſos, & à
Sanctis Patribus excommunicationis ſententiæ
toties ſubiectos in Concilijs Oecumenicis, & præ-
ſertim à Sancta Sede Apoſtolica per Legatos,
qui Synodo aderant, anathematis iudicio dam-
natos. Bellè, inquit ad hoc Timotheus, me
compellans italicè; potuit vno die Deus Orbem
condere, & tamen ſex dierum opus eſſe voluit.
Sed Gabriel Epiſcoporum, qui aderant, antiquiſ-
ſimus ſimul, & peritiſſimus. Si hæc docent Ne-
ſtorius, ac Theodorus, quæ in libello ſuo notat
ſummus Pontifex, & nos illis diras, inquit,
imprecamur; & excommunicationis, ſi iam
illam non non ſubijſſent, pœnam imponimus, ac
infligimus. Hæc ille, & ſimilia, tanto animo,
ardoreque, vti mihi piarum lacrymarum, ex
ſingulari gaudio copiam de tam felici rerum ſuc-
ceſſu excuteret.*

*Atque ita ſtatutum eſt, Sanctiſſimo Domino
Noſtro reſpondendum in hunc modum, ſe nec
ijs erroribus aſſentiri, nec alijs quibuslibet in fide,
quippè qui eandem planè, quam Pontifex om-
nium Pater, ac Magiſter in credendo, Chri-
ſtianorum, ſiue aſſentiendo, ſiue diſſentiendo
præſcriberet, legem, ac normam fidei perfectè
ſequi vellent. Hoc prorſus opus Excelſi, Illu-
ſtriſſime Domine, non verò opis humanæ. Nec
vlla à principio tam felicis, ac proſperi euentus
ſpes affulgebat. Nunc autem Patriarcha nullum
finem facit amplexandi memet ſingulari chari-
tate, dicendiq́ alia ſe longè maiora, atque arden-
tius præſtituros, niſi metu Turcarum, qui eos
fieri dubitant Italos, qui Romanæ vniuntur
Eccleſiæ, prohiberentur.*

*Nunc expectatur modò tertia ſeſſio, in qua
eorum literæ ad Sanctiſſimum Dominum No-
ſtrum ſcribantur, & obſignentur, ad quod illi
ſe ſe frequentibus inter ſe conſultationibus ſtre-
nuè, & perfectè exequendum comparant. Ego
quidem vt primum conſcriptæ erunt, ad Illu-
ſtriſſimam Dominationem Veſtram exemplum
mittam, vt certius ea cognoſcat, quæ nunc pau-
cis, & quaſi curſim delibo. Hæc, vt dixi,
geſta ſunt hac in parte, & Deus ſcit, quod
non mentior.*

*Hoc poſtremò non omittam; Eliam, homi-
nem, vt dixi, vndequaque præſtantiſſimum,
ab Archiepiſcopis delectum eſſe, vt profectus
Hieroſolymam, extrinſecam Monaſterij habi-
tationem coemat. Is ſecretò mihi dixit, velle ſe
cum diuina ope ire Legatum Romam ad San-*

A *ctiſſimum Dominum Noſtrum obedientiæ cau-
ſa, Patriarchæ nomine, confirmandiq́ ea omnia,
quæ modo peracta ſunt. Quod ſi ita fiat, cum Eliæ
auctoritas ſit apud omnes magni ponderis, & nu-
tus quaſi pro imperio, ſpes eſt, futuram multò
faciliorem plebeculæ culturam, vt ex eorum ani-
mis omnes errorum fibræ, & radices penitus (ſi
qui id peritè faciant, erunt) euellantur, & ex-
tirpentur. Interea dum iſta ſcriberem, horæ qua-
drans fermè elapſus eſt, ex quo Græcus ad me
Monachus venit, qui cum mecum græcè, &*
B *turcicè, ego cum illo agere arabicè, nec inuicem
intelligeremus, per ſeruum meum cum illo inter-
pretis vice colloquentem, audiui, quærere illum,
qui ſim, quid agam, quid moliar, an non ego
ea de cauſa venerim, vt Neſtorianos facerem
franchos. Suſpicor, ſpeculatorem illum eſſe, &
linguæ noſtræ non imperitum: iamq́ adſtat ſcri-
benti; & me notat, ac deſignat oculis, ita vt
hacce domo hodie migrandum eße mihi iam con-
ſtituam. Deus à falſis fratribus eruat me auicu-
læ inſtar laqueos aucupum, & technas fugitan-*
C *tem. Quod ni me Sanctiſſimus Dominus No-
ſter præſenti eripiat periculo, atque liberet, actum
erit. Hoc vnum deerat, vt Illuſtriſſ. Domi-
nationi Veſtræ moleſtiam procreem; ſed parcat,
obſecro, & condoleat.*

*Monui Eliam de puerulis pro Collegio, li-
briſque Ammonij, & Sixti Papæ: ille ſe præſti-
turum omnia, largè ſpopondit.*

*Narrat ſeruus, audiſſe ſe, dum inter illos,
vt fit, familiariter agit; cupere eos, vt à Pa-
ſchate cum Elia Aleppum proficiſcar, atque*
D *inde ad Hieroſolymam; tum illius, quod ante
dixi, negotij gratia, tum vt, quod imminet pe-
riculum deuitem, atque demum ad illos redeam
diutius, & ſecurius commoraturus. Ego me
inutilem Ieſu Chriſti ſeruum ſcio, & ſanctæ
Sedis Apoſtolicæ; ſed qualis qualis ſum, nihil
eorum, quæ mihi ad Domini mei gloriam, &
animarum ſalutem conducibilia videntur eſſe,
omittam vnquam: Et ſi mihi quidem erat in
optatis, Monaſterium aliquod, in quo lingua-
rum ſtudio liber vacarem: veruntamen fiat*
E *voluntas Domini.*

*Duo ſunt, quæ Dominationi Veſtræ Illuſtriſ-
ſimæ affirmare verè poſſim. Alterum, Timo-
theum eſſe verum, fidelemque Sanctiſſimi Do-
mini Noſtri Papæ Pauli Quinti diſcipulū; non,
vt erat antea Neſtorij: quandoquidem in ve-
ritate prædicat verbum, & verbum bonum:
inſtat oportunè, & importunè; arguit, obſecrat,
increpat in omni patientia, & doctrina; ac vt
paucis dicam, miniſterium ſuum implet, nec
fructus fert exiguos. Vnum hoc optandum eſſet,
ne ſe rei ſtruendæ, & colligendæ tam eſſe aui-*

dum

dum ſignificaret. Sed nemo perfectus, niſi ſolus Deus.

Alterum, quod affirmare auſim, illud eſt, magnam eſſe, & ſingularem huius gentis erga ſanctam Sedem Apoſtolicam pietatem, & propenſionem. Quatuor propè annos ipſos in Oriente verſatus, cum præcipuis huiuſcé tractus, & nationibus, & hominibus nonnunquam de fide diſputaui: nullus, ſi Maronitas excipias, populus melius in Pontificem affectus mihi viſus eſt: Et cum tridui ipſorum intereſſem ieiunio, quod in memoriam illius celebrant, quo Iona prædicante Niniuitæ Deum placarunt, audiui concinentes alterno choro Emeti inter preces alias plus cētum verſiculis pro Romano Pontifice: à quibus cum quæſiſſem, & quid ſingulis annis tale quid factitarent, facere ſe dixerunt quotannis idem pro Sede Romana Apoſtolica, & Romano Pontifice, idemque ſæpè alias in celebrioribus huiuſmodi tēporibus. Ego Deo gratias egi, quod plures, quam putaremus, haberemus amicos. Sanè quàm optarem, vt Sanctiſſimus Dominus Noſter aliquem ex iſta Curia ſua Prælatum huc mitteret, qui veniens ipſe in rem præſentem, vt dicitur, agnoſceret, & quam ſit alba regio iſthæc ad meſſem, ſi cum animarum cura, etiam corporibus nonnihil adiumenti ſuppeditari poſſet.

Nolo Illuſtriſſimæ Dominationi veſtræ longiora conſcribendo faſtidia afferre. Quare cum humili meo delato obſequio, & bonorum omnium à Domino Ieſu Chriſto exoptata illi, & exorata abundanti copia finem facio. Emeto decima Martij, milleſimo ſexounteſimo decimo ſexto.

Poſtquam hæc eſſent edita, vnum ad nos peruenit, nullo pacto, vt credimus, prætereundum. Nos hic apponere audebimus, nihil adhuc ordinem attendendo, modo hiſtoria pro viribus ſit completa. Igitur Paulus V. Pont. Max. ad animorum ſalutem, atque Apoſtolicę Sedis augmentum incumbens, poſt has legationes ab Oriente miſſas, cōſtituit binos Sacerdotes è Societate Ieſu ad Patriarcham dirigere, vt rei veritatem attingendo, fidenter comprehenderent, num Romæ per legatos expoſita, ex mente eiuſdem eſſent. Id onus Patri Ioanni Antonio Marietto, & Patri Petro Metoſcitæ eſt impoſitum, qui multis periculis, ac laboribus diuino auxilio, liberati, tandem Niniuem deueniunt, hodie Muſſol appellatam, in Meſopotamia poſitam, vbi a Patriarcha humaniter excepti, Pontificis Breue reddentes, longum ſermonem cum illo habuerunt, qui etiam ad Pontificem propria manu ſcriptis litteris, reſpondit. Romam reuerſi, atque ſummo Pontifici a Patriarcha munus offerentes, benigne, atque hilariter fuerunt auditi; nec non verbis charitate plenis laudati, ob negocium nauiter pro Sede Apoſtolica geſtum. His poſtea Frater Thomas Nouarienſis ſucceſſit, ex ſancti Franciſci de obſeruantia, familia, tunc ſui ordinis monachorum Aleppi Gubernator, qui etiam cum Patriarcha coram agens, modo allatam epiſtolam conſcripſit.

Quarta legatio Regis Voxu ex Iapponis, catechumenis. Hanc ſolum indicabimus, cum omnia fuſe Scipio Amatus Romanus legati interpres conſcripſerit. Hæc legatio menſe Septembris Romam ingrediens anno 1651. ad eam magna Curruum, & equorum multitudo obuiam occurrit; cum vero Pontificis maximi pedes ſunt deoſculati, Illuſtriſſimum Cardinalem Burgheſium inuiſerunt & Sulmonæ Principem: tum in ædes Apoſtolicas Aræ Cœli Cœnobio adiunctas peregregiè adornatas venerunt, vbi omnia miniſtrabantur, quæ poterant ad victum requiri, Pontificis familia ſemper deſeruiente. Poſt aliquot dies ſolemnem ingreſſum præpararunt, velut magnorum Principum, ac Regum legatis concedi eſt ſolitum, quem per Vaticanam Portam ſuſceperunt, innumera equitum multitudine, Pontificis, & Cardinalium familijs, ac Romanis Patritijs comitantibus. Quia verò Rex, cuius nomine venerant, ſalutari aqua non erat expurgatus, ſed catechumenus; Conſiſtorium in Aula propè Clementinam habuerunt, ab Aula Regia excluſi, quæ tantum Chriſtianis Principibus aſſeruatur. Quo facto totū Cardinalium Collegium Regis nomine viſitarunt, à quibus etiam ipſi idem humanitatis indicium receperunt. Poſt ſeptuaginta dies de reditu cogitantes, ſummus Pontifex pecunias pro itinere miniſtrando, Arcas ſacrarum imaginum plenas tradendo, argentea, & aurea toreumata, coronas, cruces aureas, reliquijs repletas, nec non quamplurima alia tanto Pontifice digna, Genuam triremibus traijci curauit. Quia verò diligenter de his Scipio Amatus, nihil amplius addemus.

Regis Voxu ad Paulum V. Pontif. Max. legatio

Sedente Paulo Quinto Pontifice Maximo in Aula contigua Aulæ Clementinæ, Cardinalibus pro Conſiſtorio, & alijs publicis actibus deſtinata, die tertia Nouembris 1615. Veſpertinis horis, in Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſeſſu, & magna Principis Sulmonæ, & Antiſtitum, & Prælatorum, nobiliumque virorum frequentia, ſummo, & celeberrimo comitatu

tatu introducti Legati duo Regis Voxu Iaponi, Frater Ludouicus Sotelus, &c. et Don Philippus Franciſcus, &c. poſt ſolemnem ſummi Pontificis adorationem, & beatorum pedum oſcula, ab eodem eximia cum ſignificatione beneuolentiæ, & charitatis accepti, in locum à deſignatore præſtitum, magna cum modeſtia ſeceſſerunt. Poſt hæc allatæ ab ijs Regis literæ, publicè recitantur ex Iaponico in latinū ſermonem conuerſæ, in hæc verba.

Apoſtol. Atque Regis Voxu ad Paulum V. Pōtif. Max. litteræ.

Magni, & vniuerſalis, ſanctiſſimiq́ totius orbis P. Dñi Papæ Pauli V. pedes cū profunda ſūmiſſione, & reuerētia oſculando Idate Maſamune in Imperio Iaponico Rex Voxij, ſuppliciter dicimus. Cū veniſſet P. Fr. Ludouicus Sotelo Ord. S. Franciſci religioſus ad meū Regnum, & in eo Chriſtianā legem prædicaſſet, me inuiſit, ab eoque eā audiui, & myſteria multa, quæ de ritu ſunt, et ceremonia Chriſtianorū, aperuit, quæ ſanè in corde recondēs, & perſcrutans, cognoſcens vera eſſe, & ſalubria, ſuſciperem profitēda, niſi me aliqua negotia deturbarēt, & inexcuſabiles cauſæ detinerent, ſi tamen pro nunc ego non valeā, cupio ſaltē meas gentes, & ſubditos populos Chriſtianos fieri; hoc ut feliciter eueniat, ad me mittas quæſo, Beatiſſime Pater, Religioſos Ord. S. Franciſci, qui de obſeruantia nuncupantur; hos enim præcipuè diligo, & obſeruo; tua verò Altitudo ipſis amplè concedere non horreat omnes licētias, fauores, et quæcunq́ alia ad id neceſſaria. Ego autē iam terram hanc ingreſſos adiuuare nō deſiſtā, ſed in Monaſterijs ædificandis, & in alijs rebus, quibus potero beneficijs inſeruiā. ſimiliterq́ expoſtulo, vt in meo Regno diſponas, gubernes, inſtituas omnia ea, quæ ad propagandā ſanctam Dei legem vtilia tibi ſore placuerint: præcipuè, ut in eo inſtituas, & crees quendā magnum Prælatum inſtanter ſupplico, cuius obſeruantia, & ſollicitudine omnes, qui in eo habitant, quā primum Chriſtianos fieri non dubito; de ipſius autē expēſis, et redditibus ne quæſo anxius ſis, quia vt copioſè fiat, noſtræ ſollicitudinis, & curæ propriū eſſe volumus. Cuius rei cauſa ad te mitto præfatum Fr. Ludouicum Sotelo legatū meum, à quo poſſis de corde meo, quæ tibi viſa fuerint ſciſcitari; optimè namq́ nouit, quæ circa prædicta in eo ſunt, et hæc, vt effectū habeant ipſi roganter miſſo beneuolas aures concedat, & honorem præbeat tua Beatitudo, cui etiam comitabitur quidam nobilis eques domus, qui Faxecura Rotuyemon nominatur, qui ſimiliter legatus meus exiſtit, vt ambo mei vices agentes, obſequij, & obedientiæ cauſa ad ſanctiſſimam vſque Romanam Curiam peruenientes, tuos beatiſſimos pedes pro me oſculentur, & ſi fortè prædictus Pater Frater Ludouicus Sotelo in via fuerit vita functus quilibet alius ab ipſo deſignatus, vt legatus à te admittatur tanquam ſi ipſe viueret.

Cognoui præterea; quod meum à nouæ Hiſpaniæ Regnis, quæ poteſtati, ac ditioni potentiſſimi Regis Hiſpaniæ Philippi ſubſunt, non multum diſtat; quapropter cum deſiderio communicandi cum ipſo, & cum illis Chriſtianorum Regnis, eius amicitiam exopto; quod equidem ſic fore confido, ſi tua auctoritas interueniat. precibus humiliter peto, vt hoc Altitudo tua incipiat, & ad finem vſque perducat, maximè quia neceſſaria uia religioſis à te miſſis eſt. Præ omnibus pro me orabis omnipotentem Deum, ut ad eius amicitiam valeam peruenire. Si verò in hoc Regno aliqua videris tuo obſequio, & voluntati gratioſa, iubeat Altitudo tua, quoniam, vt voluntati tuæ reſpondeamus, totis viribus adimplebimus. Nunc autem licet exigua ſint dona, quia tamen ex longinqua regione adueniunt, cum reuerentia, & timore, pauca, ex Iapone tibi offero. In omnibus alijs nos remittimus ad prædictum Patrem Sotelo, & equitem Rotuyemon, & ea qua ex parte noſtra tractauerint, ac rata fecerint, ipſa & rata eſſe volumus. Ex Ciuitate, & Curia noſtra Fendai, anno decimooctauo ætatis Quecho quarto, die Lunæ nonæ, ideſt anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo tertio decimo. Pridie nonas Octobris.

Cognomen dignitatis,

Mateundayra Mutcunocami.

Nomen, & cognomen Regis.

Idate Maſamune.

Dies inſcriptionis, vt ſupra.

Recitatis litteris, & ſilentio indicto, ipſorum Legatorum, & Regis nomine ſequens oratio eſt habita à R. P. Gregorio Petrochæ Mantuano, Ordin. Minorum Obſeru.

ORATIO F. GREGORII PETROCHÆ Mantuani, Ordin. Min. de Obſeru.

ZElus pietatis, eò tandem his diebus peruenit (Summe Pont.) vt per tuos filios, ac famulos Chriſti nomen, & annuncietur in Gentibus, & Regna fructificet. Dominus, et Saluator noſter ſuum obſequentem, diligentem, & confitentem Petrum, inſigni notione indigitans, Beatum, illum vocetenus nominauit. Beatus es Simon Bariona, cui concordans Eccleſia, & pro ſuo Paſtore intercedens, dicit; Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra. Qui faſtigium Apoſtolatus ægrè ferunt, indignantes ſedenti in iſta Cathedra, ſanctiſſimi nomen tribuere, te, num beatiſſimum inficiari audebunt? Pro ſanctitatis appellatione, noſſe, pro nūc, ſufficiat, cuius in terris vices geras; pro beatitudinis autem titulo meminiſſe ſat erit, hic quem excipias, quando excipias, quorſum excipias. Idatem Maſamunem, Voxij Regem, intra Iaponem; in

duobus

duobus legatis, Philippo, ſcilicet Franciſco Fa-
xecura, apud Gentilitios clariſſimi nominis, Re-
gio ſanguini coniuncto, Chriſti milite, & Ludo-
uico Sotelo, minorita ex obſeruantibus, Chriſti ſa-
cerdote excipis, & excipis tui feliciſſimi Pontifi-
catus anno undecimo, & ad fædus reuerentiæ, be-
neuolentiæ, obedientiæ, ac fidelitatis excipis: Gen-
tilem quidē Chriſto, eiusq́ ſponſæ Rom. Eccleſiæ
acquiris, ſed Regē, & potentiſſimū, & voto Chri
ſtianum, Petro, cuius es ſucceſſor, quàm lætum, ex
Gentilibus Corneliū excipere? Paulo, cuius nomi-
ne honeſtaris, quàm lætum, noſſe quod Macedo-
nes verbum veritatis excepiſſent, & in eo, per-
ſecutione quamuis reclamante, perſtitiſſent? Dei
Genitrici, cuius deuotione ferues, quā lætū Thar-
ſis, Arabum, Sabæq́ Reges, filij ſui pedibus obuo-
lutos inſpicere? Domino ipſi, cuius Vicariū exer-
ces, quàm lætum ex nationibus Regulū, & Cen-
turionē militē in ſuam ſortem adſcribere? non tibi
lætum Regem gentiū excipere? Pater in filijs lau-
dabilis, non laudandus B. Franc. in ſuis hodie fil-
ijs, quibus tuæ beatitudini, tantū lætitiæ adijcitur?
Seraphicus feruor ſub hiſce cineribus deliteſcens, en
hodie quomodo erumpit in caumata? igneos radios
exſufflans, exterarum nationum viſcera, en quo-
modo calefecit? Dulci Chriſtianæ charitatis in-
cendio, en quomodo flagrare, fragareq́ facit? lex
Domini immaculata, conuertens animas, teſti-
monia ſua nimis credibilia reddidit; non ferreis
viribus, non aureis illicijs, ſed ſpecie ſua, & pul-
chritudine ſua: His gētium illarum nepharijs le-
gibus inualuit; his incedens proſperè; proceſſit;
his regnat; his abhominandæ Iucæ, Iotoches, Ca-
mis, & Amidæ, cunctorumq́ Idolorum culturæ
ſe ſe opponens, Dæmonē laceſſiuit, profligauit, ſtra
uit: Horum qui aſtant relatu nunciatur, à prædi
cto Rege, cæleſti, veroq́ numine aſpirante, au-
ditum per Fr. Ludouicum Sotelum, quem intue-
ris, Romanum Catechiſmum; Chriſti legē, legem
perfectæ libertatis agnitā, ab omni vitiorum, ſor-
diumq́ ſeruitute immunem, iugum ſuaue; onus
leue, celebratam; Diras illas inhumanæ feritatis
inciſuras, quibus in gratiam defunctorum Prin-
cipum cariores ſeſe exenterare tenebantur, Regia
auctoritate vetitas, atque damnatas; impieta-
tem apud Populos ab immemorabili præteritarū
hiſtoriarum recordatione inolitam, abolitam;
Templa dæmonum euerſa: Matauaximam, hoc
eſt phanum inſigne præ multis, expurgatum, &
Chriſto dedicandum reſeruatum: Breui ſpatio
octingenta inanium numinum ſimulachra, com-
minuta; ſacrificales eorum lingua Bonzios nun-
cupatos, in Chriſti mancipia conuerſos, reluctan-
tes, Idate vltore, & Faxecura, quem intueris
executore, trucidatos; Morum prauitates, corru-
ptelas, aſperitates, in bonam frugem mutatas; ſo-

A lidis edictis fidem iuxta S. Rom. Eccleſiam, ex-
tra quam non eſt ſalus, publicitus commendatā;
& vt quicunque baptizari vellent, impunè, &
abſq́ Regis indignatione poſſent; baptizādis præ-
mia ſunt propoſita; baptizatis præcipui Magi-
ſtratus collati ſunt. Quid amplius à Catechume-
no? tot præſtitit Ezechias. Si ſic per Salomonem,
de ipſius ſalute nulla nunc lis ſupereſſet. Exulto
ſanctiſſime Pater, in tuæ Beatitudinis iucundi-
tatibus, non modo, quod Regē excipias, ſed quòd
nunc excipias. Duobus menſibus nondum elapſis,
B de tua in Beatū Franciſcum (non præter morem
tuum, ſed ſupra modū) propenſione mirabamur;
conceſſiſti enim cunctis fidelibus per vniuerſum
orbem, vt 17. die menſis Septembris ſacrorum
Stigmātū Seraphici Patris officium ritu ſolēni ce-
lebrari poſſet: Huius affectus ratio ignorabatur,
nunc explorata habetur. Par pari referre ſatagen-
tis eſt; quia Franciſcus, ſacris tuis felicitatibus
inclinatus, tibi mel, & apem comparauit; fidē ſci-
licet Gentium, & earum Regem ſine aculeo, tu ei
gloriā pro gloria retuliſti. Triginta tribus abhinc
C annis ex eiſdem plagis ab Occidente, meminimus
Franciſcum Regē Bungerum, Prothaſium Regē
Arimæum, & Bartholomæum Ormuciæ Princi-
pem, Chriſto appoſitos, ad Gregorium XIII. Ora-
tores miſiſſe, qui tertio anno poſtquā à Iapponia di
ſceſſerant, ad vrbē applicuerunt: Vrbs rei nouita-
te, & cauſæ pietate, in cæleſtium deliciarū hortis
eſſe videbatur. Decebat, vt quo tempore Rom.
Pontificio, Romanus præſidet, ab Oriente earumdē
plagarum deliciæ ingeminarentur. Et ſi aliquādo
Roma ciuē ſuum re fortiter geſta, romanitatē aſ-
D ſecutum, Paulum doctorem gentium habuit, ali-
quando etiam nobilem, & natiua romanitate, et
rebus optimè geſtis, Paulum ductorē gentium ha-
beret: Viderunt oculi noſtri, quàm magnifice Do-
minus vltra Idumæam extendat calceamentum
ſuum. Lætare, quia tibi datum eſt, in hoc calcea-
mento pedē ſuauiter admouere. Sed dicet fortè ali
quis; lætandum vtiq́ lætandū; ſed magis ſi prius
baptizatus Rex, nuncios direxiſſet; lætandum, ſed
magis ſi citius ad Chriſtianam Religionē prope-
raſſet: De primo, non eſt meum definire; In mora
E periculū eſſe ſcio; ſcio non quēlibet eſſe omnium ho-
rarum hominē: ſcio tamen etiam, Arcam Domi-
ni ex lignis leuigatis ædificandam; vnū præ alio
comptiorem leuigationem non poſtulat? in cælan-
dis pretioſis, ſtudia maiora nōnè ſunt adhibenda?
æque nè porphireticus, ac tyburtinus lapis incidi-
tur? æquène elaboratum opus in adamante, vt in
topatio? Elegantia non quandiu, ſed quàm bene
ſint expolita, primò diſquiritur. In re tanti ponde
ris, quo maior Catechiſmus in capite, eò maior
ſpecies, maiorq́ venuſtas in mēbris. Principi in
ſumma natandū eſt aqua, ei non ſufficit peritum

*haberi, oportet inſignitè peritum eſſe. Eximiam
ſidei eruditionem in Principe Chriſtiana religio
poſtulat. Hæc autem, & ratione, & vſu com-
paratur; perſiſtendo diſcet Rex alios perſiſtere do.
cere. Nonne ſollicitì eſt pro ritu ſacrorũ omnia pa-
rare, nè ad Arã, ut vulgo dicitur, in conſultando
cunctari contingat? non differt baptizari Idates,
baptiſmum pertæſus, ſed alto quodam intuitu, in
vberiorem ſegetem agri ſalutaris. De ſecundo; tẽ-
peſtiuum laudarẽ acceſſum, ſed ſerotinũ non mi-
ror. Sol omnia luſtrans ab Oriente incipit, in Oc-
cidente deſinit. Bungeri, Arimæi, Omurcij, in ca-
pite Iaponicæ regionis (niſi me geographia fefellit)
ab occaſu ſolis degũt; Voxij in alio extremo ab oriẽ-
te; Chriſtus lux mundi nouo uſurus ordine, primos
nouiſſimos, et nouiſſimos primos, eſſe uoluit, ac pro-
inde ab illis, ad Voxios feſtinauit. Lætemur quod
33. annorũ curriculo, vidimus Angelũ aſcenden
tem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui, per
ſuos annunciaſſe Chriſtum Nangaſche, ad Occi-
dentalem regionem, & Euãgelium, ſanguinis ru
brica confirmaſſe, & nunc, per eoſdem ſuos, annũ-
ciari videmus ad Orientalẽ, atq; laudari. A So-
lis ortu vſq; ad occaſũ, laudabile nomen Domi-
ni. In linteo illo, in quo Apoſtolorũ Cephas, conuer-
tendo Gentiles, myſticis ſub enigmatibus inſpexit,
ſacra referente hiſtoria, erant volatilia, quadru-
pedia; & ſerpentia terræ; Volatilia citius, quàm
ſerpentia mouentur; Draco, licet alatus, nõ ita ue-
lociter ſicut Aquila prouocat pullos ſuos. Video per
miſericordiã Dei, et incõprehenſibilia iudicia eius
ex remotiſſimis orbis partibus ad Chriſtũ cõueniſ-
ſe uolatilia: video conuenire ſerpentia, et ex enig-
matibus, quæ conſidero, à fine vſq; ad finẽ ueritas
attingit; uix linea mediat; Chriſtus utrumq; iun
get, et vterq; polus ſeruiet uni; Venient, venient
ad te ſic à meridie, & aquilone, ſicut ab Occiden-
te, & Oriente, Reges, & Populi, & puluerem
pedum iſtorum lingent. Syren Amicum nunciat.
Totius habitabilis loci, longitudo, octingentarum
leucarum deſcribitur, latitudo, anguſta, ſupra cẽ-
tum leucas perparum; fides prædicata per longũ,
eſt etiam prædicata per latum. Proceſſus religionis
ab Oriẽte ſuperat proceſſum eius ab Occidente per
centum leucas. Totius Imperij conuerſionem vi-
delicet; & letabitur cor tuum. Quamuis autem
in negotio ſalutis præpropera nulla ſit cura, dicã ta
men, venire nunc Idatẽ, in meditullio dierũ ſuo-
rum, ideſt annorũ 49. Dei inſcrutabili cõſilio, in
hac enim menſura perfecta ætatis, apud ſuos, (ſi
tibi ſapientes uidentur) non uidebitur, (niſi teme-
rè) eius conuerſio animi eſſe in re Chriſtiana non
exercitati; non abiecti; qua cenſura primi fideles
ab infidelibus deſpiciebantur. Regis ad exemplũ
Regnum vniuerſum, ipſum Iaponicũ Imperium
componendum, ſpero; Multæ prudentiæ Principẽ*

A *eſſe Idatẽ, inter regni ſuppreſſæ diſcordiæ inſinuãt;
ſtrenuiſſimum Ducem, bella glorioſè peracta; Di-
tiſſimum, octuaginta millium armatorum con-
tinuata, & quotidiana ſtipendia; Fæliciſſimum,
ſubditorum, ac finitimorum beneuolentia; Poten-
tiſſimum, vincula duplicis coniugij, cũ filio, ſcili-
cet, ac filia ſummi Iaponiorum Imperatoris: quo
fit (& ad poſtremum dicendorũ attinet) vt eũ
eò libentius excipias, teq; beatiſſimum orbi uniuer-
ſo demonſtres. Quorſum enim ad te mittit? quorſũ
excipi poſtulat? fortè, vt ingruente neceſſitate, il-*
B *lum ſubſidiarijs copijs adiuues? Vt hòſtium eius
inſolentes impetus cohibeas? vt ſuæ ditioni rebelles
compeſcas? Regium ſuum (audite Patres purpu-
rei) Regium ſuũ diadema, ſceptrum, amictũ, ſa-
cris his pedibus Idates inclinat. Sacrum (ſi fieri
poteſt mecũ à lachrymis temperatè) ſacrum rege-
nerationis lauacrũ ibi proficere petit; benedictiones
in ſpiritualibus depoſcit, ſua viſcera maternis ui-
ſceribus S.R.E. & Paternis Rom. Pontificis iun
gi exoptat; Chriſtũ in Paulo V. & Paulum V. in
Chriſto genuflexus, & pronus adorat. Regularem*
C *propterea ad te venire rogauit; & Principem ſibi
ſubiectum, iuxta cor ſuum miſit, nondũ quidem
tunc baptizatum, ſed in itinere baptizandum,
prout 17. Februarij, præſentis anni, Madriti co-
ram Catholica Maieſtate, ſolemniter baptizatus
eſt; vt eius nuncij ſpiritu pleni, ſpiritum redo-
lerent, ſpiritũ eructarent; ſpiritualia requirerẽt,
ſpiritualia referrent. Auis ex Auibus; qualis fu-
turis ſit Idates Chriſtianus; Idates Catechume-
nus indicat. In catechizandis rudibus regula fuit
Beati Auguſtini ad ſuum Deo gratias primitus*
D *explorandam accedentis intentionem, fictè nè, an
ex corde, ſpiritu, an leuitate accedat: Qualis
intentio Idatis? intentio pietatis: Rex enim iſte à
12. annis cæpit Chriſto affici; à 4. in Chriſto reſi-
ci; breui curriculo multũ profecit; Chriſtianos ex-
cipiens, factus eſt eorũ hoſpes; Ex hoſpite, amicus
ex amico, diſcipulus; ex diſcipulo tutor; ex tu-
tore, propagator; ex propagatore, norma, &
exemplar Principibus Iaponicis ad Chriſtum
adeundum. Apud Principem ſibi proximum, qui
Chrſtianos in ſuo principatu admiſſos, vix pa-*
E *tiebatur, accidit vt ille ſe ab eis læſum cenſeret;
qui tanta indignatione in eos efferbuit, vt mille
cum octingẽtis in carcere ſimul haberet, morti de-
ſtinatos; ex quibus aliqui ad ſecurim, aliqui ad ſu
ſpendium adducebantur; Sacerdos verò, & Con
cionatores ad ambuſtionem. Vna dierũ maximus
numerus horũ, et illorũ expectabatur ad necẽ. Iam
rogus paratus, iã imminenti ſpectaculo popularis
multitudo conuenerat, iã flãma uorax ad pabulũ
extorquebat; Idate, rei cõſcius; ab auctore martyrij
ſola in Chriſtũ pietate, omniũ animas ſibi donari
popoſcit, obtinuit, eripuit, nõ Chriſto, ſed morti, octo*

ſupra

ſupra uiginti exceptis, quos Dei ſapientia, vt æque fortiter, ac ſuauiter ſua diſponeret, perignem, & gladium ſibi in odorem ſuauitatis aſſumpſit. Nec propterea illum à grauioribus pietatis argumentis, non dum ſuſcepta regeneratio, frigeſcere, non tepeſcere permiſit. Sed cum Anglorum Batauorumq; oratores, ad Iaponicum Imperatorem eius amicitiam poſtulantes, acceſſiſſent, ſanctæ huius ſedis beatitudinem inuadentes, inuidentes ei ſaltem, inſidiantes, aduerſantes; Idates Imperatorē admonet ſolam Romanam Eccleſiam eſſe Chriſti legitimā vxorem, non habentem maculam, neque rugam; cuius conſilio illis dimiſſis, ad ineundam ſocietatē, cum Ppilippo Hiſpaniarum Rege catholico, huius matris legitimo filio, deflectere maluit: conſequentia veſtro iudicio, Patres ampliſſimi, conijcienda relinquo. Roma cogitandum tibi qualis fueris; qualis ſis. S. Leonem tantiſper audiamus; Quæ eras magiſtra erroris, facta es diſcipula ueritatis: Datur ne aliquid apponere? Quæ eras diſcipula veritatis, facta es Magiſtra & mater veritatis; Columna; firmamentū fidei: Iaponia in errore tibi ſoror, in ueritate fit tibi obſequētiſſima famula: fiat, eia, fiat dilect. filia. Huc vſque zelus pietatis apud Iapones peruenit: Hucusq; apud nos peruenire uideamus, vt Idatem Regem catechumenum tuorum numero aggreges. Optimum, Maximum, ſummum, ſanctiſſimum te confitemur; beatiſſimū ex eo quem excipis, quando excipis, & quorsū excipis uix indicare potui; contriſtor linguam meā, cordi meo non ſufficere, tuam beatitudinem penè à limine venerari potui. Proſpice tuis ſupplicibus Mundi Redempt. qui Eccleſiam tuam B. Franciſci meritis fætu nouæ prolis amplificas, famulum tuum Idatem, quē Voxijs Regem præeſſe voluiſti: inter filios adoptionis adſcribe, & Apoſtolicum tuum Paulū, quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, fac ſemper præeſſe fæliciter, conſerua eum, beatū facias eum in terra; beatum facturus in Cælis, et ſicut in dimidio militaris clamidis feſtiuus, et fælix aliquādo dixiſti, Martinus ad huc catechumenus, hac me veſte contexit; Ita in Regia huius, quem ſuſcipis, clamide, per Paulum tuū feſtiuè, ac fæliciter dicere audiamus. Idates ad huc catechumenus hac me gloria ſuperueſtiuit, &c.

Ad hanc orationem à Reuerendiſs. D. Petro Stroza, ſummi Pontificis nomine, in hęc verba reſponſum eſt.

PETRI STROZAE S. D. N. SECRET. Apoſtol. Domeſtici reſponſio.

IVcundiſſimum S.D.N. nuncium attuliſtis, oratores, pie, ac religioſe Dei ſacerd. Ludouice, & Eques generoſe Philippe Faxecura Idatē Maſamunē Regem Voxij, cuius tā latum inter Iaponicos Imperium, tā amplæ, ac ualidæ copiæ, atq; vires, adeò firma præſidia, cum ex continuo,

A expeditoq; belli apparatu, tum ex arctiſſimo, ac duplici cum ſummo Iaponiæ Rege affinitatis vinculo; ſuccenſum diuini amoris ardore, chriſtianā fidem recepiſſe, & ad huc catechumenum, fidei propagationem, uerumq; Dei cultū apud ſuos ſummo zelo curauiſſe, ac vos eadē de cauſa ad S. Apoſt. Sedem legauiſſe. Gaudet ſummopere ſanctitas ſua, & Deo gratias ingentes agit, quòd miniſterij ſui Apoſt. tempore, Chriſti Domini Euangelium fæliciter audiri in orientalibus Iaponiæ partibus cæperit, eiusq; rei Nuncium allatum eſſe trigeſimo B tertio anno poſtquā ex occidentalibus illius ampl. Inſulæ regionibus primi Chriſtianorum ad ſummum Pontificem legati Nauem conſcenderunt.

Quaſi uero ſpes, quæ affulſerat abſoluendi per totum terrarum orbem prædicationis euangelicæ circulum, adimpleri, ac perfici debuerit myſterioſa annorum periodo, qua humani generis Redemptor in terris peregrinari dignatus eſt.

Diuina igitur miſericordia fretus S.D.N. utiq; ſperat, Regem Idatem quantocyus candidam ex fonte ſacri baptiſmatis veſtem ſumpturum, ſicut C ad eius animæ ſalutem illū efficaciſſimè hortatur.

Qua fiducia amantiſſimè recipit unà cum his uenerabilibus fratribus ſuis S.R.E. Car. hanc eius piæ voluntatis declarationem, delatūq; per vos ſibi, ac S. Apoſt. ſedi obſequium, ac venerationem.

Et Deum toto cordis affectu precatur, vt per immenſam eius bonitatem perficiat, quod per ineffabilem ſuam clementiā in Rege Idate incepit, nihil & ipſe interea prætermiſſurus, vt quantū cum Dño fieri poterit, ipſius Regis pijs, ac iuſtis deſiderijs ſatisfaciat, ſubiectorūq; ei populorū ſpirituali D ſolatio opportunè proſpiciat. Sic me uobis reſpon. iuſ.

Poſt hæc denuò legati acceſſerunt pedes ſanct. iterum oſculaturi, quibus reuerenter & deuotè oſculatis Pont. benignè eos excepit, præcepitq; vt ſubtus Baldachinum, et ſupra ſcabellum, in quo ſedes Pont. exiſtebat ad dextrum latus perſiſterent, donec Religioſi Comites præfati Reuerendiſſ. Patr. Ludouici Soteli Legati, ac omnes de familia excellentiſſimi Domini ſæcularis Legati ſingillatim numero vigintiquinque beatiſſimos Domini Noſtri pedes oſcularentur. Quo facto, Pontifex ſtoE la dimiſſa, Legatis beneuolè inſpectis, benedictionem largitus, in Palatio ſe recepit, & Legati ſacrum Cardinalium Collegium venerantes, ac ſingula ſingulis deuota oſcula præbentes hilariter, ac magno pietatis affectu ab ipſis excepti, honoratique fuere. Deinde depoſito regio indumento, magno cum comitatu, & vniuerſali congratulatione Eccleſiam Principis Apoſtolorum ingreſſi, ibi ſingulari pietate, ac deuotione Deo gratias agentes, Beatorum Apoſtolorum Petri, et Pauli ſacra corpora venerati, ad Conuentum Aracæli, cum eodem comitatu egreſſi ſunt.

Hic

Aliæ legationes ad Paulum V. Pontif. Max.

Hic poſſent addi Sultani Saguæ, vulgo (A) Prete Gianni, Aethiopiæ Regis legationes; Iaponenſium Chriſtianorum, Armeniæ Patriarchæ Don Melchiſedechi; atque adeò aliorum; ſed quia ad viuum depictæ in Regia Quirinalis Aula Apoſtolici Palatij cernuntur, celeberrimo Sacello coniuncta, per Paulum Quintum Pontificem Maximum à fundamentis magnificè conſtructo, opere tectorio, auro, atque magni precij lapidibus exornato, prætermittere decreuimus; ſolum pauca ad Aulam, & Sacellum ſpectantia at- (B) tingentes. Igitur peramplo, atque nobili atrio excepti, inſignem ſcalam aſcendimus in duas partes diſtinctam, & quidem vna ad Septentrionem, altera ad Orientem ducit, nimirum ad Regiæ Aulæ portas, in quarum medio Pauli Quinti inſignia ſe offerunt, his verbis in marmore exculptis.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
SACCELLVM PONTIFICIVM
EXTRVXIT.
PALATIVM AVXIT, ET IN (C)
MELIOREM FORMAM
REDEGIT.
ANNO DOMINI M.DCXV.
PONT. SVI XI.

Huius Aulæ pauimentum ex varijs coloris marmoribus mirificè compactum exiſtit, cui laquearia ex auro ornata cum Pontificis inſignibus correſpondent. Sub laquearibus pernobilis zona renidet pluribus hiſtorijs expreſſis; ſed præſertim octo legationibus ad Paulum Quintum è remo- (D) tiſſimis gentibus miſſis, velut antea indicauimus. In externa Sacelli facie binæ inſignes portę ex varijs marmoribus adſunt. Quarum vna perpetuò clauſa, altera ad ipſum deducit. Supra Zophorum in lydio lapide, hæc aurea verba legimus.

PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
ANN. SAL. M.DCXVI.
PONT. SVI XII.

Supra coronam Chriſtus cernitur Apoſtolis pedes lauans ex cælato marmore, inſi- (E) gni arte exculptis. Faſtigio bini Angeli inſident, quibus Pontificis inſignia nituntur. Sacelli interna, etiã portã habent diuerſis marmoribus ornatã, ad viſum pulcherrimã. Apici corona ſuccedit auro illuſtris, vndiq; Sacellũ circundans, cui ex tectorio quadratũ inhæret talia in marmore impreſſa geſtans.

PAVLVS QVINTVS PONTIFEX
MAXIMVS
SACELLVM IN HONOREM
ASSVMPTIONIS
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS
DICAVIT.
ANNO DOMINI M.DCXVI.
PONT. SVI XII.

Super quadratum Pauli Quinti Pontificis Maximi inſignia videmus Angelorum in medio, marmoribus formata. Sacellum vnicam nauim continet ad 180. palmorum longitudinem, ſexaginta verò ad latitudinem. Super coronam ſeptem feneſtræ Orientem; totidem Occidentem reſpiciunt, mira arte diſpoſitæ, varijſque hiſtorijs ex cælato tectorio conditæ. E ſpatio inter feneſtras compræhenſo Paraſtadę ſe attollunt fornicẽ componentes, quem inaurata tectoria egregiè digeſta, diuerſis figuris exornant. mediũ Pauli Quinti inſignia complent. Pauimentũ diſtincti coloris marmora conſternunt Pauli V. cũ inſignibus. Tali ſacello clathri præeunt, inferiori parte ex pulcherrimis, ac præcellentibus lapidibus, ſuperiori, ex ære conſtructi; atque octo columnis interſtincti ex lapide portaſancta; quos baſæ, ac capitella deaurato ære formata determinant. Super hæc cymatium ſe effert ex pario marmore, cum zophoro, lydio lapide, compoſito, vbi ſunt talia verba inſculpta.

PAVLVS V. PONT. MAX. ANNO
M. DC XVI. PONTIF. SVI XII.

Zophorũ corona inſequitur ex albo marmore, cui ſeptem candelabra nituntur Papali Cappellæ deſeruientia. In cancellorum medio oſtium ex cineritio marmore exiſtit. A dextro ingreſſus latere, muſicæ chorum cernimus cum cancellis, Paraſtadis, & Zophoro, varij coloris lapidibus mirificè ornatum. Poſt hæc Cardinalium ſedilia occurrunt ambulacrũ formantia. Vlterius gradus apparent, qui ad Aram, & Pontificium thronum deducunt. Super Aram feneſtra adeſt meridiẽ reſpiciens. Dextero Aræ cornu Pontificis ſolium, atque thronum videmus. Siniſtro verò Ianuam ad Sacrarium ducentem.

DE SACELLI SACRARIO

Caput XII.

QVARTA ſacelli parte interna explicata, minus ſacrarium prætereundum videtur, præſertim ob eximia in illo contenta, admirabile. Ab Aræ maximæ dextera ad ipſum proceditur, quod perpulchrum Altare in ſe retinet alabaſtritis co-

lum-

lumnis, & alijs egregijs lapidibus inſigne; in cuius medio Chriſti effigies cernitur coloribus expreſſa dum fœminis, ſe extulit, & præſertim Matri Virgini. Id ſacrarium vndique Armaria nucea circundant, ſacra mobilia, & reliquias conſeruantia. Fornicem opera tectoria deaurata exornant, nec non variæ picturæ in ſpatijs ſeruatæ ad Virginem ſpectantes, velut adhuc indicabimus. Et quidem in fornice Dauid apparet ſtellam contemplans, his verbis annotatis. ORIETVR STELLA EX IACOB, ET CONSVRGET VIRGA DE ISRAEL.

Epiſt. de hum. Chriſt. gener. Nicen. orat. de Chriſt. natiuit. Leo magn. ſerm. de Epiph.

Num. 24.

Nabuchdonoſor, cui hæc verba ſubſtant, ABSCISSVS EST LAPIS DE MONTE SINE MANIBVS, ET PERCVSSIT STATVAM.

Daniel. 2.

Nec procul Moyſes, & Aaron cernuntur inſignibus coloribus, atque arte depicti cum talibus verbis. ARCAM DEI LIGNIS SETIM COMPINGES, ET DEAVRABIS EAM AVRO MVNDISSIMO.

Exod. 25.

Noeus poſt terræ alluuionem cum hac inſcriptione. RECORDATVS EST DEVS NOE CVNCTORVMQVE ANIMANTIVM QVI ERANT CVM EO IN ARCA.

Geneſ. 8.

Sanctus Auguſtinus vnà cum propria familia, quem hæc verba conſequuntur. VIRGO ET SANCTVS AVGVSTINVS ÆGRVM B. NICOLAVM TOLENTINATEM SANANT.

De S. Nicolao hoc refertur in eius rebus geſtis à Mombriſio fuſè deſcriptis tom. 1. & 4.

In figura ouatam ſpeciem referente S. Robertus Ciſtercienſis ſimul cum ſocijs, & hanc inſcriptionem habet. CISTERCIENSIS ORDO A S. ROBERTO AVXILIO VIRGINIS INCHOATVS MIRE PROPAGATVR.

Baron. annot. Martyr. die 29. April. Sur. in vita S. Roberti.

In fornicis angulo, in quadrato, tectorio auro exornato, ſanctus Albertus Carmelita, & ſocij ſunt depicti, cum his verbis: OPERA VIRGINIS S. ALBERTVS CARMELITANORVM ORDINEM INGRESSVS ILLVSTRAT.

Multa traduntur de S. Alber. & etiam hæc referuntur ab auctore vitæ ipſius qui putatur Io. Mar. Politian. apud Sur. tom. 4. die 7. Aug. vide Sur. in tom. 5. die 6. Octob.

In alia figura ouatam ſpeciem repræſentante S. Brunus ineſt cum ſocijs, & in ſchedula talia leguntur. CHARTVSIANI QVOTIDIE OFFICIVM RECITANTES IN SVO INSTITVTO CONFIRMANTVR.

A duobus lateribus nobilia quadrata apparent tectorio inaurato condita: & quidem in dextris collocato Emanuelis Portugalli Regis hiſtoria templũ ædificantis, vbi ſchedula, hæc verba comprehendit. REX LVSITANIAE EMANVEL ORIENTALES A INDIAS MARIÆ TEMPLO EXTRVCTO ACQVIRIT.

Oſor. de reb. ab Em. geſt. lib. 2. ad ann. 1499. Io. Maff. hiſt. Indiar. lib. 1. initio.

In ſiniſtris verò Theutonicæ militię equites Vrbem conſtruentes, cum ſchedula ſic impreſſa. MILITES THEVTONICI OPE VIRGINIS PRVSSIA, ET LIVONIA SVBACTIS MARIÆ BVRGIEM CONDVNT.

Cum antea de celeberrimo B. Virginis ſacello, à Paulo V. à Fundamentis extructo, & peculiariter cum omnibus ad illud ſpectãtibus dixerimus; B Adhuc pro hiſtoriæ confirmatione, & claritate, ipſius Pontificis Bullæ fundationis initium videamus, quæ tali pacto legitur: *Paulus Epiſc. ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, immenſæ bonitatis creator omnim Deus, cuius admirabili prouidentia cuncta reguntur; cum ita dilexiſſet mundum, vt pro illius redemptione dare decreuiſſet filium vnigenitum, ad tam magnum, & ineffabile implendum myſterium ex omni creatura Mariam Virginem puriſſimam, atque ſanctiſſimam de* C *Regia ſtirpe præelegit: hanc Spiritus ſancti virtute, ei ſicut pluuia, quæ de rore cœli in vellus deſcendit obumbrante, fecit vnigeniti ſui Genitricem, vnaque cum vberrima fæcunditate florem virginitatis illibatum perpetuò conſeruauit, cuius virtutem, & pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, natura obſtupeſcit, infernus quoque contremiſcit: ipſa enim tot figuris, tot Prophetarum viſionibus, ac vaticinijs antea præmoſtrata, & à ſanctis Patribus diu expectata, tandem veniens ſplendore virtutum, & gratiarum omniũ ornata, ſalutifera fæcunditate ſua liberauit nos a capti-* D *uitate, ac ſerpentis capite contrito, Sole amicta, Lunam habens ſub pedibus, victrix, & triũphatrix, duodecim corona ſtellarum coronari, ac ſuper Choros Angelorum exaltata, Regina Cœli, & terræ appellari promeruit. Igitur dum præcelſa meritorum inſignia, quibus ipſa Virgo Dei Genitrix glorioſa ſedibus illata ſydereis, quaſi ſtella matutina refulget, nos piæ conſiderationis indagine perſcrutamur; dum etiam intra pectoris arcana reuoluimus, quod ipſa vti mater miſericordiæ pro Chri-* E *ſtiano populo ſedulò exoratrix, et peruigil ad Regem, quem genuit, intercedit; quodq́ eandem ſanctiſſimam Virginem in omnium rerum difficultatibus, ac operibus noſtris ſemper inuenimus adiutricem, ac innumera, quæ largitor Altiſſimus nobis cõtulit beneficia, pijs illius precibus credimus accepiſſe, dignum, quin potius debitũ arbitramur, ut ſicuti Redẽptor noſter, & Deus ipſam ſanctiſſimam Virginẽ ſublimauit in Cœlis; ita eam nos quantũ poſſumus honoremus in terris, atq́, ut Religionem, quã ſemper erga ipſam Dei Genitricẽ animo incluſam tulimus, externi quoq́ cultus inſigni teſtimonio*

Aeneas Siluius in hiſt. rer. vbiq; geſt. de Europ. c. 18. & ſeq. Polid. Virg. de inuent. rer. lib. 7. c. 5.

Ioan. 3. Luc. 1. Ruper. Abb. lib. 1. c. 1. Can. tom. 2. Hieron. in Epiſt. tom. 9. de Nat. B. Mar. ad Crõ. & Eliodor. Epiſ. Ambr. lib. inſtit. Virg. cap. 7. Bernar. de Virg. laud. ſer. 2. aduent. & ſerm. 7. de verb. Apocal. c. 12. & in Nat. B. Mar. Cant. 2. Et in ſerm. in quò explicat Antiph. Salue Regina. Et in ſerm. 3. in ead. expoſi.

Cauſa erectionis & conſtructionis Sacelli.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

monio aperiremus, cum alias eiuſdem ſacratiſſimæ Virginis nomine, & miraculorum ſplendore illuſtres Eccleſias ſemper in honore habuimus, tum in primis erga celeberrimam eius in Alma Vrbe Baſilicam S. Mariæ Maioris appellatam, & illius ſacratiſſimam imaginem, quæ inibi venerabiliter aſſeruatur, præcipua quadam, & pia deuotione affecti ſumus; etenim Imaginem hanc Chriſtifideliū Religione ſemper claruiſſe, pluraq; & inſignia ex ea miracula prodijſſe antiqua monumenta teſtantur; ipſius verò Baſilicæ fundamenta ab eadem Virgine præclaro niuis miraculo designata fuiſſe, vetus traditio docet, plurimis item priuilegijs, & gratiarum tam ſpiritualium, quam temporalium titulis, & prærogatiuis ipſa Baſilica, ipſaque imago a B. Gregorio Magno, & alijs ſummis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris decorata reperitur, ac frequens ad eam non modo Romani populi, ſed exterarum nationum deuotus concurſus accedit. Itaque vbi primum ad Apoſtolatus apicem euecti fuimus ſingulari erga hanc glorioſiſſimam Virginem, & illius ſacratiſſimam imaginem prædictam deuotione, & diuina quadam inſpiratione permoti, in illius honorē inſignem Cappellā a fundamentis extruere, &c.

Conſtructio cappellæ à fundamentis.

DE ARGENTI,

ATQVE AVRI,

Et orichalchi ſupellectilibus ad id Sacellum pertinentibus.

Cap. XIII.

MAGNA Crux argentea, cuius pondus ad centum, vigintiocto libras, & dimidium aſcendit, & duobus millibus centum quinquaginta aureis æſtimatur.

Sex candelabra cum argenteis aqualibus ponderant libras 156. duobus millibus, & tercentum ſcutis æſtimantur.

Bina magna candelabra argentea, quibus magna cerea nituntur, & ponderant libras 114. mille, & 400. aureis æſtimantur.

Sex varia ſanctorum capita argentea, horum pondera, ad libras 114. perueniunt, æſtimantur duobus millibus, & triginta aureis.

Duo fercula argentea, cum Paraſtadis, ponderant libras 23. & dimidium, quingentis nummis æſtimantur.

Duo brachia argentea, cum Paraſtadis, ponderant libras 23. tercentum ſeptuaginta nummis æſtimantur.

Lampas argentea, ponderat libras 31. nummis quingentis æſtimatur.

Pix pro ſacra Euchariſtia ſeruanda, ponderat libram vnam, & dimidium, triginta nummis æſtimatur.

Sanctæ Agnetis ferculum, cum Paraſtadis ex inaurato argento, octo rubinis circundantibus ad ſtellæ figuram, ponderat libras ſeptem, tercentum nummis æſtimatur.

Sex vaſcula argentea, cum Paraſtadis pro floribus aſſeruandis, ponderāt libras 24. quatuorcentum triginta nummis æſtimantur.

Calix aureus, cum patena, adamantibus, rubinis, zaphiris, & ſmaragdis illuſtratus, ponderat libras tres, vncias octo, nummis octingentis æſtimatur.

Calix argenteus, cum patena, ponderat libras duas, vncias decem, ſexaginta nummis æſtimatur.

Calix argenteus, cum patena, ponderat libras duas, quadraginta nummis æſtimatur.

Calix argenteus, cum patena, ponderat libras duas, triginta nummis æſtimatur.

Calix argenteus, cum patena, ponderat libram vnam, & vncias nouem, quadraginta nummis æſtimatur.

Calix paruus argenteus, cum patena, ponderat libram vnam, & dimidium, viginti quinque nummis æſtimatur.

Calix cum argentea pixide, decem nummis æſtimatur.

Pollubrum cum aquali ex argento, folias exprimente, ponderat libras nouem, & dimidiam, centum triginta nummis æſtimatur.

Pollubrum ouati ſpeciem præferens, cum aquali, Hiſpano more conditum, ponderat libras quinque, ſeptuaginta quinque nummis æſtimatur.

Duo parua pollubra argentea pro ſacrificijs, ponderant libras tres, nummis quadraginta æſtimantur.

Binæ argenteæ ampullæ pro ſacrificijs, ponderant libram vnam cum dimidia, viginti tribus nummis æſtimantur.

Pax argentea deaurata, ponderat libram vnam, viginti nummis æſtimatur.

Duo parua candelabra argentea, ponderant libras tres, nummis quadraginta quinq; æſtimantur.

Parua crux argentea inaurata, tribus nummis æſtimatur.

Bugia argentea, ponderat vncias octo, nummis ſex æſtimatur.

Antlia argenti cum ſpargulo, ponderat libras

libras duas, nummis triginta quinque æſtimatur.

Planta roſarum auro conſtructa, quingentos aureos nummos æſtimatur.

Sanctæ Emerentianę Virg.& Mart.ferculum ex montano cryſtallo maximo artificio elaboratum, gemmis mirificè exornantibus.

Quatuor candelabra argentea, vna cum cruce, & lampade, pro ſanctæ Franciſcæ Romanæ ædicula.

Binæ coronæ inſignibus gemmis compactæ ad Matris, & Filij honorem.

B Secunda planta roſarum auro conflata, ad quingentos aureos nummos aſcendens.

Sanctæ Cæciliæ Virginis, & martiris ſacrum ferculum mira arte fabricatum, & multis, ac varijs gemmis, atque adamantibus ornatum, quod bis mille aureos nummos æſtimatur.

Manus argentea pro S. Gregorij Septimi Papæ reliquia conſeruanda.

Præter hæc bina magna candelabra, quibus duo magna cerea adhærent, perpetuò C accenſa ante Beatæ Virginis imaginem ex orichalco.

Crux cum Crucifixo ex eadem materia formata.

Sex magna candelabra prædictam Crucem comitantia.

Candelabrum maximum, cui Chriſtifideles candelas accenſas apponunt, propè Diuæ Franciſcæ ædiculam poſitũ ex orichalco.

Lampas magna quinque lycnis adiunctis aſſiduè ardentibus, diligenter eadem mate- D ria condita.

Quatuor candelabra, pro ſancti Caroli Altare, vna cum lampade, atque Cruce, ex eodem confecta.

Quatuor candelabra hiſce ſimilia, cum lampade, atque Cruce pro ſanctæ Franciſcæ Altari ex eodem confecta.

Quatuor candelabra hiſce ſimilia, cum Cruce pro ſacrarij Altare ex eodem cõfecta.

Neque verò dictis Pontifex contentus, illuſtrem Arcam egregiè ornatam ex inaura- E to ære conflauit, mille aureorum pretium continentem, in qua Virginis Imago conſeruaretur; atque adeò omnis occaſio, deinceps illam amouendi ceſſaret.

Paulus Quintus etiam ſplendidè pro Papali Cappella faciendum curauit ſedilia, thronum, thalamum, veſtibulum, ſcabella, atq; gradus, cum alijs ad hoc ſpectantibus.

Duo pretioſa pallia mira arte penitus acu elaborata, vndique auro nitida, in medio cum ſancti Caroli Borromæi imagine, vtra- A que verò parte Pauli Quinti Pontificis Maximi inſignibus, è Mediolano ad Paulum V. miſſa pro Diui Caroli magnifica pompa, dum inter Sanctos annumeraretur.

Duo lintea pro Altare cooperiendo, auro vndique exornata, quæ pro apparatu deſeruierunt cum ſanctus Carolus Borromæus in Sanctorum numerum fuit à Pontifice Maximo adſcriptus.

Duo ſancti Caroli pallia antea notata; planeta, tunicellæ, faldiſtorium, & cætera ad Pontificiam Miſſam requiſita, auro ſplendidè acu inſerto, compoſita, & quæ pallijs aſſimilantur, cum Pauli Quinti Pontificis Maximi inſignibus.

Vna dalmatica, & tunicella ex ſerico, Diacono, & Subdiacono græco inſeruientes, omni ex parte auro definitæ, & Pauli Quinti inſignibus illuſtres.

Vnum pallium cum planeta ex ſerico albo, flores exprimente, multo auro decorata binis Cardinalis Burgheſij cum inſignibus, in medio verò cum Beatæ Virginis imagine, quæ in S. Mariæ Maioris Baſilica aſſeruatur.

Vnum pallum, & planeta ex ſerico; vaſa, & flores adumbrante cum aureis faſcijs, atque tænijs, duobus Sulmonæ Principis cum inſignibus, in medio autem cum Beatæ Virginis imagine, quæ in S. Mariæ Maioris Baſilica continetur.

Vnum pallium ex ſerico, auro, atque argento intertexto, dracos, & aquilas exprimente, duabus cum planetis, & tunicellis.

Vnum pluuiale, & duo ſtragula pro Miſſali, cum theca corporalis, atque binis puluinaribus, vndique auro exornata, Pauli V. Pon. Max. cum inſignibus.

Vnum pallium ex ſerico, auro, atque argento inſerto, flores adumbrante, cum planeta, dalmatica, & tunicella, atque pluuiali, &c. Pauli Quinti Pontificis Maximi cum inſignibus.

Vnum pallium ex ſerico albo vndas exprimente, cum duabus planetis, dalmatica, & tunicella, binis pluuialibus, &c. omni ex parte auro ſplendidis, Pauli Quinti cum inſignibus.

Plurima etiam alia pallia adſunt eorundem colorum, atque ornamentorum.

Vna planeta ex argenti lamina cum drachis, & aquilis mira arte contexta.

Plurimæ etiam aliæ planetæ adſunt ex ſerico albo, rubro, viridi, & puniceo, omnes auro deornatæ, nec non ex ſerico vngulato, Pauli V. cum inſignibus.

Adſunt

Adſunt pariter omnes apparatus ex ſerico, auro illuſtres, omni tempore neceſſarij pro Epiſcopis conſecrandis.

Adeſt magnus corporaliũ numerus egregiè acu pictorum; atque albæ veſtes lineæ: nec non pro altaribus lintea, vna cum ingenti rerum copia ex lino fictarum ad quotidianum ſacrarii vſum.

Duo pallia pro paruis Sacelli aris, cum faſcijs ex auro, atque argento intextis, Pauli Quinti cum inſignibus.

Duo pallia ex ſerico, dracos, & aquilas exprimente, auro decorata, Pauli Quinti cum inſignibus.

Plura etiam alia ex diuerſi coloris ſerico vngulato, vndique auro circundata, Pauli Quinti cum inſignibus.

Binæ Cruces aureæ in pectore geſtandæ, vna zaphiris, altera rubinis pernobilis.

DE INDVLGENTIIS.

Caput XIV.

Pauli V. Pont. Max. Breue.

PAVLVS *Papa Quintus. Vniuerſo Clero, & Populo Romano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad Apoſtolicæ dignitatis faſtigium, cum primum à Domino nullo ſuffragio meritorum, ſed eius inſcrutabili conſilio fuimus euocati, illud in maximis habuimus, vt perexcelſæ Virgini Dei Genitrici aduocatæ noſtræ debiti honoris, & venerationis à nobis extaret inſigne, & quam ſenſimus in humilitatem noſtram multiplici patrocinij beneficio clementiſſimam, eidem præſtaretur de acceptis bonis oblationis obſequium. Cum itaque eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis venerandam, maximèque vetuſtam, ac celebrem imaginem, quæ in Baſilica Sanctæ Mariæ Maioris nuncupata huius Almæ Vrbis religioſiſſimè colitur, decentiori loco collocari poſſe cerneremus, ac noſtra in eandem ſacram imaginem præcipua deuotione ad eam collocandam incitaremur, diuina fauente clementia, nouum in eadem Baſilica Sacellum in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quanto cum ornatus ſplendore in Domino poſſemus, excitare decreuimus, & quamprimum fieri potuit inchoauimus: quo autem magis illud honoraremus vnà cum Cæli Regina, duos etiam cæleſtes Ciues Sanctorũ honoribus à nobis in terris illuſtratos, in eodem Sacello venerari voluimus. Quãobrem S. Confeſſoris Caroli, ſanctaq; Viduæ Frãciſcæ nominibus Altaria erigi iuſſimus, eiſdemq; Altaribus vnam eiuſdem ſancti Caroli coſtam, aliaſq; ſanctæ Franciſcæ reliquias deſtinauimus. cuius ſacelli opus, quando Spiritus ſancti gratia iam eſt conſummatum, neque aliud reſtat, quàm vt ſacra Dei matris imago, ac Sanctorum huiuſmodi reliquiæ eò tranferantur, quo tranſlatio hæc cum honore, & fidelium ſpirituali fructu peragatur, cæleſtibus Eccleſiæ theſauris ad eandem concelebrandam Chriſtifideles inuitandos duximus. Quamobrem de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui eiuſdem tranſlationis proceſſioni cum Clero, & populo agendæ interfuerint, ſiue die, qua illa agetur, aut aliquo ex ſeptem ſequentibus diebus Sacellum, & Altaria prædicta, confeſſi, ac ſacra communione refecti, deuotè viſitautrint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, quæ tamen ſemel tantum acquiri poſſit, miſericorditer in Domino concedimus, & indulgemus: præſentibus dictis octo diebus, dumtaxat valituris. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub anulo Piſcatoris, die 22. Ianuarij. M.DCXIII. Pontificatus Noſtri anno octauo.*

Locus ✠ Sigilli

Scipio Cobellutius.

PAVLVS PAPA V. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem cæleſtibus Eccleſiæ theſauris, pia charitate intenti. Omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pænitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui ſancti Caroli, in eiuſdem ſancti Caroli, ac ſanctæ Franciſcæ Altaria, ſita in Capella à nobis extructa in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, in eiuſdem ſanctæ Franciſcæ feſtis diebus, a primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis, dierum huiuſmodi ſingulis annis reſpeſtiuè, deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, ac remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, præſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub anulo Piſcatoris, die vigeſimaſexta Octobris. M. DC. XII. Pontificatus Noſtri anno octauo. Pauli V. Pont. Max. Breue.

Locus ✠ Sigilli.

Scipio Cobellutius.

Paulus

Pauli V. Pont. Max. Breue.

Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Splendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima eius maieſtate ſperantium tunc precipue benigno fauore proſequitur, cum deuota ipſorum humilitas ſanctorum precibus, & meritis adiuuatur. volentes igitur Baſilicam ſanctæ Mariæ Maioris nuncupatam de Vrbe, nec non ſeptem Altaria infraſcripta aliquo ſpirituali munere illuſtrare, de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus vtriusque ſexus Chriſti fidelibus, qui Præſepis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, nec non Beatæ Mariæ Virginis à nobis extructum, ac B. Mariæ de niue nuncupatum ſub ciborio, vbi olim eiuſdem Beatæ Mariæ ſacra aſſeruabatur Imago, ſimiliter Beatæ Mariæ aſſumptæ familiæ ſfortiæ, ſanctæ Annæ ſeu ſacrarum reliquiarum, nec non ſanctorum Michaelis Archangeli, ac Petri in vinculis, ac ſanctæ Catherinæ familiæ Cæſiæ Altaria deuotè viſitauerint, & pro Chriſtianorum Principum cancordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua die id egerint, vt eas omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones ac pænitentiæ relaxationes, quas viſitando ſeptem Altaria in Baſilica S. Petri de Vrbe ad id deputata conſequentur, conſequi poſſint, & valeāt concedimus, & indulgemus in forma Eccleſiæ conſueta, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obſtante regula noſtra de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrarijs quibuſcunq. Datum Romæ apud ſanctā Mariam maiorem ſub anulo Piſcat. die VII. Sept. MDC XIII. Pont. noſtri anno nono.

Locus ✠ ſigilli.

Scipio Cobellutius.

Pauli V Pont. Max. Breue.

Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Sanctorum ſacras Imagines præſertim ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ ſemper Virginis ſuper omnes exaltatæ cælitum ordines debito indies magis honorari cultu, ac fidelium erga eas antiquam fouere, & augere deuotionem pro noſto paſtoralis officij debito procuramus, eoſdemque fideles Eccleſiæ theſauris libenter ad hæc inuitamus. Sanè cum diuina clementia abundantioris gratiæ dono humilitatem noſtram reſpiciens ad ſummum Apoſtolatus gradum nullo noſtro merito euexit, gratijs adiungēs gratias, dignata eſt etiā indulgere vt de inſignibus, & innumerabilibus in nos eiuſdem glorioſæ Virginis aduocatæ noſtræ beneficijs aliquo licet tenui pro illius meritis oblationis obſequio agnoſcendis cogitaremus. cum uero S. Deiparæ Virginis celeberrima, & antiqua

A Imago Baſil. S. Mariæ maioris nuncupatæ, quā à S. Luca miraculosè pictam fuiſſe pie creditur, per anguſto loco eiusq; dignitati longè impari coleretur, Nobisq; Dominus in eam peculiarem deuotionem iamdudum elargiri dignatus fuiſſet, eidem ſacræ Imagini quanto decentiorem nobis ex alto concederetur ſedem ſtatuere decreuimis. Quamobrem nouum in eadem Eccleſia ſacellum erigere diuina fauente gratia absque mora aggreſſiſumus eiusque honorē augere cupientes vnà cum Regni Cælorum Regina, duos eiuſdem Regni Ciues noſtri Apoſtolatus miniſterio ſanctos declaratos, ſanctum videlicet Confeſſorem Carolum, & ſanctam Viduam Franciſcam, venerationem in eo habere voluimus, eorumque nominibus duo altaria conſtitui iuſſimus.

DE SACRIS RELIQVIIS

Cap. XV.

IN nomine Domini Amen. anno à Natiuitate eiuſdem MDCXI. Indictione nona, die verò martis xxix. menſis Martij, Pontificatus S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ Quinti anno VI. Illuſtr. & Reuer. D. D. Federicus tituli S. Mariæ Angelorum S. R. E. Presbyter Cardinalis Borromæus S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus comitantibus perilluſtri, & multum R. D. Antilocho Archangelo Iuris vtriuſque Doctore, Prothonotario Apoſtolico, & ipſius Illuſtr. & Reu. Dom. Vicario Generali, nec non Illuſtr. & multum RR. DD. Octauiano Abbiato Forrerio Archipresbytero, Alexandro Marenta Archidiacono Hieronymo Caſtano Canonico ordinario, & Antonio Beſutio ſimiliter Canonico ordinario Metropolitanæ Eccleſiæ Mediolani, acceſſit poſt horam primam noctis ad ſubterraneum locum, quem ſcurolum appellant ante imos gradus chori eiuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ conſtructum, in quo religiosè, & honorificè ſeruatur venerandum corpus sancti Caroli Cardinalis Mediolani, Archiepiscopi in Arca cupreſſina intus & extra sericis pannis, & aureis ornamentis ornata, ibique flexis genibus ante sanctum corpus fuſis ad Deum precibus exteriorem arcam nuceam duabus Clauibus munitam, tum interiorem etiam cupreſſinam aperiri mandauit, sublatoq; argenteo reticulo, & vitrea cuſtodia, cum apparuiſſet sacrum corpus, prout erat Pontificalibus indumentis eleganter ueſtitum, adhibito supradictorum multum RR. DD. conſilio, ac etiam Excell. D. Ioannis Antonij Montij Medici chirurgi, & Anoto-

mes peritiſſimi Mediolani eiuſdem Montij opera miniſtrantibus omnibus ſupradictis, & R. D. Ho ratio Caſato Magiſtro cæremoniarum dictæ Metropolitanæ, & alijs Sacerdotibus ſumma cũ induſtria, & diligentia ambas inferiores coſtas mendoſas nuncupatas, dexteram ſcilicet, & ſiniſtram, cum nonnullis particulis membranarum, ſeu fibrarum circa eaſdem coſtas inferius exiſtẽtes de ſacro corpore eiuſdem S. Caroli ſuſtulit, cũ prius Pontificalium indumentorum impedimen ta decenter amota fuiſſent, & ipſum corpus patefactum fuiſſet, quibus ſic peractis cum iam ferè quarta noctis hora inſtaret, iterum flexis genibus ante ſanctum corpus idem Illuſtriſſ. præcans mandauit prædicto perilluſtri, & multum R. D. Vicario, dictisq́ multum RR. DD. vt vna cũ dicto Montio paratis aromatibus, & alijs neceſſarijs ſub Veſperum ſequentis diei ad dictum ſubterraneum locum accederent, corpuſque vt antea complerent, & Pontificalibus indumentis veſtirent. Et de prædictis idem Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſ. D. mandauit mihi Notario, & Cancellario Archiepiſcopali infraſcripto, vt publicum conficiam Inſtrumentum. Actum vt ſupra; &c. Præſentibus Illuſtri, & multum R. D. Ioanne Antonio Aliprando familiare eiuſdem Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Card. Archiepiſcopi, R. D. Bartholomæo Malaſpina, Sacriſta eiuſdẽ Metropolitanæ, &c. R. Presbytero Hieronymo Batalea Not. Curiæ Archiep. Mediol. Teſtibus, &c.

In nomine Domini, Amen. Anno à Natiuit. eiuſdẽ 1591. Indictione 9. die Lunæ 27. mẽſis Iunij, Pontif. Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli diuina prouidẽtia Papæ V. anno 7. Cum ſanctiſſimus idẽ Dominus pro ſingulari deuotionis affectu, quo S. Carolum Card. S. Praxedis Mediolani Archiepiſc. à ſe nuper Sanctorum numero adſcriptum proſequitur eiuſdem ſancti ſacrarum reliquiarum partem aliquã ſibi gratiſſimam fore ſignificauit. Quapropter Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Federicus Card. Borromæus, Mediolani Archiepiſcopus tam pio, & religioſo ſanctitatis ſuæ deſiderio quantum poteſt ſatisfacere cupiens coſtam vnam eiuſdem Sancti Romã mittere decreuit, vt eidem ſanctiſſ. Domino ipſius Illuſtriſſ. Domini Card. & Archiepiſcopi nomine ab admodũ Illuſtr. & R. D. Antonio Seneca Epiſcopo Anagnino reuerenter deferatur, et tradatur; idcircò præmiſſorum cauſa in mei Cancellarij Archiepiſcopalis, & publici Notarij, & teſtiũ infraſcriptorum ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia conſtitutus admodum Ill. & R. D. Antilocus Archangelus iuris vtriuſq́ Doctor Prothonot. Apoſt. et prædicti Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Card. Federici Vicar. gener. coſtam vnã ſacri corporis eiuſdem S. Caroli pelle, et carne veſtitã,

A *eam ſcilicet, quæ vltima eſt, ex mendoſis nuncupatis à latere ſiniſtro extractam per eundem Illuſtriſſ. in præſentia mei Cancellarij Archiepiſc. infraſcripti, prout latius apparet in inſtrumẽto extractionis prædictæ, per me recepto, die 26. menſis Martij proximè præteriti, ad quod, &c. decẽter, & reuerenter includi curauit per manus Illuſtr. & multum R. D. Iacobi Terrachi I. V. D. & Decani Metropol. Eccleſiæ Mediolani in vaſculo ex chriſtallo candida, & pellucida Cylindriſtriaci formam præſeferente cum paruula Cruce*
B *in ſummitate, pedeq́ pariter chriſtallino tornatili fulcito, decenter elaborato; & exornato. Et quo tutius, & ſecurius vaſculum Romam deferri, & de coſtæ identitate apparere poſſit, in præſentia pariter infraſcriptorum, eius Reuerendiſſ. Vicarij generalis iuſſu, idem vaſculum cũ introcluſa coſta coopertum fuit theca ſerico villoſo rubei coloris intro, extra verò corio nigro aureis, & argenteis notulis diſtincto veſtitutu, thecaq́ ipſa demũ papyro inuoluta in arcula lignea aptè collocata, quæ etiam clauiculis ferreis operculo prius firmato vi-*
C *cta alba circumligata duobus in locis ſigilli Archiepiſc. Mediolani impreſſione in cera rubea munita fuit, & de prædictis, &c. Actum in ſtudio prædicti Reuerendiſſ. D. Vicarij generalis ſito in ædibus ſolitæ ſuæ reſidentiæ, in Palatio nempè Archiepiſcopali. Præſentibus Ill. & multum R. D. Antonio Aliprando Clerico Mediol. familiare prædicti Illuſtriſſ. D. Cardinalis, Bartholomæo Floreno Notario coadiutore Cancellariæ Archiepiſc. Mediolani, & Hercule Careſana P. R. P. Sancti Nazarij in Brolio Mediolani, teſtibus*
D *omnibus idoneis, &c. Locus ✠ ſigilli.*

Ego Ludouicus Barbauaria Canonicus ordinarius, & Cancellar. Archiepiſc. ſubſcripta duo inſtrumenta rogatus confeci, & appoſito mei tabellionatus ſolito ſigno pro fide me ſubſcripſi.

Antilochus Archangelus iuris vtriuſq́ doctor, Prothonot. Apoſt. & Curiæ Archiep. Mediolani Vic. gen. &c. Vniuerſis, &c. præſentis inſpecturis fidem facimus, & atteſtamur ſupraſcriptum Ill. multum R. D. Ludouicum Barbauariam, qui ſe, vt ſupra manu propria pro fide ſuſcripſit,
E *fuiſſe, & eſſe, prout ſe nominauit, eiq́ ac eius inſtrumentis, ſcripturiſq́ in munere ſuo fidem indubiam adhibitam fuiſſe, in dieſq́ adhiberi in iudicio, & extra. In quorum, &c. ex Palatio Archiepiſcopali Mediolani, die ſexta Menſis Iulij. 1611. A. Archang. Vic. gen.*

Locus ✠ ſigilli.

In nomine Domini Amen. Hoc præſenti publico inſtrumento cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quòd anno à Natiuit. eiuſdem D. N. Ieſu Chriſti 1612. Indictione decima, die verò vndecima menſis Septẽbris, Pontif. ſanctiſſ. in Chriſto

Patri

Patris, & D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. anno viij. admodum Ill. & Reuer. D. Lælius Biſcia Cam. Apoſt. Clericus Præſes dedit, & conſignauit mihi Not. publ. infraſcripto, & ſacrarum Cæremoniarũ ſanctiſſ. D.N. Magiſtro, coram infraſcriptis ſanctas reliquias de mãdato eiuſdẽ Sanctiſſ. D.N. per eum extractas, et habitas à RR. Monialibus, ſeu oblatas, earumq́ ſuperiore Monaſterij, ſeu domus Turris ſpeculorum ad effectum illas per me conſignandi eidem S.D.N. Papæ, videlicet partem veſtis S. Frãciſcæ Rom. nuper ab eodem S. D. N. canonizatæ. partem ſubuculæ laneæ eiuſdem Sanctæ, partem circuli ferrei, quem geſtabas ſuper nudo eadem ſancta. de velo eiuſdem ſanctæ, ſuperquo ſe poſuit, & ſtetit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quando apparuit eidem Sanctæ, et de cilitio, quod ſimiliter deferebat dicta S. Franciſca. quas quidem reliquias illa, qua decuit reuerentia accepi ad effectum prædictum omni meliori modo, &c. Super quibus omnibus, & ſingulis fuit petitum à me eodem Not. infraſcripto, vt de prædictis publicum conficerem inſtrumentum. Acta fuerunt hæc Romæ, in Pal. Apoſt. in monte Quirinali. Præſentibus ibidem audientibus, & intelligentibus iiſdẽ admodum Ill. DD. Alexandro Mutio, & Laurentio Alterio nobilibus Romanis, teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, & rogatis. Ego Paulus Alaleo Presb. Rom. ſacrarum Cæremoniarum Magiſter, & Sedis Apoſt. Not. hoc præſens publicum inſtrumentum aliena manu fideliter ſcriptum, manu mea ſubſcripſi, ſignoq́ meo ſolito muniui in fidẽ, & teſtimoniũ omnium præmiſſorum rogatus, & requiſitus. Loco ✠ ſigilli.

Epiſcopi Vigiliarum literæ.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, ac DD. Paulo diuina prouidentia Papæ V. Antonius Dei, & Apoſt. Sedis gratia indignus Epiſc. Vigiliarum obedientiam, & debitam reuerentiam.

Beatiſſime Pater ſignificauit mihi S. V. pergratum ſibi fore, vt ex ſancto hoc reliquiarũ ærario aliquas ad nouum ſuæ Beatitudinis Sacellum exornandum tranſmitterẽ, iis enim non ſecus decorabitur, ac cælum ſtellis, aut Salomonis Templum Arca fœderis, & propitiatorio, in quibus Deus habitauit, & per quæ tam multa operatus eſt. verum rem difficilem poſtulauit, nam huius gentis optimè noui ingeniũ, ſunt enim auaris perſimiles, qui quo magis diteſcunt, eò tenacius diuitias retinent; ita planè iſti quo magis reliquiis affluunt, eò ægrius eas diſtrahi patiuntur: putant enim aliquid ſui ſplendoris detractũ, ſi ab eorum theſauro aliquid reliquiarũ extrahatur. Veruntamen cum V. B. voluntatem inſtar legis apud me ſemper habuerim, omnem moui lapidem, vt ſine ſtrepitu, & clamore, vel vlla iſtorum offenſione, quas potui compararem, quod quidem Deo benè iuuante fæliciter ſucceſſit: nam aliquas ex illis, tanquam à faucibus leonum, vt Samſon, fauum mellis eripui; alias verò ex ipſiſmet hæreticorum Prouinciis redemi, ſacraq́ pignora à carceribus, & tyrannide inimicorum poſtliminio libertate donaui. Accipiat igitur Beatitudo Veſtra has certas, & indubitatas ſanctarum animarum exuuias, ſacra quondam Spiritus ſancti habitacula, in futura reſurrectione beatitudinis conſortes. Accipiat eas, inquam quaſi debiti officij, atque obſequij mei erga Beatitudinem Veſtram exiguum indicium. accipiat, vt ſinceri affectus mei ſponſores, ac teſtes. Accipiat demum eas, quæ vitam dederunt pro Chriſto, in teſtimonium illius, qui paratus eſt vitam effundere pro Vicario Chriſti.

Nomina Reliquiarum Aquiſgrano.

Caput S. Cypriani mart.
Caput S. Chriſtinæ virg. & mart.
Dens S. Stephani Prothomart.
Particula S. Vrſulæ virg. & mart.
Particula S. Eliſabethæ matr. S. Ioannis.
Particula S. Gregorij Pont. mart.
Particula S. Reginæ Virg. & mart.
Particula S. Syluestri Papæ.

Marcodura.

Brachium S. Gereonis mart.

Iulia Cliuia.

Mandibula S. Gregorij Epiſcopi Traiectenſis.

Ex Monaſterio Veteris Montis Ducatus Montenſis.

Particula S. Cæſarij mart.
Particula S. Antonij magni.

Colonia.

Caput S. Ethiniæ Virginis, & mart. ex ſociis S. Vrſulæ.
Particula S. Otiliæ Virg. & mart.
S. Aemilianæ Virg. & mart.
S. Petronillæ filiæ S. Petri.
S. Romani mart.
S. Eraſmi Epiſcopi, & mart.
S. Gertrudis Virg.

Ex Monaſterio Monialium in Seien.

Caput S. Florentij mart.
Caput S. Victoris mart. Romani.

Ex Monaſterio Sancti Ioannis ad S. Cordulam.

Spina dorſi ſancti Laurentij martyris.

Locus ✠ ſigilli.

Particula S. Cæciliæ Virg. & mart.
Particula S. Agnetis Virg. & mart.
Particula S. Emerentianæ Virg. & mart.
Particula S. Andreæ Apoſtoli.
Reliquia S. Gregorij Papæ Septimi.

DE PRIORE, SACRISTA, ET CAMERARIO;

Necnon Cappellanis, Clericis, & Sacelli Miniſtris; atque priuilegijs.

Caput XVI.

Ex bulla fund. & dot. huius ſacelli.

POTEST de his omnibus ex Bulla erutis cognoſci, cuius B hæc ſunt verba: *Quoniam verò maximè cenſuimus, vt in hac Cappella noua, ipſa Beatiſſima Virgo, & illius imago prædicta, non ſolum in marmoribus, lapidibus, figuris, picturiſq; imaginibus, & ornamentis prædictis, ſed etiam, & multo magis in Miſſæ ſacrificio, veraque, & actuali corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti filij ſui oblatione, diuiniſque officijs iugiter honoretur, diuinuſque cultus non temporalibus modo, ſed ſpiritualibus quoque ornamentis, & rebus augeatur; in eadem Cappella noua vnum Prioratum, pro vno Priore, & duodecim Cappellanias pro duodecim Cappellanis perpetuis, ex quibus vnus Sacriſta, & alius Camerarius etiam ſint, nec non quatuor Clericatus pro quatuor Cappellanis amouibilibus ereximus, & inſtituimus, ac etiam Cappellæ nouæ diuerſa ſecularia, & forſan regularia beneficia Eccleſiaſtica vniuimus, illorumque fructus, redditus, & prouentus, ac emolumenta in dotem aſſignauimus, Litanias quoque certis præſcriptis diebus decantandas inſtituimus, ac ipſam Cappellam nouam, & illius Sacella, Altaria, eorumque Sacriſtiam diuerſis Sanctorum, & Sanctarum reliquijs argento tectis, nec non paramentis, ornamentis, ac Eccleſiaſtica ſupellectile, alijſque vtenſilibus neceſſarijs abundè inſtruximus, priuilegijs, & gratijs temporalibus, & ſpiritualibus decorauimus, & alia etiam vnire, applicare, dare, & concedere (Deo dante) intendimus.* Et infra. *Vt autem tam Prior, Cappellani, Sacriſta, Camerarius Clerici, quam alij dictæ Cappellæ Miniſtri quicunque certò ſciant, quæ, & qualia ſint eorum ſeruitia, munia, onera, & inſtituta, ac in illis à quoquam quouis prætextu minimè impediantur, ſeu ab illis diſtrahantur, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus declarauimus, ſtatuimus, & ordinauimus quod Prior, & Cappellani prædicti omnibus diebus Dominicis, ac etiam omnibus ipſis Beatæ Mariæ Virginis feſtiuitatibus ſinguli ſingulas Miſſas, & intra quamlibet hebdomadam ſinguli alias duas Miſſas per ſeipſos, non autem per alium, ſeu*

Seruitium incumbens Priori Sacriſtæ, Cam. & Clericis in Cappella.

A *alios Sacerdotes celebrare, ac in ſolemnitatibus, in quibus Capitulum, & Canonici dictæ Baſilicæ, in dicta Cappella horas Canonicas, & alia diuina officia, vt infra celebrabunt, cotta ſuperinduti Miſſis, & horis Canonicis, aliſque diuinis officijs, tam diurnis, quàm nocturnis in ſcamno, & loco per Cardinalem Protectorem inſtituto deſignando perſonaliter intereſſe teneantur; ac tam Prior, quàm Cappellani prædicti inſimul vnum Collegium cum arca, menſa, & ſigillo communibus, aliſq; Collegialibus inſignibus ad inſtar aliorum ſimiliũ Collegiorũ, tam in prædicta,* B *quàm in alijs quibuscũque dictæ Vrbis Baſilicis, & Eccleſijs inſtitutorum conſtituant, inibique habitum per alios Cappellanos deferri ſolitum, deferre poſſint, &c.* Et infra: *Nos enim dicti Cardinalis de Toleto, & quamuis aliam diſpoſitionem quatenus opus ſit, quoad hæc ſufficienter commutamus. Clerici autem prædicti, qui honeſtæ, & bonæ indolis, à pro tempore exiſtente Patrono dictæ Cappellæ, ac ad eius nutum amouibiles deputentur; Priori Cappellanis, & Sacri-* C *ſtæ in diuinis inſeruire, & obſequia, & onera ipſis pro tempore impoſita præſtare teneantur. Porrò ex fructibus, reditibus, & prouentibus dictæ Cappellæ pro eorundem Prioris, Cappellanorum, & Clericorum dote, & ſubſtentatione, vt præfertur, aſſignatis, ſcilicet ex maſſa Eccleſiæ ſuppreſſæ prædictæ tantum annis ſingulis Prior trecenta, ſinguli verò Cappellani centum, & qui fuerint Sacriſta, vel Camerarius alia quinquaginta pro quolibet, ſinguli verò Clerici ſexaginta ſcuta monetæ habeant, atque percipiant, & Clericis* D *ſingulis menſibus præcisè, Priori verò, & Cappellanis etiam menſtruatim, ſi pecuniæ promptæ fuerint, ſin autem in terminis inter eos ſtatuendis illa perſoluantur, & quicquid ex eorum dote, & menſa ſingulis annis ſolutis ſummis prædictis ſupererit in fine anni in duas æquales portiones diuidatur, quarum vna inter ipſos Priorem, Cappellanos, & Clericos pro virili diſtribuatur, & altera doti, & menſæ propriæ ipſius Cappellæ, ac illius fabricæ, & Sacriſtiæ ad Patroni prædicti omnimodam, et liberam diſpoſitionem augeatur,* E *& conſignetur. ac tam Prior, quàm Cappellani, & Clerici prædicti ad verè, & perſonaliter, continueque in Vrbe reſidendum, ac debita ſeruitia, & obſequia præſtandum; Sacriſta verò cum duobus ſaltem ex quatuor Clericis prædictis ad continuò in manſionibus dictæ Cappellæ habitandum, interdicta omninò Priori, & Cappellanis, & Clericis huiuſmodi ab Vrbe abſentia, ac ſacriſtæ, et Clericis prædictis extra manſiones d. Cappellæ pernoctatione ſub amiſſionis fructuũ, aliſq; pœnis per Card. Protectorem in ſtatutorũ editione irrogandis, & declarãdis obligati exiſtant, &c.*

Prior & Cappellani faciunt Collegiũ, habentq; inſignia collegialia, & poſſunt deferre habitum aliorum Cappellanorum.

Ex maſſa communi Prioris, & Cappell. dentur quolibet an. ſcu. 300. Priori, & ſcu. 100 ſingulis Capp. nec non ſcu. 50. pro ſacriſta & alia 50. pro Cam. & 60. cuilibet ex Clericis.

DE SA-

DE SACRAE IMAGINIS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ TRANSLATIONE.

Cap. XVII.

Iacobo Serræ S. Rom. Eccl. Card. Imaginis B. Virg. tranſlationis cura committitur.

POSTQVAM Paulus V. Pont. Max. ſacellum extruxit, ornauit, atque pretioſis mobilibus, & miniſtris inſtruxit, tempus adeſſe credidit, glorioſam Imaginem ex antiqua ſede in hoc ſacellum transferēdi. Quare Iacobo Serræ Cardinali, tunc verò Sedis Apoſtolicæ pro Theſaurario, onus impoſuit; qui ſæpius cum Canonicis de hac re agens, nec non Congregationem conſulens, fuit conſtitutum vltima Ianuarij Dominica peragendum; nimirum die 27. anno 1613. Pontifex in hac ſolemnitate plenariam Indulgentiam impartitus eſt; qua publicata, omnia diſponere cæperunt, & C quidem Præſidenti, ac Ædilibus, vt vias curarent, mandarunt, per quas Proceſſio incedere debebat: Populi Romani Conſeruatoribus vt eaſdem ſericis adornarent. Die Iouis 14. in prima noctis vigilia Canonici ſanctam Imaginem ex antiqua ſede magno ordine, atque pompa hymnis, & pſalmis gratias agendo in nobiliſſimi ſacrarij Aediculam ab eodem Pontifice conditam deduxerunt, vbi in Cupreſſi arca auro exornata D fuit poſita; litanijsque decantatis in armario concluſa, in quo Domini noſtri cunę ſeruabantur, & hæc cærimonia vſque ad ſecundam noctis vigiliam durauit. Sequenti die ad omnium aures penetrans, maior Cardinalium pars, Principum Legati, atque Patritij Romani accurrerunt, tanta populi frequentia, vt vix poſſet verbis efferri. Quare die ſabbathi in ſacrarij ara velut ampliori loco collocarunt. Eadem die Cardinalis Serra Canonicis S. Caroli Borromęi, & S. Franciſcæ E reliquias tradidit, duobus ex cryſtallo vaſis egregiè formatis incluſas, quo ſimul cum Virginis effigie in pompa ducerentur; nec non etiam Virginis Imaginem, qui ſimul cum Vicario ſecunda noctis Vigilia eam in Arca collocauit ſuper ferculum ex ſerico ermeſino coopertum, aureis tænijs atque lemnitis eadem materia conditis; huic duas tabulas addiderunt, quibus in anteriori parte Reliquias diſpoſuerunt, & quidem S. Caroli à dexteris, S. verò Franciſcæ à ſini-

B. Virg. Imaginis diſpoſitio, dū in Proceſſione deferebant.

A ſtris: poſteriorem arcę partem cum argenteo ſerico contegentes. quo facto illam clauſerunt multis luminibus in ſacrario accenſis, poſt litanias decantatas. Die Dominico ante lucem Vicarius atque Canonici, & alij Eccleſiæ miniſtri ſacram Imaginem in Baſilicæ medio Altari poſuerunt cancellis circundato à duabus tenſis concluſā, vbi Pontificis milites cuſtodierunt, & frequens populus veneratus eſt, donec fuit inde ſublata. Hora proceſſiones aduentante monachi, & B ſodalitates vniuerſę ſimul cum Romana Clero & Pontificis muſicis ſe obtulerunt miram pietatem præſeferentes, quibus albos cereos ſatis prægrandes tradiderunt. Hæc Proceſſio à maiori Baſilicæ Porta egreſſa eſt, & ad ſiniſtram vergens per aream progreſſa, quæ Vrbem reſpicit. Tum ante ſanctam Pudentianam ad patritiam vallem dirigens, ad ſuburram deducta, verſus ſanctam Luciam in ſilice conuerſa eſt. Hinc infra S. Martinum de montibus, & S. Praxedem præter C grediens ad viam peruenit à Laterano ad talem Baſilicam ducentem, quam Gregorius XIII. publicæ vtilitati intendens, magnificè aperuit anno Iubil. 1575. Hanc viā ditiſſimi apparatus, atque aulæa omnē exornabāt nonnullis Altaribus egregiè, & ſplendidè erectis. Et quidem vnum ante S. Pudentianam adſtabat, vbi ſacram effigiē primò collocarunt: alterum ad Suburram, in quo ſecundo loco: tertium in S. Lucia in Silice, vbi itidem poſuerunt paululum requieſcentes. D

Proceſſionis via.

Tria Altaria pro ſacra Imagine in itinere reponenda.

DE PROCESSIONIS ORDINE.

Cap. XVIII.

CVM eſſet hora procedendi, Monachi, & ſodalitates deſcriptum iter ſuſceperunt, quos Clerus inſequebatur, cui Pontificis muſici adhęrebant; ad hos Romanus E Senator, & Conſeruatores ſuccedebant, Priores, & Capitolij Collaterales pro thenſis per totam Eccleſiam ferēdis; nam per reliquum viæ id onus ſacti Petri, & Pauli Equites ſubierunt. Poſt hæc vigintiquatuor Canonici ex tribus Patriarchalibus comitabātur mirificè exornati, nimirū octo S. Mariæ maioris, octo S. Petri ad Vaticanum, octo S. Ioannis Laterani; ex quibus octo ſemper ſacram effigiem geſtabant, Collegij Germani alumnis adminiculantibus. Poſtquam Hieroſolymitanus

 Patriar-

Patriarcha ſacræ Imagini, & Reliquijs thura combuſſit, Canonici S. Mariæ Maioris ad hoc diſpoſiti Imaginem ſuſceperūt, & vſque ad S. Pudentianam deduxerunt; quo cum perueniſſent, ante aram collocarunt, D. Petri Canonicis aſſignantes, qui vſque ad S. Luciam in Silice deduxerunt: ex hoc loco reliqui S. Ioannis Canonici in S. Mariæ Maioris Baſilicam, atque intra Sacellum Virgini addictū reportarunt, & ante aram collocarunt. Hos omnes ſacrum purpuratorum Patrum Collegium inſequebatur cerea accenſa geſtantium; tales autem extitere.

Cardinales, qui cum Proceſſione ſacram Imaginem comitabantur.

Euangeliſta Pallottus Epiſcopus Tuſcul. Card. Cuſentinus.

Paulus Sfondratus Epiſcop. Alban. Card. S. Cæciliæ.

Benedictus tituli S. Laurentij in Lucina, Card. Iuſtinianus.

Franciſcus Maria tit. S. Mariæ trans Tyberim Card. de Monte.

Octauius tit. ſanctæ Sabinæ Cardinalis Bandinus.

Bartholomæus tit. S. Mariæ in Porticu Card. Cæſius.

Bonifacius tit. S. Priſcæ Card. Beuilacqua.

Franciſcus tit. S. Mariæ de Populo Card. Mantica.

Dominicus tit. ſancti Honuphrij Card. Tuſcus.

Robertus tit. S. Mariæ in Via Card. Bellarminus.

Antonius tit. S. Crucis in Hieruſalem Card. Zapata.

Ioannes tit. S. Marci Card. Delphinus.

Carolus tit. S. Clementis Card. de Comitibus.

Dominicus tit. SS. Duodecim Apoſtolorum Card. Gymnaſius.

Iacobus tit. S. Stephani in Cælio monte Card. Samnesyus.

Ferdinandus tit. ſancti Euſebij Card. Taberna.

Scipio tit. ſancti Chryſogoni Card. Burgheſius.

Ioannes Garſias tit. SS. Quatuor Coronatorum Card. Mellinus.

Marcellus tit. SS. Quirici, & Iulitæ Card. Lantes.

Ioannes baptiſta tit S. Sixti Card. Lenus.

Fabritius tit. S Auguſtini Card. Verallus.

Iacobus tit. S. Georgij in velabro Card. Serra.

Gaſpar tit. S. Suſannæ Card. Borgia.

Horatius tit. S. Saluatoris in lauro Card. Lancellottus.

F. Felix Centinus Ord. Min. tit. S. Hieronymi Illiricorum Card. Aſculan.

Franciſcus de S. Flora S. Mariæ in via lata Card. Sfortia.

Alexander Perettus S. Laurentij in Damaſo Card. de Montealto S. R. E. Vicecanc.

Odoardus S. Euſtachij Card. Farneſius.

Andreas S. Angeli in foro piſcium Card. Perettus.

Aloyſius S. Agathæ Card. Capponius.

Proceſſionis initio Tibicines militum Pontificis cum ijs Capitolij aderant, nec non Arcis Tibiæ in ſacelli clathris externis, lætitiam excitantes. Dum ſacra Imago ex Baſilica exiret centum mortaria igne turgente perſonarunt; totidem verò dum in eandem regrederetur. Pſalmo Te Deum abſoluto, Blondus Patriarcha annotatam orationem cantauit, & populum benedixit. Pontifex poſt Sacrificium diluculo in Vaticano peractum, ad ſanctam Mariam Maiorem perexit, vt his ſolemnibus adeſſet, & vſque eo permanſit in Sacrarij ſacelli conclauibus, in Choro ſupra S. Caroli Aediculam genibus flexis, donec omnia eſſent abſoluta. Tanta verò populi frequentia extitit, vt nunquam noſtris temporibus maior apparuerit. Etenim non ſolum Proceſſionis via multis hominum millibus replebatur, ſed etiam montes, valles, planities, & cætera; ita vt centum millia hominum numerum excederent, velut paſſim affirmabant. Summus Pontifex plenariam Indulgentiam per octo dies perpetuo conceſſit; qui dies tum mira pompa, atque apparatu, & magna Principum frequentia, tum ſermonibus ab inſignibus viris, habitis fuerunt illuſtrati. Ego ijs temporibus rem obſeruaui, quam, nec ingratam, nec memoria indignam exiſtimo. In menſe Ianuarij dum hyems ingruebat, nec frigora, nec imbres dominabantur, ſed aeris tranquillitas ver imitantis: quod vſque ad totam octauam perdurauit; qua abſoluta, protinus imbres ceciderunt, & tempus ſe immutauit: nimirum vt Chriſti fideles, cognoſcerent quàm grata B. Virgini hæc ſolēnia extiterint. Quę omnia in Bulla fundationis ſacelli his verbis attinguntur: *Sacriſtiam quoque eidem Cappellæ nouæ annexā ad illius vſum, nec non plures manſiones ad maiorem commoditatē adiunximus, & deinde Cappellam nouam prædictam eiuſdem Beatiſſimæ Virginis ope adiuti plurium annorum Pontificatus noſtri curriculo omni adhibita diligentia nullis parcentes expēſis abſoluimus, atque perfecimus. & ad ipſius Dei omnipotentis, & eiuſdē glorioſiſſimæ*

Paulus V. Pont. Max. etiam B. Virginis ſolemnibus adeſſe uoluit.

Mirus hominū concurſus ad B. Virg. Imaginis traſlationem.

A *ſiſſimæ Virginis laudem, & honorem, ac erga eã fidelis populi deuotionem augendam ſolemni ritu ſexto Kalendas Februarij eiuſdem Pontificatus noſtri anno octauo, ſanctam Imaginem prædictam omnium S. R. E. Cardinalium cœtu, & Prælatorum Rom. Cur. Capituliq́; dictæ Baſilicæ, & ferè totius Romani Cleri interuentu, ac fidelium vtriuſq́; ſexus multitudine aſtante, ac etiã nobis ipſis, in Cappella noua prædicta, in vna ex quatuor ad chori vſum deſtinatis manſionibus, ſacris cæremonijs præſentibus, pioque affectu cuncta accipientibus debita cum reuerentia, &* B *religione diligenter à loco, vbi prius aſſeruabatur amoueri, & ſolemni proceſſione extra ipſam Baſilicam per vias, & loca publica deſignata omnibus oſtendendam, hymnis, & laudibus decantatis, Clero vniuerſo pſallente circumferri, moxque in eandem Baſilicam reportatam, ad eãdem Cappellam nouam transferri, & ſupra Altare in loco, ſeu Tabernaculo, vt præfertur, in muro altè exciſo, & ad id decenter aptato inibi ſub diligenti cuſtodia, clauſuraque religioſiſſimè ſeruandam collocari etiam mandauimus.* C

Paulus V. Pont. Max. organum faciendum, muſicosq; aſſignandos curauit.

Hiſce ſic peractis minus Pontifex quieuit, ſed eadem pietate perſeuerans, Organum conſtruendum curauit, muſicos aſsignans trecentum nummorum dote in ſingulos annos, hac conditione, vt in ſabbatis, Vigilijs, & Virginis feſtiuitatibus, in quibus magna populi frequentia cernitur, litanias Virginis decantent, prout in bulla fundationis huius Sacelli, ex qua hæc hiſtoria his verbis intelligitur. *Inſuper ad diuinum cultum, & piorum deuotionem in eadem Cappella quantum poſſumus, augendum, ſingulis ſabati diebus, ac Beatæ Mariæ feſtiuitatibus, illarumque vigilijs, ac in feſtiuitate tranſlationis primo dictæ Imaginis, quam vltima die Dominica menſis Ianuarij cuiuslibet anni in eadem Cappella celebrari iuſſimus, ſingulis quibuſque annis perpetuis futuris temporibus, Litanias cum Antiphona pro tempore currenti eiuſdem Beatæ Mariæ Virginis cum organo, armonia, & cantu figurato alternis Choris decantandas, iterato inſtituimus, & ordinamus. Ac pro Cantorum, & aliorum Miniſtrorum ad arbitrium Patroni pro tempore exiſtentis eligendorum, & ad eius nutum ammouibilium, ſalario annua trecenta ſcuta, iuxta prouidam dicti Patroni pro tempore exiſtentis circumſpectionem, & ordinationem Cantoribus, & Miniſtris prædictis diſtribuenda, & erogan da de pecunijs propriæ dotis, & menſæ ipſius Cappellæ fabricæ, & Sacriſtiæ ſoluenda aſſignamus, quibus Litanijs Prior, & ſinguli Cappellani, cum eorum cottis ſemper ſaltem alternatim in loco, modoque, & ordine per Scipionem Cardinalem Protectorẽ antedictum præſcribendis, debeant intereſſe. Verum quia Cappellani Toletani nuncupati ad primodictam Imaginem, & illius Altare inſtituti ex eorum inſtitutionis huiuſmodi præſcripto, ſeu alias Litanias ipſius Beatæ Virginis ſingulis ſabati, & forſan alijs diebus, etiam recitare tenentur, nè ipſorum concurſu Litaniæ à nobis, vt præfertur, inſtitutæ quoquomodo impediantur, ſtatuimus, & ordinamus, quod Cappellani Toletani prædicti de mane ſtatim poſt Miſſarum ſolemnia iniunctas eis Litanias huiuſmodi recitare debeant, prout hactenus conſueuerunt, Litaniæ verò à nobis inſtitutæ poſt Veſperas decantentur.*

FINIS LIBRI VNDECIMI.

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER DVODECIMVS.

AVCTORE ABBATE PAVLO DE ANGELIS.

DE ORIGINE, ATQVE VSV SACRARVM Imaginum, & præſertim de illa S. Mariæ Maioris à Sancto Luca depicta.

CAPVT PRIMVM.

CVM antea non ſolum de Baſilica in genere & peculiariter cum omnibus ad ipſam ſpectantibus dixerimus, ſed etiam de celeberrimo ſacello beatiſſimæ Virgini à Paulo Quinto ſummo Pont. à fundamentis conſtructo, atque dicato; illud eſt conueniens, vt primum de origine, & vſu ſacrarum Imaginum agamus, poſtea de illa glorioſæ Virginis à S. Luca depicta, vnà cum aliquibus miraculis, qui erit vltimus noſtri operis, & laboris liber. Igitur quanti ſemper fuerint ſanctæ Imagines æſtimatæ apud

A priſcos Patres, ex diuinis litteris cognoſcitur, in quibus apparet Initium ex Deo ſumpſiſſe, cum ordinauerit vt in Templo depingerentur. Hinc Moyſi commiſit, vt propitiatorium ex puriſſimo auro conderetur ad longitudinem duorum cubitorum, cum dimidio, & latitudinem vnius, & dimidij, cum duobus Cherubin: *Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Loquere filijs Iſrael, &c.* Et inferius; *Et propitiatorium de auro mundiſſimo, duos cubitos, & dimidium tenebit*
B *longitudo eius, & cubitum, & ſemiſſe latitudo; duos quoque Cherubin aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi Cherubin vnus ſit in latere uno, & alter in altero, vtrũque*

Exod. 25. Initium ſacras Imagines pingendi ex Deo manauit.

latus

[A] Et idem Deus ad adiuuandum Iſraeliticam gentem, non Angelicam Imaginem, ſed Aeneum ſerpentem adhiberi voluit pro ijs ſanandis, qui à viroſis ſerpentibus offendebantur, quod magno, ac ſingulari myſterio contigit, velut in Numeris legitur. [Cap.21.] *Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum venerunt ad Moyſen, atque dixerunt. Peccauimus: quia loquuti ſumus contra Dominum, &c. Ora, vt tollat à nobis ſerpentes. Orauitque Moyſes pro populo, & locutus eſt Dominus ad eum.* [B] *Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno, quo percuſſus cum aſpexerit, viuet. Fecit ergò Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno, quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.*

De hoc ſerpente diuinè ſanctus Auguſtinus his verbis declarat. [De Ciuit. Dei ſuph. Durant de ritib. Eccleſ. cathol. lib. 1. c. 5.] *Serpentum morſus mortiferi immiſſi ad pœnam iuſtiſſimam peccatorum in ligno exaltato, atque proſpecto æneo ſerpente ſanati ſunt.* Quod verò ſacrarum Imaginum inſtitutio ex Deo manarit, vndique [C] Scriptura teſtatur. Nos tantum quædam attingemus. Et quidem in Paralipom. [lib.2.c.3.] intelligitur, quàm gratæ Deo Imagines extiterint in Salomonis Templo conſtitutæ. Poſſet etiam addi, quod Zacharias affirmat, [Cap.41.] dum Salomonis Templum deſcribit, de [Cap.1.] Cherubinis agens, &c. & ab eodem Propheta id deſignatur, quod Catholica Eccleſia in quatuor Euãgeliſtis repræſentat. Sic enim legitur: *Et in medio eius ſimilitudo quatuor animalium,* [D] *& hic aſpectus eorum ſimilitudo hominis in eis, quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni, &c.* Et paulò inferius ſic Eccleſia canit: *Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor: facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor, et facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor, &c.* Poſſet etiã [Cap.18.] indicari, quod in Geneſi habemus de tribus Angelis in hominis forma corã Abrahamo conſtitutis. *Apparuit autem ei Dominus in Conualle Mambræ, ſedenti in oſtio Tabernaculi ſui in ipſo feruore diei.* [E] *Cumque eleuaſſet oculos apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, &c.* [Exod.25. Initium ſacrarum Imagines pingendi ex Deo manauit.] Sed vt ad Euangelicam ſcripturam tranſeã apud [Cap.28.] S. Matthæum viſionem Angelorũ notamus albis veſtibus ornatorum, ad oſtiũ ſepulchri Saluatoris, quæ etiã ab alijs Euangeliſtis confirmatur. *Angelus enim Domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum; Erat autem aſpectus ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix, &c.* [Cap.16.] Et S. Marcus ſic eandem hiſtoriam deſcribit. *Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida.* Et Sanctus Ioannes. [Cap.20.] *Dum ergò fleret inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis, ſedentes vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu, &c.* Et Sanctus Lucas. [Cap.24.] *Dum mente conſternatæ eſſent de iſto; Ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti.* Poſſem addere id, quod ſcribit Apoſtolus. [Ad hebr. c.9.] *Et virga Aaron, quæ fronduerat, & Tabulæ Teſtamenti, ſuper quam erant Cherubin obumbrantes Propitiatoriũ, &c.*

Quæ omnia indicauimus pro ijs confutandis, qui auſi ſunt ſacrarum Imaginum Inſtitutionem, & vſum denegare, quæ opinio, vti eſt falſa, ſic etiam ſæpius in Concilijs, & decretis eſt damnta. Et ad confirmationem huius veritatis, illud indicabo, quod Franciſcus Turrianus contra Magdeburgenſes teſtatur; quo loco vetuſta manuſcripta affert à ſancto Pamphilo martyre, ex Synodo Antiochena Apoſtolorum tempore congregata; nimirum partem Canonis illius Synodi, quod in Origenis Bibliotheca eſt repertum; & in Concilio Niceno eadem veritas relucet per S. Germani epiſtolam. In quo Concilio apparuit vnde nam hæc peſtis, & ſacrarũ Imaginum contemptus effluxerit. Etenim primò vult à Iudæis, deinde à ſaracenis emanaſſe: ſic Baronius adducit: *Cæterum idem ſanctus Germanus de prima origine agens erroris huius, à Iudæis primum, inde à Saracenis manaſſe docet.* Et inferius: *Vt fraterna approbatione mentem noſtram aperiamus, breuibus, quæ de ea re nobis cognita ſunt, dicemus. Illud in primis ſubijcientes oportere nos omnem vanam nouitatem conſiderare, & maximè cum in fide in Chriſti populo diſcordiæ, tumultus, & ſcandali argumentum ſuboritur, deinde in Eccleſijs conſuetudo longi temporis tenenda eſt. quod autem ad conſuetudinem ſpectat in principio naſcentis Eccleſiæ viguiſſe vſum ſacrarum Imaginum pluribus docet, eumq; firmatum non ſubſequenti vſu tantum, ſed etiam ſententijs ſanctiſſimorum Patrum, quos citat. quod autem ad contradicentes, & hoc improbantes pertinet, iſta ſubijcit.*

Et manuſcripta à nobis reperta in Vaticana Bibliotheca de ſacratiſſima Mariæ Maioris Imagine tractant. ac licet prima fronte præter rem videantur, tamen cum tria Imaginum genera diuidant, nos duo indicare conſtituimus, tertium ad alium locum remittentes, vbi magis ad rem noſtram facit. [Lib. man. ſign. 3921. Trium generum Imagines.]

Agè ab imaginè inchoemus. Quod vt lucidius inferã paulò remotiora, ad rẽ tamẽ neceſſario expedientia conquirã. Imagines, ſeu ſimulachra triũ eſſe

eſſe, vt ita dicam, generū comperio, quorū unum
ſancta Mater Eccl. reſpuit, et execratur; aliud
per patientiā tolerat: reliquum verò ob id, quod
repræſentat, veneratur, et colit. Quibus omnibus
diſtinctè explicitis, apparebit; Imaginē de qua lo-
quimur, tantum cæteras omnes dignitate anteire,
quantū ipſa Dei Genitrix, per eā ſignificata ſim-
plices omnes Creaturas antecellit. Velim tamē ab
hoc noſtro Imaginū ſermone illam exceptā facere,
de qua ſcriptum eſt. Fecit Deus hominē ad Imagi
nē, & ſimilitudinem ſuam: cum enim conſtet per
memoriam, intelligentiā, et voluntatem, quæ in
nobis ſunt, diuinitas, ideſt Pater, Filius, et Spiri-
tus ſanctus figurari, ac Trinitatis myſterium de-
notari, non eſt, quod ad rē noſtram attineat. Dixi
primum eſſe Imaginum genus, quod Eccleſia re-
ſpuerat, id ex Idolis conſtitit, quæ Gentilium va
nitas pro Dijs adorarunt. Ea inuenta ſunt, prout
ex temporum ſupputatione colligitur anno poſt con
ditum orbem 1184. tempore quo, & natus eſt
Abraham, ante Natiu. Chriſti circiter 2015.
rationemq́ horum inueniendorum ait Lactātius
fuiſſe, vt poſſet hominū memoria retineri, qui uel
morte ſubtracti, vel abſentia fuerint ſeparati.
Primūq́ qui has fingere ſimilitudines cæperit, ſunt
qui dicunt fuiſſe vnū Aſſyriorum Regē Beli, pa-
tris ſui extincti deſiderio, cum quibus idē Lactan
tius conſentire videtur; cum dicat à Belo initium
harum fuiſſe ſuperſtitionum. Belo itaq́ cum Ni-
nus ſimulacrum dedicaſſet, uenerareturq́ illud, et
venerari mandaret, immunitatemq́ ad id fu-
gientibus concederet, eò itum eſt, vt diuinos ſta-
tuæ illi honores deferrent. Poſtea verò errore ad
incrementa adaucto, tanta Idolorū multitudo ſuc
creuit, vt pene innumerabilia fuiſſe colligantur.
Nā, vt taceam Iunonis, Monetæ, Palladis, &
Fortunæ notiſſima cūctis ſimulachra Romæ in fo
ro 12. ſtabant aureæ Imagines Dijs conſecratæ,
ſex maribus, et fœmininis totidē, & Iouis ſimula-
chri faciem legimus ...... diebus feſtis liniri ſoli-
tā, & Veneris duo ſimulachra traduntur. Vnum
Romæ eximiæ pulchritudinis Phidiæ opus. Alterū
apud Gnidū immenſa pecunia emptū opus Pra-
xitelis, tantam fingens uenuſtatē, ac decorem, vt
paulò minus quàm Venus ipſa ad libidinē homi-
nes prouocaret. Solis quoq́ Coloſſus Rhodi memo-
ratur tantæ magnitudinis, ut vix poſſit à quoquā
hominū pollex eius amplecti. Mitto cætera huiuſ-
modi abhominamenta; nā ſi & porcis, ſuillisque
pallori, & pauori ſimulachra exculpere, eademq́
venerari non erubeſcebant, quod putemus factu-
ros ſuos Deos; vel propter beneficia præſtita, vel
propter virtutes putabant. Varro eſt Auctor ſuis,
porcorumq́ de quibus ait Virgilius.

Triginta capitum fœtus enixa iacebat.
Alba ſolo, recubans albi circum vbera nati.

Vide lib. Sap. c. 14.

Romano in Foro 12. olim aurea ſimulachra erant.

A Simulachra apud ædē Ioannis in publico ſpectari,
carnesq́ (ut ſuis utar uerbis) in ſalſura recōditas,
nonniſi à Sacerdotibus demonſtrari. B. quoq́ Au-
guſt. ac Lactan. teſtantur pallori, pauoriq́ figu-
ratur diuinū honorē fuiſſe impenſū. Has execran
das imagines Patres veteris Teſtamēti, tū ex pri
mo legis mandato edocti, tū etiā ex crebris Prophe
tarum cōminationibus vsq́ adeò execrati sūt, vt
nullius animātis figurā pictam, ſeu fictā, aut ſcul-
ptam fas eſſet in Tēplo aſpicere. Vnde Hebræi ſcri
bentes Salomonis dicūt præuaricationis illud fuiſ-
B ſe nunciū, cum æneos Boues mari æneo ſubijceret,
et ſoliū ſuum leonibus adornaret. Quod intelligens
Abrahā quantum Deo earū cultus eſſet exoſus Iſ-
maelē cum Iſaach imaginibus ludentem, eamq́ à
uero Deo auertere molientē cū matre eiecit, et Ia-
cob Idola, eorumq́ ornamenta ſub Terebyntū inſo
dit, quæ, ut quidā ſuſpicantur, Dauid in mate-
riā Templi conflauit, & 23. millia Iſraelitici po
puli fabricātes iuſſu Moyſis confoſſa ſunt gladio.
Salomoni quoq́ ob Idolorū culturam Regnum di-
minutum eſt, indictaq́ poſteritati ſuæ bella, nec nō
C & Ieroboam ob id ipſum diuinas comminationes
indignabūdus audiuit, manumq́ ſenſit areſcentē,
Rurſusq́ ob ſtatuā Idolorum combuſtam, commi
nutamq́ promiſſum eſt Hioræ, quod gratum Deo
feciſſet, Regnum in Iſrael ad quartam vsq́ gene-
rationē. Et Ezechias ſerpentē æneum à Moyſe in
deſerto erectū cum .... vt Idolo thura darentur cō-
fregit. Contra filius eius Manaſſes, quod Idola cō-
flaſſet, adoraſſetq́ uinctus cathenis in Babylonem
deducitur. Multiq́ Iudæorū nè Idolis coinquina-
rentur ſub Antiocho Rege trucidati ſunt. Inſuper
D & multi de Exercitu Iudæ Machabæi corruerūt
ob hanc tantum cauſam, quod donaria Idolorum
penes ſe habuiſſent. Noſtri verò Patres, quo pacto
à pernicioſis his imaginibus abhorrerent, teſtantur
eorū pro Chriſto inita certamina, tormētaq́ nè ijs
ſacrificarent, perpeſſa. Hæc igitur Idolorū portenta
noſtra cū imagine cōparare nefarium eſt, et Chri-
ſtianorum auribus prorſus indignum.

Secundum genus, quod Eccleſia tolerat, con-
ſtat ex picturis, tabulis, ſigniſque, ac ſtatuis,
quæ diuerſis ex cauſis, & conſtruebantur olim,
E & conſtruuntur. Interdum enim cum quis Pro-
uinciæ præfuiſſet, eamque benè rexiſſet, pingeba-
tur eius imago, vel ad memoriam, vel ad de-
corem. Ex quo illud axioma M. Cic. in Q. Fr.
habetur. Frater meus dimidius maior eſt, quàm
totus. Interdum ea ad ornatum ædificiorum facta
accepimus. Vnde & Seneca Libertinorū balnea
ſtatuis, colūnisq́ nil ſuſtentantibus adornari con-
queritur. Et Corinthios propter hanc maximè cau
ſam, tantum habuiſſe ſtatuarum crediderim, vt
ex Ciuitatis incendio æs, vaſaque Corinthia per-
euntis nomen aſſumpſerit, nonnunquam ab ipſis
ſcripto-

Scriptoribus, vt artis, ingenijque ipſorum monumenta extarent facta fuiſſe, & legimus, & vidimus; Mauſolei enim Regis ſepulchrum, quod ex æmulatione artificum conſtat eſſe perfectum, tale opus memoratur, vt inter ſeptem miranda Plinius annumerauerit, & cuncta ſepulchra ab eo in poſterum nomen acceperint. Romæ quoque in Monte Quirinali adhuc Phidiæ, & Praxitelis ſtatuaria opera quaſi de fama concertantia aſpiciuntur. Sæpius etiam ſignis, tabuliſq; non aliud quærebatur, quam voluptas oculorum, & inane quoddam nomen munificentiæ. Qua ex re Marcus Agrippa ruſticitati, vt quidam dixit, propior quàm delitijs, orationem luculentam habuit de tabulis omnibus, ſigniſq; publicandis. Adhuc ſatis fortaſſe eſt dictum de inſtitutione, & ſacrarum Imaginum vſu, atque adeò de reuerentia, qua mater Eccleſia illas eſt proſequuta. Quia verò non eſt noſtri inſtituti plurimum in his immorari, nec illos prorſus attendere, qui mordicus ſe opponũt, ſed potius contemnere, & ad illos mittere, qui de induſtria id onus ſuſceperunt; Ideò poterunt legere Maiol. & Duran. nec non Cardinalem Bellarminum; nobis tantum ſatis erit oſtendere ſanctum Lucam Euãgeliſtam aliquas Imagines depinxiſſe, & præſertim Beatæ Virginis contra Magdeburgen. dum negat illud, quod apud verè pios alacriter excipitur, exponens metaphoricè ſanctum Lucam pinxiſſe; nimirum dum ſacra Euangelia, & Apoſtolorum acta deſcripſit.

Hiſtor. totius orbis de reb. Eccl. cath.

QVOD S. LVCAS PLVRES IMAGINES DEPINXIT,

Et præſertim ſanctiſsimi Saluatoris, glorioſæ Virginis, & Apoſtolorum ex quo deprehenditur pictorem fuiſſe.

Caput II.

SEMPER apud fideles eſt receptum, & à Concilijs approbatum ſanctum Lucam quaſdam Imagines pinxiſſe; quod paſſim Authores teſtantur, & præſertim manuſcripta nobis in Vaticana Bibliotheca reperta. Nos ad confirmationem vnum ex græca lingua translatum primò adducemus. *De Imagine Deiparæ, quam pictura expreſſit Sanctus Lucas. Diuinus Lucas, qui & ſummus Grammaticus, & Rhetor eloquentiſſimus, & Philoſophus cum in naturalibus, tum ſupernaturalibus excellens fuit, qui virtute ſui Euangelij vniuerſum orbem vniuit, qui ſpiritualium gratiarum animata tabella, pietatiſque exemplar extitit, qui inter alias animi dotes etiã pingendi artem diligentiſſimè exercuerat, & coloribus ſcitè adaptandis operam dederat; Imaginem Deiparæ in tabella perbellè, ac diligenter expreſſit, rem pulcherrimam, & imitatu perdifficilem deſcribere conantibus. Ipſe tamen Ideam exemplarem valdè ſubtiliter, atque adeò exactè ad viuum effinxit, vt quaſi ex altera parte ars cum natura certaret, & eam ſuperare contenderet. Non erit autem res ingrata ſi picturam oratione deſcripſerimus, neque enim hiſtoriæ ſermo id prætermiſit, vt non ſolum habeamus, quod noſtrum aſpectum oblectet, ſed etiam auditum paſcat.* Idem Nicephorus teſtatur, his verbis: *Fertur his quoque Lucas primus Chriſti, & quæ eum ita (vt Deus dicebat) genuit matris, atque item Principum Apoſtolorum effigiem pingendi arte adumbraſſe. Vnde in omnem, deinde habitabilem orbem tam venerandum, & pretioſum opus eſt allatum.* Et alibi de Auguſtæ pietate agens: *Templum, quod τῶν ὁδηγῶν, hoc eſt via Ducum cognomine clarum eſt, in quo diuinam illius imaginem, quam Lucas Apoſtolus tabulæ depictam reliquit, ſacrumque penſum, & Saluatoris ipſius faſcias ſeruãdas curauit.* Et Diuus Thomas ſic ait: *Vnde Damaſcenus dicit, quod Lucas depinxit Imaginem Chriſti, & Beatæ Virginis.* Et idem Nicephorus: *Cum & ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ipſiuſque adeò Chriſti, & quæ eum ſupra naturæ captum mirificè genuit Virginis matris coloribus adumbrauit Imagines plurimas ad hunc vſque diem conſeruatas eſſe nouimus, ac Lucas quidem Apoſtolus prius ipſas, accuratè opus id exorſus manibus ſuis depinxit, &c.* Et Metaphraſtes: *Sanctæ Mariæ varias imagines ſanctum Lucam manibus ſuis ad viuum pinxiſſe.* Et ab eodem Nicephoro de quibuſdam ſacris Imaginibus habetur à ſancto Luca depictis, & ab Eudoxia Auguſta varijs Eccleſijs, collocatis. Sic enim legitur: *Secundum Templum, ὁδηγῶν, viæ ducum eſt, vbi Antiochia miſſam Verbi matris Imaginem dedicauit, quam Diuus Apoſtolus Lucas ſuis ipſe manibus depinxit illa adhuc viuente, & tabulam ipſam vidente, gratiamq; adeò illi formæ ſuæ immittente. Hæc imago primum in loco, qui Tribunal dicitur, fuit, vbi ea, quæ nunc quoque fiunt, miracula peracta ſunt.* Philippus Bergom. addit: *Propter familiaritatem, quam iugiter Lucas cum Beata Virgine habuerat, Damaſceno teſtante, eius imaginem*

E Græco ignoto Auctore.

De Imagine Deiparæ quam pictura expreſſit S. Lucas.

Lib. 2. c. 24. & lib. 6. cap. 15. & 16. & 33.

S. Lucas primus Chriſti, atq. B. Virginis, et D. Petri Apoſtoli Imaginem coloribus expreſſit.

Luc. 14. c. 2.

Lib. 6. c. 15. & 16.

In vita S. Lucæ Lib. 15. c. 14.

Alanus Coput dial. 4. contra ſumm. Pont. oppugnat. hiſtor. à Nicephoro tradita.

De S. Lucæ Eu. picturis vide Io. Steph. durant. de rit. Eccleſ. cath. lib. 5. c. 5. pag. 13 Maiol. hiſtor. tot. orb. omniumque temporum pro defenſione ſacrarum Imaginum cap. 12. Canis. de Deipara lib. 5. cap. 22. Bellarm. de controuer. Chriſt. fid. tom. 2. lib. 2. cap. 10. de imaginibus ſanctis.

ginem ſibi depinxit, apud ſe habere voluit? Et A
in Vaticano manuſcripto, ex quo duo Ima-
ginum genera indicauimus, tertium relin-
quentes, quod hic optimè quadrat. *Reſtat,
vt tertij generis Imagines explicemus, eaſque pa-
ri modo ab hac ſuperari demonſtremus. Imagines
itaque de quibus in præſentiarum loquendum eſt,
hæ ſunt quæ præ ſe ferunt, vel Saluatorem Ieſum,
eiuſuè Genitricem, vel Apoſtolorum, Marty-
rum, ſeu Sanctorum quempiam. Has Romana
Eccleſia ſemper venerata eſt. Nonnulli verò
inconſiderato zelo ſuccenſi putauerunt eas nullo pa* B
*cto adorandas, quin potius confringendas, com-
minuendasque, vnde Epiſtolam legimus Gre-
gorij ad Maſſilienſem Epiſcopum, quod talia per-
petraſſet corripiens. Græci quoque Synodo celebra-
ta ſanxerunt Imagines adorare non eſſe fas, quã
Synodum Stephanus Tertius execratus eſt, coa-
ctoq; ex Gallis, Italisque partibus Concilio fauen-
te Carolo Francorum Rege illam penitus abraſit;
ſed quia Græci propoſito eorum perſiſtebant, Ha-
drianus Primus Stephani eiuſdem proximus ſuc-
ceſſor, Legatos ad Conſtantinum tunc Imperato-* C
*rem, matremque eius Irenem tranſmiſit; hor-
tans eos nè errorem hunc valeſcere paterentur.
Qui trecentorum quinquaginta Epiſcoporum con-
ſeſſu, in Nicæna Vrbe celebrato ſacrarum Ima-
ginum venerationem ſuſcipiendam fore decreue-
runt.*

Sacris Imaginibus reuerentiam tribuendam Patrum conſenſu determinatum.

*Quod quidem gratum Deo eſſe, quod his
Imaginibus reuerentia impendatur ex miraculis,
quæ per inobſeruatas Imagines perpetrantur pa-
tere poteſt. Quorum illud non eſt minimum,
quod graues Scriptores prodiderunt. Imaginem
ſcilicet Saluatoris noſtri à Iudæis per opprobrium* D
*fixam Cruci, & lancea compunctam mox aquã,
& ſanguinem verum emiſiſſe, qui ægrotis corpo-
ribus, membrisque debilitate torpentibus delibutis
ſanitatem, integritatemque præſtitiſſet, eiuſque
ſanguinis particulam aiunt in Baſilica Laterani
noſtris etiam temporibus conſeruari. Harum igi-
tur Imaginum per Chriſtianum Orbem innume-
ram eſſe multitudinem nemo eſt, qui dubitet. Vi-
demus enim ijs non modo Baſilicas, Eccleſias, Ora-
toria, ac Sacella omnia adornari, ſed plerumque
ædes, porticusque ac Domunculæ ſalutaribus li-* E
*neamentis decorantur. Verum plurimæ harum
ſunt, quæ nullam præ cæteris populi ſibi celebrita-
tem vendicant; nonnullæ verò, vel propter be-
neficia inuocantibus præſtita, vel propter quã-
uis aliam deuotionis cauſam, maximam ſortiun-
tur hominum reuerentiam, affluentiamque. No-
minatiſſimas ergò, celeberrimasque harum, quæ
ad meam notitiam peruenerunt, ſi recenſeam, ſa-
tisfactum rei noſtræ putabo, quibus per noſtram
Imaginem facilè ſuperatis, cæteras omnes procul-
dubio ſuccumbere erit neceſſe. Ducibus enim bello*

A *corruentibus nihil eſt, quod gregarij milites reſi-
ſtendum putent. Septem vulgò traduntur Ima-
gines Dei Genitricis à Beato Luca pictæ fuiſſe,
quarum quatuor Romæ eſſe firma eſt opinio.*

Septem Deiparæ Imagines traditur B. Lucam pinxiſse.

*Pri-
ma hæc eſt, quæ in ſacra Maria Maiore aſſer-
uatur. Secunda illa eſſe dicitur, quæ 12. ab Vr-
be milliario, in loco, qui dicitur, Spelunca ferra-
ta, à Græcis religioſis continetur, quam magna
in reuerentia Accolæ, finitimique omnes habent,
maximoque concurſu circum vndique bis in an-
no ad eam confluunt. Tertia in Templo, quod*
B *Aracæli nuncupatur, inſpicitur, quæ magna
Romani Populi deuotione frequentatur, ſi qui-
dem gradus, quibus ad eam ſcanditur, piarum
oblationum ſuffragio marmore ſtratos fuiſſe, qui
illic habitant Religioſi aſſeuerant. Quarta vene-
ratur in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Populo, quæ
tunc maximè reuiſitur, cum ſacris diebus amoto
velamine videndi cunctis fit copia. Hanc in
Eccleſia ſancti Petri antea aſſeruatam, Paſcha-
ſius ſummus Pontifex ad locum dæmoniaco in-
curſu obſeſſum adduxit, vbi Eccleſia, quã nunc*
C *videmus constructa, & Imagine in ea dimiſſa
locum ab omni aduerſitate liberauit. Ex qua po-
puli liberatione nomen, quod tunc ſortita eſt, ad-
huc retinet.*

B. Virginis Imago In S. Mariæ Populi Eccleſia conſeruata, nomen ex Populi abſolutione retinet.

*Præter has Beati Lucæ Imagines ha-
bemus, & Romæ nonnullas non parum celebres.
In Eccleſia namque, quæ ſancta Maria in Por-
ticu nuncupatur, quædam habetur Imago, quæ
in zaphireo lapide dicitur mirabili opere ſculpta.
Hæc (vt aiunt) miro ſplendore in Cella qua-
dam vinaria fulgentem ſe ſe tanto maiore om-
nium ſplendore prodidit, quantò incertum, quo*
D *ex loco vel prodierit, vel aduecta fuerit, & à
populo non ociosè veneratur. Nuper alia ingenti
mulierum celebritate adorari eſt cœpta, & ex
muſiuo picta ante fores ſancti Pauli Apoſtoli, in
ſublime aſpicitur. Dicunt enim gratiam quam-
cunque iuſtam media illa Imagine poſtulatam,
ſi frequentetur orationibus obtineri, mihiq; com-
pertũ eſt mulieres nonnullas beneficia ab ea Ima-
gine flagitata impetraſſe. Florentiæ quoque Ima-
go Virginis Angelico ſalutata congreſſu, quam
multis ſit nota, quamque miraculis reuerenda*
E *ex cereis Imaginibus in Eccleſia ſua, quaſi tro-
phæis pro impetrata cuiuſque ſalute appenſis, pa-
tere poteſt; quarum tam crebra eſt expoſitio, vt
cum ſæpius amoueantur, ſemper Eccleſia ſit eis
referta. In Agro Piceno celeberrimam Imaginem
ſanctiſſimæ Virginis, quam vocant de Laureto,
nemo eſt, qui neſciat, quem enim ad illam adeun-
dam non mouit deuotio, attraxerunt nundinæ.
Hanc coruſcare miraculis omnes, qui ex ea re-
deunt affirmant. Recenſui Imagines Beatæ Vir-
ginis illuſtriores, quæ ad meam notitiam deuene-
runt. Sed & Saluatoris noſtri fertur maximæ*

vene-

veneratiōnis Imago, quæ in Oratorio, quod ſub vocabulo Sancti Laurentij dedicatum Sancta Sanctorum ſibi nomen vendicauit, magno honore à ſecularibus interdum recluſa oſtenditur. Hæc putatur humanis manibus; ideſt Beati Lucæ, pingi fuiſſe cæptam, primiſque duntaxat lineamentis ſuperductis, opus, quod videmus diuinitus eſſe perfectum. Quod ideò exiſtimant, quia cum opifex ad inchoatum opus rediret, abſolutum reperiſſe dicitur, quod inceptum altera die dimiſiſſet. Imagines omnes explicuì, quæ poterant mentes hominum ad ſuſpicandum inducere, nè primus eſſet inter ſimulachra omnia noſtræ Imagini locus. Nunc verò operæpretium erit comparatione adhibita diſcutere, in quo excellentia iſta deprehendatur. Et primum quidem ſi ex opifice, conſtructo operi laus aliqua comparatur, huic noſtræ tanta eſt, vt nulli earum, quæ retulerim maior adueniat. Quis enim Artifex ita ſublimis, qui Beato Lucæ Euangeliſtæ cedendum eſſe non putet? Quod autem de nonnullis fertur Imaginibus, quæ non ſine admiratione hominum repertæ dicuntur, non conſentio: non enim ob id, quod artifex ignoratur, a cælo eas deſcendiſſe crediderim, & immortalem Deum, aſſumptis Vulcani, Dedalique Inſtrumentis ad eas peragendum ſe ſe tunica ſuccinxiſſe: Quin potius puto per hominum manus fuiſſe fabricatas, & caſu aliquo à mentibus, oculiſque hominum ſecluſas, demum volente Deo in lucem reſtitutas. De Saluatoris verò Imagine, quàm in Sancta Sanctorum eſſe diximus, dicamnè quod ſentio, an tacebo? Si tacuero, veritatem fortaſſe offendero, quæ nequit ſine crimine reticeri. At ſi proloquar, vereor nè vulgus offendam, qui ita opinionem illam imbibit, vt ſi quis eam refellere audeat, mox eum malignum, ſacrilegumque appellent. ſed cum hæc eo ſtylo diſſerantur, vt non facilè in notitiam vulgi venire poſſint (irreligioſum quippè eſſet illud à ſua credulitate auertere) dicam quod ſentio. Cum ſæpenumero vulgarem hanc opinionem de Imagine Saluatoris; ſed quod incerto ſit Authore, completa, mecum ipſe reuoluerem, non poteram Imaginem illam contemplatus in eam communem credulitatem adduci, vt exiſtimarem diuini quidquam in ea operis fuiſſe impenſum: meamque hanc incredulitatem quodammodo auxit libellus quidam, qui nuper in manus meas incidit, iſque apud Sanctam Mariam Maiorem habetur, qui dum vulgarem hanc opinionem corroborare intendit, iudicio meo proſternit. Securius enim creditur, quod incerto, quam leui Auctore per ora hominum verſatur. Dicit namque quod poſt glorioſam Domini Aſcenſionem mater eius, Apoſtolique omnes, ac Diſcipuli Hieruſalem conſiſtentes, nimio mærore ex ſubtracta Chriſti conuerſatione affecti, Beato Lucæ impoſuerunt, vt per picturam Saluatoris effigiem qua conſolarētur, exprimeret, quod cum adimplere inchoaſſet, interpoſita mora, dum repetitur, opus cernitur abſolutum. Demum Hieruſalem euerſa, Temploque expoliato, in triumpho Titi, & Veſpaſiani Imaginem illam vnà cum Candelabro, Arca, et cæteris in templo conſiſtentibus fuiſſe adductam, & per Conſtantinum Imperatorem loco, in quo nunc eſt, collocatam.

Hactenus Vaticanum manuſcriptum, & Alanus aduerſus Pontificum oppugnatores. *De Imagine Beatæ Mariæ à Luca Euangeliſta depicta a calumnijs hæreticorum defendit.* Et Sebaſtianus Banad. *Tertius Euangeliſta Lucas eſt, natione Syrus, ex nobili Ciuitate Syriæ Antiochia, vt teſtatur Diuus Hieronymus in proœmio Matthæi, & alij, Medicus antea corporum, poſt conuerſionem etiam animarum: quippè qui eximiam mundo medicinam: Euangelium Chriſti græcè confecerit. Pictor præterea egregius, vt tradit Nicephorus libro ſecundo, capite quadrageſimotertio: Lucas, inquit, Medicus, & pictor egregius, pro corporum curatione, animarum medicus factus eſt. Fertur primus Chriſti, & quæ eum ita, vt Deum decebat, genuit, matris, atque item Principum Apoſtolorum effigiem pingendi arte adumbraſſe; vnde in omnem deinde habitabilem orbem, tam venerandum, & pretioſum opus eſt allatum.*

Lib. 1. c. 20. de reliquijs duorũ Euangeliſtarũ Lucæ, & Ioannis.

Poſſent infiniti Authores deduci, qui hanc veritatem expreſsè atteſtantur; ſed ne ſæpiſſimè acta ab alijs, iterum agamus, tantum ſufficient ij, qui à Caniſio recenſentur. Igitur primus ponitur Simon Metaphraſ. in vita Sancti Lucæ: Theodorus lector in collect. de doctrina Chriſtiana: Iacobus Bill. Ioãnes Damaſcenus de orthodoxa fide, &c. Atq; manuſcripta, quæ in Vaticana Bibliotheca aſſeruantur; in quibus ſatis fusè, & doctè pertractatur.

Lib. 1.

Lib. 4.

Cap. 17.
Ex bibl. Vatic. lib. man. num. 3121.

✠

X QVOD

QVOD SACRA IMAGO SANCTÆ MARIÆ MAIORIS *Fuit à Sancto Luca depicta.*

Caput III.

NVSQVAM ferè legimus aliquem, qui hanc rem deneget, ſed potius omnes vno ore teſtantes: Vidimus etiã in huius Eccleſiæ Archiuio plurimas Bullas, & ſummorum Pontificium reſcripta, atque adeò alia, quæ id expreſsè confirmant, ſicut etiam in Vaticana Bibliotheca, velut nos ad huc oſtendemus. Primus igitur Io. Steph. Duran. ſic loquitur: *Altera ab eodem Luca effecta, & expreſſa Romæ in Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris multis iam ſæculis religioſè obſeruatur.* Et Caniſius aliquot in teſtimonium adducit, *Imaginem Beatæ Virginis à Sancto Luca depictam ſeruari in Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris, vbi de miraculo per eandem edito tempore Sancti Gregorij Papæ.* Panuinus ait Hanc imaginem fuiſſe à Sancto Luca depictam, his verbis: *Brachium cum alijs reliquijs ſancti Lucæ Euangeliſtæ, qui depinxit Imaginem Beatæ Mariæ Virginis in hac Baſilica exiſtentem.* Et Pompeius Vgonius de reliquijs huius Baſilicæ agens, Primam talem Imaginem recenſet his verbis: *Et glorioſiſſima Imago Virginis miraculis illuſtris à Sancto Luca depicta.* Idem etiam alibi teſtatur Alphonſus Ciaccon. *Quibus rebus permotus Gregorius ad cætera cœleſtis uiæ piacula, poſtero anno 593. religioſam in die reſurrectionis ſupplicationem inſtituit, atque ſolemni in pompa ſanctam Dei Genitricis imaginem extulit. Hæc ex Lucæ Euangeliſtæ manu ad viuum expreſſa, tantum in æde Beatæ Virginis ad Præſepe in Exquilijs ſita eximia Populi religione conſeruatur.*

De ritib. Eccleſ. lib. 1. cap. 5.

In tract. de ſept. Eccleſ.

De ſtation.

De Vitis ſumm. Pont. & Card. in Vita S. Gregor. 1

Idem etiam ex manuſcriptis, atque apoſtolicis reſcreptis ſtabilitur, quæ in Archiuio aſſeruantur, vel certè in Vaticano. & primum adeſt Agapiti Cardinalis Columnę teſtamentum anno 1380. *In Eccleſia Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe, quæ dicitur de Niue, meam eligo ſepulturam, in naue illa propinqua Imagini Virginis glorioſæ, vel ante tabernaculum dictæ Virginis depictæ manu Beati Lucæ, dum tamen ſit poſſibile.* Et alio libro vetuſtiſſimo. *Imago glorioſæ Virginis Mariæ depicta in* A *quadam groſſa tabula, cum imagine ſui filij in brachio ſiniſtro, quam depinxit Sanctus Lucas Euangeliſta.*

Plura poſſem addere ad idem confirmandum; cum vſque à ſancti Gregorij temporibus perpetuò ſemper fuerit æſtimata, atq; adorata, velut S. Lucæ pictura; ſed ne nimium in re certa morer, ad alia properabo, Hanc Imaginem ſemper venerans, atq; credens illam eſſe, quæ à Romanis muris peſtem expulit, quod S. Antoninus Florentiæ B Archiepiſcopus affirmat: *Quia verò adhuc peſtis Romam vaſtabat, more ſolito proceſſionem cum Litanijs per circuitum Ciuitatis perſequi Paſchali tempore mandauit, & Imaginem Beatæ Mariæ ſemper Virginis ante proceſſionem portari ordinauit. Hæc Imago dicitur eſſe Romæ in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris, & fuiſſe depicta à Luca Euangeliſta non ſolum medico, ſed & pictore egregio. Quum autem deferretur imago: tota aeris infectio, & turbulentia Imagini cedebat, quaſi eam fugeret, & præſentiam eius* C *ferre non poſſet. Vnde & mira ſerenitas, & aeris puritas, poſt eam remanebat. Tum iuxta Imaginem (vt fertur) auditæ ſunt voces Angelorum canentium. Regina cœli lætare alleluya, &c. ſtatimque Gregorius, qui proceſſionẽ ſequebatur, addidit. Ora pro nobis Deum, &c.*

Par. 2. c. 3. tit. 12.

Et Bonifacius Pontifex Nonus, hoc pacto: *Bonifacius Epiſcopus, &c. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, &c. Cum itaque, vt tam dilecti filij noſtri Stephani tituli Sancti Marcelli, Presbyteri Cardinalis,* D *& Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris Archipresbyteri, quàm Capituli ipſius Eccleſiæ, & nonnullorum Ciuium ipſius Vrbis, relatione percepimus, & in ipſa Vrbe communis opinio habetur Imago Beatæ Virginis Mariæ, Beati Lucæ Euangeliſtæ miraculosè, vt pie creditur, & communiter fertur depicta, quæ in dicta Eccleſia venerabiliter aſſeruatur, in quibuslibet anni temporibus aperiatur, & claudatur, quibus ad dictam Eccleſiam cauſa apperitionem, & clauſionem huiuſmodi videndi confluit populi* E *multitudo, &c.*

Dum putabam, hic capiti finem impoſuiſſe, illud ſubuenit, quod aliquis poſſet opponere, quaſi hæc Imago Glorioſæ Virginis ſimilitudinem non ſeruet, ſicut à ſanctis Patribus deſignatur; ex quo poſſet collegi minus à ſancto Luca effluxiſſe, qui optimè Virginem cognouerat. Quare dicimus præteritis annis accuratè cominus inſpexiſſe, & per aliquod tempus, nec non etiam eius ſimilitudinem per inſignem Pictorem deſumpſiſſe,

deſumpſiſſe, qui ad viuum effinxit occaſione translationis ad celeberrimum ſacellum, à Paulo Quinto Pontifice Maximo conditum: quo tempore notauimus talem Imaginem eſſe mediocris ſtaturæ, modeſtiſſimis veſtibus, & ornamentis ſatis perſimilem ijs, quæ ſancti Patres de illa ſcriptis conſignarunt, & præſertim Epiphanius: *Erat Maria in rebus honeſta, & grauis, pauca admodum, eaque neceſſaria loquens, ad audiendum facilis, et perquàm affabilis, honorem ſuum, & venerationem omnibus exhibens, ſtatura mediocri, quamuis ſint qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem exceſſiſſe dicant, decenti dicendi libertate aduerſus omnes homines vſa eſt, ſine riſu, ſine perturbatione, & ſine iracundia maximè, colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acribus ſufflauas, & tanquam oliuæ colore, pupillas in eis habens, ſupercilia ei erant inflexa, & decenter nigra, naſus longior, labia florida, & verborum ſuauitate plena, facies non rotunda, & aucta, ſed aliquanto longior, manus ſimul, ac digiti longiores.* Cedranus: *Erat (inquit) ſtatura mediocri, ſubfuſca, flauo crine, oculis fuluis, ac mediocribus, manibus, ac digitis longis.* Sanctus Anſelmus: *Fuſos habebat oculos, rectos aſpectu; nigra ſupercilia, mediocrem naſum, vultus eius longus, longæ manus, longi digiti, mediocris ſtatura, perſeuerans in orationibus, ferens pannum proprij coloris, lectioni, ieiunijs, & labori manuum, & omni bonæ, virtuoſæque operationi ſe dederat.* Et in Vaticana Bibliotheca Græcus auctor ait: *De Imagine Deiparæ, quam pictura expreſſit Sanctus Lucas. Diuinus Lucas, qui & ſummus Grammaticus, & Rhetor eloquentiſſimus, & Philoſophus cùm in naturalibus, tum ſupernaturalibus excellens fuit, qui iucunditate ſui Euangelij, vniuerſum orbem vniuit, qui ſpiritualium gratiarum animata tabella, pietatisque exemplar extitit; qui inter alias animi dotes, etiam pingendi artem diligentiſſimè exercuerat, & coloribus ſcitè adaptandis operam dederat: Imaginem Deiparæ in tabella perbellè, ac diligenter expreſſit, rem pulcherrimam, & imitatu perdifficilem deſcribere conantibus. Ipſe tamen ideam exemplarem valdè ſubtiliter, atque adeò exactè ad viuum effinxit, vt quaſi ex altera parte ars cum natura certaret, & eam ſuperare contenderet. Non erit autem res ingrata ſi picturam oratione deſcripſerimus, neque enim hiſtoriæ ſermo id permittit, vt non ſolum habeamus, quod noſtrum aſpectum oblectet, ſed etiam auditum paſcat. Depinxit igitur egregius pictor Ideam caſtiſſimæ Dominæ, corporis quidem proceritatem, menſuram mediam, ætatis parum excedentem, oris verò deſcriptionem non ad perfectam rotunditatem elaboratam, ſed aliquatenus protractam, naſum directum æqualiter in ambabus partibus faciem diuidentem, oculos valde pulchros velut humidum diſtillantes: initium probitatis, morum honeſtatem, & grauitatem longè diuiniorem in ipſo reſidentem pupillas videlicet oculorum præſeferētes, pupillas planè more regio intus velut in thalamo ſe continentes, & ceruleis ornamentis ritè admodum fulgentes, ceruleis quoque ſupercilijs ſubſidentes, ſimiliter autem & palpebris inumbratas; Caſtiſſima labia coccino modeſtè rubeſcentia, digitos dominico, ac diuino copori adnatos, gracilitate quidem æqualiter ornatos, ad prolixitatem verò mediocriter extenſos. Capillos quoque ſubflauos diuini capitis. Talem natura ſupra naturam, matrem, talem ars eius imaginem: illa quidem effecit; hæc verò imitata eſt. Conijcere autem poſſumus imaginis artificem ſucceſſu operis gauiſum pictricem manum ori admouentem exoſculatam fuiſſe. Vel ſi non hoc, & artis datori pro beneficijs acceptis ſacrificaſſe. Quomodo autem non ſacrificaret? Non propterea, quod ſpumam, quam equus ex ore expuerat, fortuna vſus fautrice ad viuum pinxiſſet, ſed quod gratia quidem artem, ars uerò manum, atque adeò ipſam picturam, vel vt totum dicam pictorem gratia mouens adeò ſpirantem, & parum non viuam exemplarem Dominā expreſſit. Talem igitur imaginem cum compoſuiſſet S. Lucas, eā affert Deiparæ; ipſa uerò oculos in eā conijciens; iterum vaticinatur, ſeu proprij vaticinij reminiſcitur. Et quam edidit vocem in principio admirandi partus; hanc etiam num in admirabilem Imaginis picturam religiosè ſimul, ac remiſsè protulit. En rurſus (inquit) ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et ò animā religioſam, ò vocem veracem, quæ cum libertate dicendi Dominæ ac Reginæ conuenit, ſubiūgit, mea gratia cum ipſa eſto. Et verbum res ſit æterna, immobilisque. Quippe Dei matris erat cum Imago, tum vox Gratia plena, inquit, ego ſum ſuper omnem creaturam mater facta creatoris. Et quemadmodum ſanctitatis, & gratiarum fontem ego accepi ex eo, qui in me conceptus eſt, præter omnem rationem, ita ex me etiam Imago accipiet influxum miraculorum. Quiſque per me operatus eſt, quæ omnem captum ſuperant, per eam quoque effector erit admirabilium. Naturas tranſmutaui ego, expellet morbos, & omnes paſſiones iſta mea Imago, ab ea fugient Dæmones, terga vertent, eaque apparente euaneſcent.*

Lib. de Deipara cap. 13.

Ex Vaticana Bibliotheca.

QVA RATIONE HÆC IMAGO SIT *In hac Baſilica collocata.*

Caput IV.

QVo pacto beatæ Virginis Imago in tali Eccleſia reperiatur, ſatis arduum videtur ſtabilire ob varias incurſiones, ex quibus memoriæ deficiunt. Nos paucis rem attingemus, pro viribus comprobantes. Igitur in manuſcripto huius Eccleſiæ legimus talem Imaginem ante ſanctum Gregorium extitiſſe, his verbis. *Tabernaculum, ſeu Ciborium Beatæ Virginis facit marmore in S. P. Q. R. in quo eſt Imago vetuſtiſſima glorioſæ Virginis à Beato Luca Virgine depicta, à noſtro Pontifice hæc imago ibi fuit collocata, antequam Sanctus Gregorius Papa orans pro tollenda peſte, quæ Vrbem vexabat Antiphonam illam edidit. Regina cæli lætare, &c.*

B. Virginis Imago in S. Mariæ Maioris Baſilica à Chriſti fidelibus pie obſeruata, vel ex Hieroſolymis, vel ex Conſtantinopoli deducta.

Nos quidem credimus ex Hieroſolymis veniſſe vnà cum illa Saluatoris, vel certè (vt quidam volunt) à quòdam Imperatore Conſtantinopoli Romam euectam, deinde à Liberio Papa, qui circa annum Domini 336. vixit in hanc Baſilicam translatam eſſe, velut à Baſilicæ Authore; cum præſertim ſatis congruat tali reliquia ab hoc Pontifice illam Eccleſiam ornatam eſſe, quam ex ſtupendo niuis miraculo conſtruxit. Alij credunt Sixtum Tertium qui anno 432. Eccleſiam gubernauit, in hac Baſilica locaſſe, tanquam illum, qui Eccleſiam reſarciuit; & muſiuis atque picturis ornauit; quod Adrianus Primus ad Carolum magnum ſcribens teſtatur: *Beatus Xiſtus Papa Baſilicam Sanctæ Dei Genitricis cognomento maiorem, quæ ad Præſepe dicitur, tam in metallis aureis, quam in diuerſis hiſtorijs, ſacriſque decorauit Imaginibus.*

Quibus verbis colligunt à Sixto tertio in tali Baſilica fuiſſe repoſitã. nam cum hic Pontifex pluribus ornamentis, & Imaginibus ſacris talem Eccleſiam illuſtrarit; ſatis probabile videtur etiam Beatæ Virginis Imagine à S. Luca depicta decoraſſe. His tamen reſpondemus certiſſimum eſſe hanc Eccleſiam à Liberio ædificatam, & conſecratam Virgini fuiſſe. Quia verò recens memoria extabat quarumdam ſacrarum Imaginum à Luca Euangeliſta pictarum, ac proinde maior fortè ijs, quam noſtris temporibus reuerentia vigebat, cum Ecceleſiam conſtruxerit; valde probabile videtur hanc Imaginem conquiſiuiſſe, & hic collocaſſe, tanquam in Eccleſia quæ Liberij nomen per multos annos retinuit: velut etiam de corpore ſancti Matthiæ, quod alijs cum reliquijs in Altari maiori collocauit; ſicut in manuſcriptis monialium Sanctæ Ceciliæ habetur: *Quam præfatam Baſilicam idem Pontifex, ideſt Liberius Papa Primus, in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis conſecrauit, in qua, in maiori ſi quidem Altari, de lacte eiuſdem glorioſæ Virginis, de capillis ipſius, & canipium ſui ſacratiſſimi capitis, vnà cum veſtimento ſui ſacratiſſimi corporis deuotiſſimè recondidit. Ante quod quidem Altare ſub lapide porphyretico Beati Matthiæ Apoſtoli corpus requieſcit.* Neque tamen plurimum ijs reſiſtimus, qui à Sixto Tertio hic poſitam volunt, quod confirmat, dum inquit: *Virgo Maria tibi Sixtus noua tecta dicauit.* Quare vtramque opinionem probabilem credimus: quamquam magis ad illam Liberij vergimus. Hoc tamen pro comperto eſt retinendum à Gregorij Magni temporibus vſque ad hæc noſtra perpetuò talem Imaginem in ſanctæ Mariæ Maioris Baſilica extitiſſem, axima Chriſtifidelium veneratione; quando ſic omnes teſtantur; veluti quam plurimis miraculis illuſtrem.

Liberium Papã Deiparæ Imaginem in S. Mariæ Maioris Eccleſia valde probabile collocaſſe.

De hac hiſtoria vide Petrũ Antonium ſpinellũ à Societate Ieſu in 2. par. tract. de feſt. ac templ. Deipar. Rutil. Benzon de anno Iubilæi lib. 3. c. 16.

A B C D E

✠

DE

DE NONNVLLIS MIRACVLIS

Per hanc Imaginem Chriſtifidelibus impertitis.

Caput V.

SI Omnia miracula, & beneficia per hanc Virginem fidelibus conceſſa narraremus nimium volumen ex creſceret: tantum pauca referentur in eorum gratiam, qui glorioſæ Virgini ſunt addicti. Primum autem exordiemur à Leone Papa primo, tanquam eo, qui proximus Liberio extitit. Hic Pontifex, velut e ſcriptoribus cognouimus, cum propriam manum obtruncaſſet, vt libidinis ignem reſtingueret, per hanc Virginem recuperauit. Sic præſertim Dionys. Chartus. enarrat. Naucler. S. Antonin. Quamquam id Baronio durum videtur, nec valet credere, ſanctum Pontificem, ſingularibus donis ornatum eò deueniſſe, vt ſemet mutilaret; & ſanè nulla alia ex cauſa, niſi quia tentationem præſentit ob ſacram Euchariſtiam mulieri porrectam, ſic Baronius: *Leo Papa tentationem ſentiens ex eò, quod mulier quædam manum ei oſculata fuiſſet, dum communionem præberet populo in Paſchate, ſibi ipſi manum præcidit, vt tentationem ſuperaret, ſed cum populus conquereretur de ipſo, quod ſolita exercitia pietatis non perageret, Beatam Virginem orauit, eiuſque interceſſione manus ipſi reddita eſt, vt ſolito more diuina officia perageret: cuius rei rationem populo frequenti reddidit.* Et ſanctus Gregorius Primus, anno 592. quo tempore Romanam Eccleſiam moderabatur, dum omnem Italiam, & præſertim Romam acris peſtilentia agitaret, conſtituit Dei auxilium implorare, illa recordans: *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat:* Quare cœpit dicere. *Leuemus igitur corda, & præſumamus nos iam percepiſſe quod petimus. Ditius ad precem Iudex flectitur, ſi à prauitate ſua petitor corrigatur. Imminente ergò tantæ aduerſitatis gladio nos importunis fletibus inſiſtamus: ea namque quæ ingrata eſſe hominibus importunitas ſolet, Iudici veritatis placet: quia pius, & miſericors Deus à ſe vult veniam precibus exigi, qui quantum meremur non vult iraſci. Hinc etenim per Pſalmiſtam dicitur: Inuoca me in die tribulationis tuæ, & corripiam te, & magnificabis me, &c.*

In annot. B. Mariæ tom. 2.
Par. 4. ſumm. tit. 14. §. 1.
Tom. 6. ad ann. 461. num. 8.
Ezech. 18. Io. 3. regiſt. lib. 11. c. 1
Pſal. 49.

A Qua peracta oratione, vnà cum illa, quæ ſequitur ad pænitentiam exhortans, quaſdam preces, vnà cum Litanijs diſpoſuit Populo, & Clero, cum omnibus Eccleſiaſticis ordine diſtributis ad ſanctam Mariam Maiorem procedentibus, Deumq; laudantibus; quorum ordinem, & diſtributionem haud exprimemus, cum optimè per Baronium habeatur. Miſſæ ſacrificio peracto, & Gregorio Papæ adhærentes, vnà cum Beatæ Virginis Imagine, ſolemni atque religioſa proceſſione verſus ſanctum Petrum in Vatica- B no viam ſumpſerunt. Quo deducti, in ſancti Angeli Ponte, Dei, & Beatæ Virginis meritis Gregorius, & Populus ſunt exauditi: quando licuit glorioſo Pontifici cæleſtem Angelum corporeis oculis cernere nudatum gladium in vagina recondere, ex quo cognoſceretur adeò preces apud Deum perueniſſe, vt confeſtim peſtis ceſſarit. Hanc hiſtoriam plurimi enarrant, ſed prçclarè Baronius his verbis: *Habent veteres rituales li-* C *bri, vt vidimus, vltimis Litanijs eſſe proceſſum ad Baſilicam Apoſtolorum Principis Petri, atq; ab eodem Gregorio ſanctam imaginem Deiparæ magna veneratione delatam: fuiſſe autem illam traditur, quæ hactenus extat in Baſilica ſanctæ Mariæ ad Præſepe, & à Populo honorifico cultu frequentatur, eam tunc à ſancto Gregorio in proceſſione delatam: Ordo Romanus, quem pluribus exemplaribus Vaticana Bibliotheca cuſtodit, affirmat, quibus maior proculdubio adhibenda fides eſt, quam cuſis haud pridem Venetijs. Tunc verò & mirandum illud accidiſſe* D *tradunt, vt cum perueniſſet procedendo Gregorius ad molem Hadriani Tyberi adiacentem, in ſignum reconciliati numinis viſus fuerit Angelus nudatum gladium in vaginam reponere, eoque Symbolo morbum ceſſaſſe, ſignificare voluiſſe, &c.*

Quidam addunt ad hoc miraculum fuiſſe è cælo vocem auditam. *Regina cæli lætare alleluya. Quia quem meruiſti portare alleluya.* Quo cognito Gregorius perſpiritum ſanctum edoctus ſtatim reſponderit: *Ora pro* E *nobis Deum, alleluya.* Et hæc eſt ratio, cur talem Antiphonam è cælo delapſam, lætitiæ ergò ſequentibus temporibus Eccleſia Paſchali tempore decantarit, ſicut hodie videmus. apud Cardinalis Sirleti tractatum aliud miraculum legitur, quod Sancto Gregorio in hac Baſilica contigit, & fortaſsè ad huius Imaginis Altare, dum ſacrificium celebraret. Etenim ſic habet. *Vidimus apud Chronicarum ſcriptorẽ ſatis auctoritatis Gulielmum nomine, qui Marcelli Secundi in Biblio-*

Tom. 8. ad ann. 590.
De origine peſtis in Vrbe Roma vide Greg. Dial lib. 4. 19. et Greg Turon. lib. 10. hiſtor. Franc. c. 1 & Io. Diac. in vita S. Gregor. lib. 1. cap. 34. & Petr. Ant. Spinel à Soc. Ieſu c. 20. de Deiparamiraculis.
Ciac. in vita Greg. Papæ qui dicit hanc hiſtoriam fuiſſe in die Reſur. 593.
Manuſc. in Arc. S. Mariæ maior.
Ration. diuinor. officiorum in die Paſchatis.
Baron. tom. 8. ad ann 590. qui plurimos auctores adducit.
Antonius Spinellius 2. par. de feſt. ac Templ. Deipara.
Legitur etiam hæc hiſtoria in tabula ſcripta apud Altare B. Virginis in hac Baſilica.
Ration. diuin. offic. 6. par. rubr. de ſeptem dieb. poſt Paſcha.
Caniſ. lib. 5. c. 22. de hoc miraculo, qui alios adducit Simon. Mefrad. in vita S. Lucæ.
Theod. lect. in collect. lib. 1.
Iacob. Bill. lib. 4. Fr. Dam. orthod. fidei cap 17. vbi adducit S. Auguſt. de doc christ. Sigon. de regno Ital. lib. 1 pag. 31.
Card. Sirl. in manuſcr. tract. de hac Baſilica qui adducit cronicam Gulielmi Ang.
Rutil. Benzon. de anno S. Iubilei lib. 3. c. 16.

theca aderat, quod Gregorius Magnus Miſſam in ſancta Maria Maiore celebrans, ſimulatque dixit: Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, reſponſum ab Angelis accepit: Et cum ſpiritu tuo. Quare ab eo tempore ſacra peragens in ea Eccleſia ob reuerentiam, & facti memoriam nihil ab alijs ad illa verba reſpondebatur. *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.* Idem ex libro Rationalis Diuinorum deprehenditur.

In 6. par. ſub rub. de off. in die Paſcat.

Et quidem hac die fit ſtatio apud ſanctam Mariam Maiorem, ad oſtendendum fortè, quod Dominus, etiam hoc in Euangelio non legatur, primo ante omnes apparuit glorioſæ Virgini Matri ſuæ, vt quam præſens mors filij contriſtauerat, etiam ante omnes ipſa reſurrectio iucundaret. fit etiam ibi ſtatio ad commemorandum, quia dum Beatus Gregorius hac die ibi celebraret, & pax Domini, alta voce reſpondit. Et cum ſpiritu tuo, & propter hoc cum Papa hac die ibi celebrans, dicit, Pax Domini, in teſtimonium huius miraculi, nil ibi reſpondetur. Quæ duo miracula ex libris Sanctorum, Voraginis, & in vita Beati Gregorij confirmantur.

Rutil. Benzon. de anno S. Iubil. lib. 3. c. 16. Vide etiam lib. Ration. Diuin. par. 6. Rub. de Offic. diu. in die Paſche, vbi loquitur de nonullis B. Virg. miraculis.

Hæc etiam veneranda Imago Petro Cardinali Columnæ apparuit, in mare periclitanti, dum Auenionem pergeret, & ſibi, ac ſuis omnibus ſalutem attulit. Hoc cum aliundè veraciter conſtet, etiam ex pictura apparet, adhuc extante in vna Eccleſiæ columna ante portam, quæ appellatur Porta Reginæ; quia eadem Imago Regina appellata ſuper eam ſeruabatur, quæ porta ad baptiſterium ducebat. Propter hoc miraculum idem Cardinalis, atque Iacobus frater etiam Cardinalis, prædia, & bona in Baſilicam transferentes, tandem in ea quieſcere voluerunt. Et Petrus Auenione decedens ad eam ſuum corpus aſportari mandauit.

Card. Sirlet. in ſuo tract. 5. cit. Anaſt. in vita S. Martini Papæ & Mart. Breuiar. Rom. ſub die 12. Nou. Panuin. Plat. In vita Martini Papæ 1. Laurent. Suri. in vita eiuſdem tom. 6. Martyrolog. Rō. & annot. Card Baron ſub. die 12 Nouemb. Baron. tom. 8. ad an. 649. vſq. ad 654.

Anaſtaſius in vita Sancti Martini Papæ, & Martyris, qui ſæpius ad ſacrificium agendum hanc Eccleſiam frequentabat, & fortaſſe Altare huius Imaginis, ſic miraculum enarrat. *Qui prædictus Olympius veniens in Ciuitatem Romanam, inuenit Eccleſiam coadunatam cum omnibus Epiſcopis Italiæ, ſeu Sacerdotibus cum Clero. Et volens implere ea, quæ et iuſſa ſunt armans ſecum exercitū virtutis. Voluit ſchiſma ſanctæ Eccleſiæ intromittere. Hoc per plurimum tempus actum eſt. Et non illum omnipotens Deus permiſit, quæ nitebatur perficere. Videns ergò ſe à ſancta Dei Catholica, atque Apoſtolica Eccleſia ſuperatum, neceſſe habuit de ſua quaſi mala intentione declinare, vt quod non potuit per manum armatam facere, ſub hæretico modo per Miſſarum ſolemnia in Eccleſia Dei S. Genitricis, ſemperq; Virg. Mariæ ad Præſepe*

A *perficeret. Nam dū communionem ei porrigeret ſanctiſſimus Papa, uoluit eum crudeliter interficere, vt demandarat ſuo ſpathario. Sed omnipotens Deus, qui ſolitus eſt ſeruos ſuos Orthodoxos circumtegere, & ab omni malo eripere, ipſe excæcauit ſpatharium Olympij Exarchij, & non eſt permiſſus videre Pontificem, quando Exarcho communionem porrexit, vel pacem dedit, vt ſanguis eius effuderetur, & Catholica Dei Eccleſia hæreſi ſubiugaretur. Quod poſtmodum prædictus armiger diuerſis cum iureiurando profeſſus* B *eſt. Videns ergò Olympius Exharchus, quia manus Dei circumtegebat Martinum ſanctiſſimū Papam, neceſſe habuit ſecum Pontificem concordare, & omnia, quæ iuſſa fuerant eidem ſanctiſſimo viro indicare.* Idem, Auctor manuſcriptus teſtatur à nobis in Archiuio repertus, qui plurimum cum Anaſtaſio concordat; quare haud ab re erit eadem verba proferre: *Martinus Primus Pontifex in hac Baſilica celebrabat. Nam cum Conſtantinus Olympium Exharcum Romam miſiſſet, vt Marti-*

Platin. in vita Martini 1. Rutil Benzon. lib. 3. c. 16. de anno S.

C *num interficeret, Olympius ſpathario ſuo mandat, vt Pontificem ad Præſepe Miſſarum ſolēnia celebrantem occidat: Quod ſpatharius aggrediens cæcus efficitur, vt hoc habetur in lectionarijs.* Neque verò eſt tacitè prætermittendum miraculum ab Auctoribus annotatū, Leone Papa Quarto Pōtifice, per hanc Imaginem Romæ patratum; quando non minus admirationem, quàm ſalutem attulit, Romam à peſtifero ſerpente, qui ſpiritu necabat, liberans. Anaſtaſius: *Leone Quarto in* D *primo ſui Pontificatus anno, is autem erat annus Domini 847. iuxta Baſilicam Beatæ Luciæ martyris, quæ in Orphea ſita eſt in quibuſdam terris, abditiſque cauernis dirigeneris ſerpens, qui Baſiliſcus græcè, latinè Regulus dicitur, ortus eſt, qui flatu ſuo, ac viſione, omnes, qui ad eaſdem appropinquabant cauernas, celeriter necabat. Ipſe verò Pontifex beatiſſimus hanc populi necem audiens, atque perniciem, ad orationem ſe conuertit, ac Litanias, vt Dominum deprecaretur; quo huiuſmodi omnes interitu libe-* E *raret. Dum hæc aguntur præclarus, ac celeberrimus dies aduenit, in quo Beatæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ Aſſumptio celebraretur, tunc præfatus vniuerſalis Pontifex à Patriarchio cum hymnis, & canticis ſpiritualibus ſancta præcedente Icona ad Baſilicam S. Adriani martyris, ſicut mos eſt, proprijs pedibus cum omni Clero perrexit. De qua regreſſus cum omni fidelium cætu ad Baſilicam Beatæ Dei Genitricis, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ ad Præſepe dicitur, cum Dei laudibus, magna populi caterua comitante properabat. Qui cum perueniſſet*

Baron. tom. 10. ad ann. 847. ex Biblioth. in vita Leonis 4. Plat. tract. de feſt. Martyrol. Roma. Pet. Ant. Spinel. in tract. mirac. Deipar. par. 1. c. 20. Rutil. Benz. de An. S. Iubil. lib. 3. cap 16. Sigon. libr. 5. de Regn. Ital. ad an. 847.

ad lo-

ad locum, in quo ipſe ſæuiſſimus baſiliſcus tetris, vtiam ſuperius dictum eſt, iacebat cauernis, omni Clero, & populo ſtare præcepit, atque iuxta eaſdem cauernas properans ſub foramen vnde ſpiritus peſtiferi flatus egrediebatur ſerpentis intrepidus ſtetit, & oculos in Cælum pariter tendens, & palmas, Chriſtum, qui eſt ſuper omnia Dominus profuſis lachrymis deprecatus eſt, vt ab eodem loco diri ſerpentis genus ſua potentia effugaret: & data ſuper populum oratione, Dei laudes ad Baſilicam, quam ſuperius memorauimus, profectus eſt exhibere. Ab eodem verò die ipſe mortifer Baſiliſcus, ita effugatus, & ab ipſis proiectus eſt antris, vt vltra in illis locis, nulla læſionis eius macula appareret.

MIRA HENRICI III. IMPER. VISIO,

Ex Tomo ſecundo Cronologiæ Ioannis Naucleri, Generatione xxxiv. In Editione Colonienſi, folio 109. extracta. Sic autem ſe habet ad verbum.

FErtur de Henrico hoc, quod ſemper primam noctem ingrediens Vrbem ſolitus fuerit in Eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris manere. Contigit autem ſemel, quod dum ſolitarius oraret, viſus ſit ſibi Chriſtus Pontificalibus indutus procedere Miſſam celebraturus: quem ſequebatur ſanctus Laurentius, & loco Subdiaconi Vincentius; poſt hos Virgo Dei Genitrix, cum multitudine Virginum, & Angelorum; dehinc Ioannes Baptiſta, cum Patriarchis, & Prophetis: poſt hos Petrus, & Ioannes, cum cæteris Apoſtolis, & Euangeliſtis, ſanctus Stephanus, cum Martyribus; ſanctus Martinus, cum Confeſſoribus. Angeli incœperunt introitum: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam: & dum cantaretur, Dextera tua plena eſt iuſtitia, omnes Chriſtum, & Beatam Virginem imitantes extenderunt digitos in Henricum. Poſt Euangelium inedicibili iubilo Angelus librum deoſculatum à Chriſto, præſentauit Beatæ Mariæ; & per eam omnibus per ordinem deoſculandum; demum innuit Beata Virgo Angelo, vt porrigeret librum etiam Henrico ad oſculandum; dicens: Præbe ei pacis oſculum: cuius mihi virginitas placet. Et, cum præ nimio gaudio raptus, neſciret ad plenum intendere; Angelus ipſum in neruo tangens dicit: Hoc tibi erit ſignum dilectionis Dei, propter tuam caſtitatem, & iuſtitiam; & exinde vſque ad mortem claudicabat: ex quo euentu vocatus eſt Henricus Claudus.

De vita & ſanctitate Henrici Imp. II. vide Bar. in annot. in martyr. Rom. die 14. Iulij.

Paulus Diaconus lib. 16. de geſtis Rom. & Ioannes Nauclerius in oratione 22. poſteris legendum tradiderunt, Cæſarem mauritium, Iſaacio Exarcho vitæ ſuæ hoſtiliter A inſidiante, ad hanc eamdem Virginis ædem confugiſſe, eamque, & illi, & multis alijs miſeris Aſylum fuiſſe.

Aliud miraculum non minus illuſtre Petrus de Monte Martyrum ſignificat: qui ſancti Bernardi temporibus vixit, dignum, vt in fidelium cordibus ſit inſculptum. Sic enim teſtatur. *Illud quoque nobile, & iucundum miraculum: quod ante plures annos compertum iam penè cum tēpore elapſum fuerat memoriæ ſequentium mandare, vltra non differam* B *Habetur Romæ Patriarchalis Eccleſia in honore perpetuæ Virginis matris Domini conſecrata, quæ vulgari ſermone ſancta Maria Maior vocatur. Maior autem idcircò, quia poſt Lateranenſem ſancti Saluatoris Eccleſiam maior dignitate non ſolum Romanis, ſed & totius orbis Eccleſijs eſt. Illuc Pontifex Apoſtolicus in præcipuis, ac ſummè feſtiuis diebus; ideſt, Natali Domini, Paſcha, atque Aſſumptione iam dictæ glorioſæ Virginis cum celebri proceſſione more Romano coronatus pergit, ibi ſtationem facit, ibi to-* C *tius Vrbis Clero, ac Populo aſſiſtente, ſolemne Deo ſacrificium offert, & ſacros dies, quanto poteſt colit honore. Ibi præter ipſum, & coadiutores eius ſeptem Epiſcopos, ac Cardinales Presbyteros nulli Miſſam celebrare fas eſt. Ibi quod inauditum miraculum, non ſolum ſemel contigerit, ſed etiam iam à multo tempore annuatim, in feſto ſupranominato Aſſumptionis proueniat, dicendum eſt: Mos eſt Romanorum feſtum iſtud Aſſumptionis Matris Domini inter vniuerſas anni feſtiuitates præcipuo honore colere, ſpeciali deuotio-* D *ne venèrari. Vnde eſt, quod inter plura deuoti animi ſui erga præcelſam Virginem ſigna, cereos maximos faciunt, & eos ante paratos, Vigilia feſtiuitatis ad nominatam Eccleſiam deferunt, atque veſpertina hora, vel circa accendunt. Pondus tamen eorum æqua lance penſatum domi retinent, vt ſequenti die, ſolemni Miſſa peracta eos rurſum penſantes, quantum de quantitate eorum ignis abſumpſerit iudicante ſtatera cognoſcere valeant. Manent ergò Romanorum cerei à Veſpertinis, vt dixi, horis, vſque ad ſequentis diei ſextam, vel nonā horam, in Eccleſia Ma-* E *tris Domini, ad honorem vtriuſque accenſi, & feſtiuæ Miſſæ ſolēnijs conſummatis ſinguli à proprijs Dominis ab Eccleſia reportantur, referens quiſque cereum ſuum. Mox, vt domum peruenit geminas lanceas præparat, imponit vni cereum, alteri pondus externum. Attendit diligens inſpector quantum de cerei prius appenſa quantitate poſſit deeſſe, & veſpertinas, nocturnas, diurnaſque horas, quibus continuè cereus arſit numeratis, expectat quid ſibi de imminutione primi ponderis ſtatera renunciet. Et ecce mirabi-*

De hoc vide Authorem ſup. cit. de miraculo cerei Roman in Eccleſia matris Domini c. 3. lib. 2. pag. 27. opus appellatur opera D. Petri Veni integerrima, & verè Chriſtiana doct. Viri, & c Benzon. lib. 3. c. 16.

De miraculo cerei non diſſimile huius per B. Virginem facto, vide Sophr. Patriarc. Hier. in Prato ſpirit. c. 180.

mirabile dictu nihil minus quantum ad pondus pertinet; poſt tam prolixam cerei ſui exuſtionem ſollicitus illic appenſor, & ſpectator inuenit ſic, quaſi nihil conſumptum ſit, totumq; quod Deo, & eius Virgini matri deuotus incenderat ſe receipiſſe miratur. Hoc tam nobile, & ante nuſquam auditum miraculum ad commendandam mortalibus gloriam matris Domini non inquolibet ignoto, & humile loco, non inqualibet, vel in quantalibet Ciuitate, ſed in ipſa vrbe, orbis capite, non ſemel tantum, vt dixi, ſed aſſiduè recurſu annuo diuina pietas, & potentia operata, facit vt, & frequentia miraculi augeat admirationem, ædificet fidem: accendat charitatem, & locus tam celebris nulli patiatur eſſe occultum, quod cæleſtis prouidentia tam famoſi loci occaſione pluribus, ne dictum omnibus fieri voluit manifeſtum. Magnum quidem fuit propheticis temporibus, quod ad viduam Deo mittente Heliam, hydria farinæ non defecit, & lacytus olei non eſt imminutus iuxta verbum Domini, qui locutus fuerat in manu Heliæ. Magnum fuit quod Helias magnus Propheta Domini paſtus eſt cibo Dei coruis miniſtrantibus ſibi iuſſu Dei panes, & carnes mane, & panes, & carnes veſpere. Magna fuerunt illa tempore iræ; non ſunt minora iſta tempore gratiæ. Magna fuerunt illa tempore Moſaycæ; non minora ſunt iſta tempore Chriſtianæ, & Euangelicæ legis. Vnde fuerunt Prophetæ panes, & carnes miniſtrati à coruis mane, & ſero, non deficit eidem puxillum farinæ, & olei pertres tantum annos, & dimidium non defecit, nec deficit in magno feſto matis Domini poſt tam diuturnam diei, noctisque vt dictum eſt, conſumptionem; oblata Deo Cereorum quantitas non ſolum pertres annos, & dimidium, ſed etiam percentum, & eo amplius annos vſque ad hanc noſtram ætatem, & quantum deinceps Deo placuerit, &c.

Noſtris temporibus Calicis Epiſcopus acriter, & immerito vexabatur; obquamrem ad hanc Imaginem confugit optima ſpe vt per illam de ſua Innocentia pateret; nec abſuit ab huius precibus, velut in Archiuio deſignatum cernitur: *Qui dum falſi criminis accuſatus, vnde, & dignitati, & facultati periculum imminebat, cauſam ſuam Romam ageret ad Beatæ Virginis patrocinium recurrens, quotidie per annum integrum in hac Baſilica ad Altare ſanctiſſimi Præſepis celebrabat; & ſacro peracto cum tota familia Eccleſiam in ſpecie proceſſionis circumibat, & vltimo ad Beatæ Virginis Imaginem procumbebat, auxilium innocentiæ ſuæ implorando. Poſt annum à Iudicibus, qui de illo ab initio videbantur malè ſentirè, fuit mirabiliter abſolutus.*

A Adſunt etiam quædum miracula per hanc Imaginem communicata, quod ex manuſcripto apparet à nobis in Vaticana Bibliotheca reperto, & circa centum ſexaginta annos Gulielmo Cardinali Rothomagen. dicato. Sic enim ait. *Scio nunc expectari quid de miraculis dicturus ſim; cum conſtet ad ſupplicationem nonnullarum Imaginum crebra eſſe facta, ac fieri in dies miracula, crebraque præſtari beneficia, quæ quàm multa ſint; illud pro iudicio adduci ſolet in medium, quod Eccleſia*
B *ſemper ſtatuis, ſignisque, ſeuſpolijs liberatorum ſaluatorumque ſit imbuta. Equidem fateor admirationi eſſe ſolere in nonnullis ſacris Imaginibus copiam ſtatuarum, quaſi pro beneficio impetrato retributarum: nihilominus, & ſi ibi ſpectemus cerea illa indicia miraculorum, non propterea exiſtimandum eſt Imaginem, quæ ijs caret, ſine virtute miraculorum exiſtere. Nam ſecundum locorum variam conſuetudinem ità variè pro acceptis beneficijs Eccleſiæ remunerantur. Alicubi enim pro accepto beneficio Miſſas celebrari pro-*
C *curant. Alibi cereas faculas ante Imaginem accendunt. Alibi tributa egentibus ſtipe ſe voto liberant. Plurimis etiam in locis cum non facilè deprehēdatur qui magnas ſtatuas è cera fabricandi artem tenent, retribuunt ſigilla, ac cereas pupas. Sunt etiam, & qui peregrinationi, itineribusq; ſe obligationibus ſoluant, quod et Romæ maxime cōſueuerunt. Qua propter nolim concludas ſi plura hæc habet Imago uotorū ſigna, conſequens eſſe plura ex ea beneficia, pluraque miracula eminere. Hæc enim noſtra Imago, & ſi non eſt redimita fig-*
D *mentis cereis; at quantis polleat in præſentiarum miraculis, quantisque beneficijs ad ſe confugientes ſemper proſecuta fuerit, ex multis quæ, & narrantur, & videntur indies manifeſtè patet: ex quibus ſi duo, vel tria perſtrinxero, ſatis eſſe putabo, cum & reliqua conuinci poſſint, quæ ſi explicarentur volumen efficerent. Dominus Petrus de Columna Eccleſiæ Romanæ Cardinalis cum per mare iter ageret ſæua ſuborta tempeſtate cæpit de ſalute diffidere: Et quia plerumque tunc ſolemus ad altiora conſcendere, quando inferio-*
E *ribus deſtituimur, glorioſam Virginem noſtram hanc Imaginem mente accipiens ſuppliciter, vt ſibi opem ferret, exorauit, quæ ſeruuli ſui miſerata, mox inter tenebras, turbinesque, ac procellas eadem, quæ hic inſpicitur Imago paruulum Ieſum geſtans refulſit, & vnà ſecum lucem, tranquillitatem, ac ſalutem adduxit. Quod factum cum ſibi, cæterisque, qui ſecum tempeſtate laborabant, vt erat mirandum, videretur, explicite noſtra in Eccleſia votis curauit ante Imaginem in pictura, quæ in hodiernum vſque durat, ſignificare, atteſtarique.*

Ex Bibliotheca Vaticana lib. ſignato n. 3921.

Petrus Cardinalis Columna ſuborta tempeſtate grauiter iactatus B. Virgin. Imaginem in S. Mariæ Maioris Eccleſia poſitam implorans liberatur.

Philippi Mariæ Mediolani Ducis filius, iam deſperatæ ſalutis, per S. Mariæ Maioris Imaginem incolumis redditur.

Philippus Maria Mediolanenſis Dux, cum A *filium haberet vnicum, isque aduerſa valetudine correptus, nullam ſuæ ſalutis ſpem repromitteret, medicorumque omnis induſtria, quam non ſegnem fuiſſe ſuſpicandum eſt, iam in irritum verteretur, ad Dei Genitricis opem confugit, promiſitque noſtræ imagini, quando ſibi filius redderetur incolumis, argenteam ſtatuam, ponderis eiuſdem, quo, & filius liberatus penſaret, transmittere, promiſſioneque facta maximo omnium, & præcipuè medicorum ſtupore filius eſt ſanitati reſtitutus. Qui ex ſolido argento fabri-* B *catam, vt promiſerat ſtatuam ingenti cum honore, & pompa noſtræ Imagini direxit, ac dedicauit. Quod argenteum donum iuſſu legati cuiusdam Sedis Apoſtolicæ, vel ob ingruentem Eccleſiæ neceſſitatem, vel quouis quæſito colore vnà cum ſacris Eccleſiarum vtenſilibus conflatũ eſt, & ad nummos redactum: quod quidem nec impunè actum eſt: nam eundem legatum dignitas Cardinalatus defenſare non potuit, quin carceri deputatus infelicem obiret, concluderetq́ vitam. Subijciam, nè ingratitudine noter, quod mihi* C *ipſi beneficium per eandem imaginem collatum eſt. Iam ſeptimus agitur annus, quo æſtuoſis me febribus, ac diſſenteria exhaurientibus vsque adeò exinanitus ſum, vt nec manum è lecto, vel quidem paululũ (Deum teſtor) attollere poſſem: iam medicis deſperantibus, aſſiſtentibusq́ ad lachrymas ſe conuertentibus, recurritur per anxiam matrem ad Virginem Genitricem, promittitq́ ſe Imaginem hanc certis diebus viſitaturã ſi mihi ſubueniatur. Quid plura? emiſſa prece febris abſceſſit, corpusq́ conſtringitur, & ne dum mor-* D *tem euaſi, ſed & multò proſperiorem valetudinem recuperaui, vt crederes illam non fuiſſe ægritudinem, ſed ad ſalubriorem cõualeſcentiam præparamentum optimum. Poſſem plura, & his quidem maiora ſubnectere, ſi & intentio, & operis prolixitas pateretur; non enim hac ex parte, quæ ad miraculorum pluralitatem pertinet primatum aſcribere huic imagini animus eſt; ſed id ſtudeo efficere, vt credamus ſine cereis his oſtentationibus munera, ſeu beneficia impetrari. His enim tribus miraculis, quaſi è magno mari libatis,* E *facile poteſt comprehendi, qualiter reliquum ſapiat: ſed dicet mihi quiſpiam, ſi nec ob ſublimem opificem, pictoremq́ egregium, ſi nec ob multitudinem miraculorum, beneficiorumque præſtitorum excellentiam, hæc inter cæteras meretur imagines, qua id ſibi prærogatiua quouè priuilegio uẽdicabit?* Quia verò poſſet aliquis timere quaſi ex ſimplici ſanctæ Mariæ nomine nõ ſit hæc ſacra Imago intelligenda, nec etiam illius Baſilica, velut apud S. Gregorium legimus; cum in ſermone apud ſanctam Sabinam populo dixit: *Ad Genitricis Domini Eccleſiam.* Ideo Anaſtaſij auctoritatem proponimus teſtantis; dum ſancta Maria nominatur, abſq; alia appendice per antonomaſiam ſemper ſanctam Mariam Maiorem indicari: *Gelaſij temporibus inuenti ſunt Manichæi in Vrbe Roma, quos in exilium deportari præcepit, quorum quoque Codices ante fores Baſilicæ ſanctæ Mariæ incendio cremauit.*

Regiſt. lib. 1 t. e. 2.

In vita Hilarij.

Et in Concilijs Romanis ſub Hilario Papa: *Hilarius fecit conſtitutum de Eccleſia in Baſilica ad ſanctam Mariam.* Rutilius Benzonius Epiſcopus: *Per antonomaſiam enim, tanta eſt huius Eccleſiæ præſtantia, quando Scriptores abſolutè proferunt: Baſilicam ſanctæ Mariæ, Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris intelligitur.*

Tom. 1.

Benz. Epiſcop. lauretanus de Anno iubil. lib. 3. cap. 16.

Neque vero eſt ſilentio prætereundum, quod antiquis temporibus in hac Baſilica præter Miſſæ celebrationem adſtante Pontifice, magna pompa, atque ſolemnibus, veneranda Imago per Vrbem ducebatur; cumque in itinere Saluatoris Imaginem offenderet, ſimul coniunctæ procedebant. Tali pompæ omnes Romani Artifices aderant propria Inſignia geſtantes. tandem rectius reputarunt hæc prorſus impedire, velut ex lapide comprehenditur in Conſeruatorum Aula aſſeruato.

TRIVMPHALIS GENTILIVM POMPA AVCT. C.
HONORI REDDI SOLITA AD DEVOTVM CHRISTIANÆ
RELIGIONIS CVLTVM REDACTA DEI GENITRICIS
FESTO DIE. DVM CHRISTI SALVATORIS MIRABILE
SIMVLACRVM EX LATERANO IN EXQVILIAS AD MARIÆ
MATRIS MAIOREM ÆDEM QVOTANNIS INGENTI PLAVSV
SOLEMNIQVE PROCESSIONE DEFERTVR PRO SENATVS
MAGISTRATVMQVE, ET PLEBIS OBSERVANTIA NEVE
VLLA POST HAC INTER PLEBEIA COLLEGIA CONTENTIO
FIAT DECRETVM EST VT HOC STATVTO ORDINE
VNIVERSI CVM SVIS FACVLIS THALAMISO, ET LVMINARIBVS
SACRAM IMAGINEM QVA ITER FECERIT COMITENTVR EA
RATIONE VT QVI PROXIMIORES SIMVLACRO SINT
DIGNIORES HABEANTVR

AQVA-

AQVARII INTER AVSPICENTVR
POSTI. I. FORNACARII II.
III. MOLENDINARII MVLIONES LIGNARII IV. MVLIONES VINARII
V. CAVPONES VI. SALSAMENTARII
CANDELARII EX SEVO PISCATORES PISCARII VINITORES
OLITORESQVE PISTORES FORNARIIQVE
VII. PELIPARII VIII. FIGVLI STABVLARII ERGASTVLI LIGNORVM MERCIMONIARII IX.
X. SELLARII CORIARII TONSORES .... CALCIARII
LANII, SVTORES, SARTORESQVE, FABRILIGNARII, FABRI FERRARII AVRIFICES
AROMATARII NVMVLARII, LANIFICES FVLLONESQVE MERCATORES PANNORVM
AGRICVLTORES, BOARII
THALAMVS ROM. FISCI.
SI QVIS ERGO SECVS FECERIT XXV. AVREORVM PÆNA MVLCTETVR.

Sanctiſſimi Iubilęi anno hæc Beat. Virg. Imago in Baſilicæ medio locabatur ſuper Aram cancellis ſeptam ad Populi commoditatem, nonnullis Canonicis, atque Romanis Patritijs ex Confalonis ſocietate ſemper adſtantibus. Eodem tempore, ſolemni pompa Saluatoris Imaginem è Laterano ad hanc Eccleſiam deducebant, & per aliquot dies permanens, piè excolebatur. Quæ conſuetudo a Paulo V. Pont. Max. iuſtis de cauſis, noſtris temporibus ablata fuit.

DE ORNAMENTIS,

QVÆ OLIM

Glorioſæ Virginis Imaginem in Ciborio illuſtrabant.

Cap. VI.

CVM antea de Virginis Imagine tradiderim, ſatis conueniens duxi modum aperire, quo olim in Ciborio aſſeruabatur; poſtea indicabimus quidnam Clementis VIII. Pontificatu ad decorum acceſſerit. Igitur in Baſilicæ Archiuio ſic adeſt. *Prima Imago glorioſæ Virginis Mariæ depicta in quadam groſſa tabula;*
A *cum imagine ſui filij in brachio ſiniſtro, quam depinxit ſanctus Lucas Euangeliſta, & eam portauit per Vrbem Beatus Gregorius Romanus Pontifex, & Doctor eximius in remedium horribilis peſtilentiæ, quæ tunc Romam vexabat atrociter, vt habetur in Rationali diuinorum Officiorum. Hæc ſeruatur repoſita in pulpito ſuſtentato quatuor columnis marmoreis ad dexterum latus Chori cum huiuſmodi ornamentis, quæ ſequuntur.*

Roſæ treſdecim circa caput Imaginis Beatæ
B *Mariæ in diademate, quæ reputantur ex auro cum aliquibus gemmis viridibus, & rubeis in vnaquaque Roſa.*

Item in diademate Ieſu Chriſti roſæ duodecim paruæ ad eundem modum.

Item ſuper caput Beatæ Mariæ Virginis, ad latus dextrum, vna ſtella de pernis, cum gemma in medio, & ad latus ſiniſtrum, vna luna de pernis.

Item circa collum Beatæ Mariæ Virginis ad latus dextrum vna roſa magna de pernis, quæ
C *in medio habet vnam paruam roſam cum pernis maiuſculis, & cum vna gemma in medio.*

Item ad latus ſiniſtrum eodem loco vna roſa de ſmaltis, cum aliquibus pernis, & in medio gemma vna rubea.

Item in pectore Beatæ Mariæ Virginis vnũ monile ad inſtar Crucis de ſmaltis viridibus, & vnum ſimile in pectore filij.

Item in humero dextro Beatæ Virginis vna ſtella cum aliquibus pernis.

Item circa diadema duo Angeli argentei, in
D *aliquibus nubibus etiam argenteis, qui videntur tenere diadema. Item circa pectora, vna, quæ dicitur freſatura de pernis cum Aquila inter duos leones, reliquum de auro.*

Item vnum lilium de pernis, cum gemma in medio.

Item duæ Coronæ argenteæ, vna maior pro matre cum aliquibus gemmis vitreis, & ſmaltis azurris. Alia minor pro filio eodem modo.

Item ad pectus vna roſa magna argentea deaurata, cum gemma in medio.

E *Item vna tabula argentea ante Imaginem; ideſt ad pectus eius, vbi eſt ſculptum vnum vas cum lilijs in medio, à lateribus roſæ etiam argenteæ.*

Item duæ aſſeres in valuis coopertæ argento, in dextra eſt Imago ſanctæ Lucæ integra depingentis Beatam Virginem; & ad caput ſunt Angeli cantantes Regina cæli lętare, in ſiniſtra imago Sancti Gregorij portantis in manu imaginem cum Caſtro, & Sancto Angelo, ad pedes eius imago Reuerendiſſimi Domini Rothomagenſis Archipresbyteri huius Eccleſiæ genuflexi, qui iſtas

valuas fieri fecit, & arma ipſius in ambabus valuis, & alia permulta, &c.

Noſtra tempeſtate Anno Domini milleſimo quingẽteſimo nonageſimo ſeptimo, Clemens VIII. poſt ſacrificij celebrationem In die Viſitationis binas coronas donauit; nimirum, vt vna matri Dei, altera filio ſaluatori deſeruiret, varijs, & precioſis gemmis exornatas. Quia verò iuſtis de cauſis publicum Inſtrumentum eſt conditum, nos ad rei expreſſionem annotabimus: *In nomine Domini Amen. Anno ab eius Natiuitate milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, Indictione decima, die verò Mercurij, ſecunda Menſis Iulij in feſtiuitate Viſitationis B. Mariæ Virginis exiſten. Sanctiſſi. D. N. in Chriſto Clemens diuina prouidentia Papa octauus, anno Pontificatus ſui ſexto, in Viſitatione Deiparæ exiſten. in Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris eius ſolita deuotione facta pro eius ſacratiſſimæ Imaginis & eius ſanctiſſimi filij D. N. Ieſu Chriſti decore, & ornamento, zelo deuotionis donauit dictæ ſanct. Imagini duas coronas per manus D. Curtij Vanni eiuſdem ſanctiſſimi D. N. Aurificis, vnam videlicet pro ornamento eiuſdem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & aliam minorem pro ornamento D. N. Ieſu Chriſti, quæ corona magna Deiparæ, eſt qualitatis, & ornata infraſcriptis lapidibus, & gemmis. videlicet: De fondi d'argento indorati, vno opales ò vero giraſole con vna perla groſſa in cima, & ſotto con le arme di N. S. ſotto all'arme vno Griſopatio à facciette grandi, di ſotto à detto griſopatio vn Topatio grande ottangolo à facciette. Quattro altri Griſopatij, cioè doi per banda di detto Topatio di ſopra à dette pietre. Quattro ſmeraldi di variate grandezze. Cinque pendenti di ſmeraldi, quali pendono à piedi di detta Corona in perline. ſopra li quattro ſmeraldi di variate grandezze, Ci ſono quattro Balaſci nelle quattro punte delli raggi della Corona, & quattro perle groſſe, oltre à quella che è nel raggio di mezzo ſopra lo Opales ſudetto. nelle punte per fianco dell'vna, & l'altra parte del raggio ſono dieci perle di variate grandezze. nel mezzo di detti raggi attorno alli cantoni de ſmeraldi, & ſotto l'arme di Noſtro Signore ci ſono dodici perle di variate grandezze, variate perle à fioretti à ſedere più piccoli numero quaranta con otto Cherubini d'oro ſmaltati, cioè quattro da piedi; & quattro di ſopra. Doi feſtoncini di perle minute attorno all'arme di Noſtro Signore. L'altra Corona piccola del Noſtro Signore Ieſu Chriſto è tutta d'oro maſſiccio, eccetto il fondo che è d'argento inorato, nella quale ſono l'infraſcritte gioie, cioè. Nella punta di mezzo vi è vn Zaffiro con tre perle in cima, vna perla longa à cocozza, doi tonde,* **A** *vna di qua, & l'altra di là da detto Zaffiro, ſotto la quale è l'arme di Noſtro Signore, ſotto la qual arme vi ſono quattro perle, doi tonde, & doi à ſedere con doi feſtoni vno per banda à detta arme vna ſpinella ſcangolo in tauola, bella, & rara. ſotto detta ſpinella vn Topatio grande ottangolo à facciette. di qua, & di là di detto Topatio, doi Griſopatij ottangoli à facciette, & quattro ſmeraldi di variate grandezze, alli quali ſono attaccati quattro pendenti di ſmeraldi, doi treccie di rubini di quà, & di là alla detta* **B** *ſpinella, & doi Balaſci grandotti nell'iſteſſo ordine in tauola. quattro zaffiri à dette due treccie di rubino, & balaſci nelle quattro punte, doi di quà, & doi di là. all'arme di noſtro Signore ci ſono dodici perle tonde di variata groſſezza. nell'eſtremità di dette punte doi raggi di perle di numero tredici in tutto. Doi fili di perle, che diuidono il primo grado della corona numero quarantacinque, & tra detti doi fili vi ſono quattro perle per cantone di ſmeraldo, fioretti a ſedere numero ſedici in tutto. Quæ duæ coronæ, de ordine eiuſ-* **C** *dem Sanctiſſimi Domini Noſtri fuer unt incontinenti poſitæ, videlicet maior ſuper caput glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & alia parua ſuper caput eius filij Domini Noſtri Ieſu Chriſti cum conditione, quod dictæ duæ coronæ nullo vnquam tempore poſſint amoueri ex dicta Eccleſia, ſed in ea retineri, & cuſtodiri debeant ſub cura, cuſtodia, & gubernio Canonicorum nunc, & pro tempore exiſtentium Capituli dictæ Eccleſiæ, duntaxat excluſis alijs perſonis, etiam Illuſtriſſimo dictæ Eccleſiæ, nunc & pro tempore exiſten-* **D** *te Archipresbytero, & Societate Confalonis, & illius Confratribus, omnibusque alijs perſonis, etiam in dignitate conſtitutis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrendæ, ſi ſecus, &c. & ordinauit dictis Canonicis ibidem præſentibus, quod debeant ſingulis ſolemnitatibus, feſtiuitatibus, ornare dictas ſacratiſſimas Imagines dictis coronis ad laudem, & honorem Dei, & eius glorioſiſ. matris Virg. Mariæ, & eius Eccleſ. ſanctæ, & ita fieri iuſſit, & ordinauit etiam ab eorum in dicto Capitulo ſucceſſoribus. de quibus om-* **E** *nibus ſua ſanctitas ad perpetuam memoriam ordinauit, ac iuſſit mihi Notario, vt conficiam vnum, vel plura, publicum, aut publica Inſtrumentum, vel Inſtrumenta, vt opus fuerit. Actum Romæ in eadem Eccleſia, in Cappella felicis memoriæ Papæ Sixti Quinti, ibidem præſentibus, audientibus, & intelligentibus his, videlicet Illluſtriſſimo Domino Siluio Antoniano Magiſtro Cameræ; & Illuſtriſſimo Domino Didaco de Campo, Cubiculario ſecreto ſuæ Sanctitatis, teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, habitis, atque rogatis.*

Ego

Ego Ioannes Baptiſta de octauianis Ciuis Romanus Curiæ cauſarum Capitolij notarius publicus, in Archiuio Romanæ Curiæ deſcriptus, de præmiſſis rogatus, præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicaui requiſitus.

Peroratio operis.

Iam noſtri laboris finis apparet, iam eo quo intendimus, peruenimus, quatuor potiſſimum innixi: videlicet Probatis ſcriptoribus; Epitaphijs omni tẽpeſtate receptis; & pontificijs Decretis; atque fidis manuſcriptis per Archiuios miniſtratis, velut initio fuit indicatum. Quod poſtremum tanti ſemper fecimus, vt nec ſtylum immutare, nec orationem alterare voluerim, ſed eadem verba afferendo quantumuis horrida, & incompta, tum Hiſtoriæ autoritatem addere, tum antiquitatem venerari. Tu magna Parens, cuius fœcunda Virginitas Immenſum concepit, ac æternum progenuit, ſi quid à tua Maieſtate alienum, vel hic auerſum occurrat, ignoſcas quæſo. Scis humani ingenij infirmitatem, etiam in minimis fluctuantis. Scis quanta ſit difficultas, præſertim in rebus ab hominum memoria remotis, quod nobis vel maxime contigit, dum hæc in tui honorem concinabamus. Miſerere famuli tui, pietatiſque oculos ad nos conuerte, vt in hoc lachrimarum mare illos tanquam fidiſſima ſydera intuentes, nullis vnquam procellis obruamur, ſed vndique ſecuri ad Cæleſtem patriam delati, trinam Maieſtatem conſpiciamus.

FINIS.

Pa-
im,
idà
im,
in-
flu-
ſer-
no-
im,
iſe-
nos
llos
llis
que
im,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Louis par la grace de Dieu Roy de France et de Navarre [illegible]

[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

BASILIC

ST. M.

MAIORIS